This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
S2
F24

L. & M. ANNÆI
SENECÆ
TRAGOEDIAE,

Poſt omnium editiones recenſioneſque
editæ denuò, & notis THO.
FARNABII illuſtratæ
[redacted]

Nunc denuo in Gallia editæ.

PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY,
viâ Iacobeâ, ſub Ciconijs.

M. DC. XXXI.

[redacted]

VIRO LITERARVM humaniorum ſtudijs Clariſſ. D. THOMÆ ROLANDO.

QVOD antiquis, apud quos nihil niſi auſpicio priùs ſumpto gerebatur, factitatum, vt, ex more, [a] nuptiis Auſpices interpoſiti, quàmuis auſpicia deſiiſſent; ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurparent: hoc pleriſque noſtrûm, quos vexat inſanabile hoc ſcribendi cacoëthes, vſu venit, vt quàmuis patronorum exoleuerit cùm autoritas, tum benignitas; non citra ambitionem tamen ſummis & grauibus viris perituræ chartæ tutelam obtrudamus. Mihi verò illud hîc neceſſariò aduenit. [b] *Epiſtolam namque accipiebant olim tragœdi, quibus pro ſe* (ex ſua ſc. perſona, in poëmate. Dramatico) *loqui non licuit:* [c] *Quàm vocaliſſimus aliquis è Curienibus eligebatur qui legeret*, ſi quid

[a] *Val. Max.* 2. *l.* 1. *c.*

[b] *Martialis epiſt. ad* 2. *lib. epig.*

[c] *Plinius ep.* 4. *lib.* 7.

eſſet, quod vel à principe petitum, vel populo commendatum vellent. Quidnam igitur id eſt, quod tragicorum nomine per epiſtolam ego quaſi theatralis præco exequi velim? ipſorum equidem tragicorum dignitati parum conſulere, politioris literaturæ virorum iudicijs, & quantum vbique eſt venuſtiorum hominum ingenijs diffidere viderer, ſi in tragœdiæ latè patentes laudes diſcurrerem. De harum tamen autoribus & ordine ſunt quæ lectorem monitum velim, ſed, pro more, ſeorſim. Cùm verò eò ſit malignitatis ventum, vt bonas literas (quæ ſibi olim inſularum loco) non aliud maneat præmium quàm conuicium, neque id à Momis modò, ſed & Archilochis, dum πέτπξ μὲν πέτπγ' ἐχθρὸς, μύρμακι δὲ μύρμαξ, Tutani vel ἀλεξικακοπάπου patrocinium fruſtra inuocem. Si tamen laruas & Romanæ Orcheſtræ ſiparia minùs infeliciter ſublata viderit delicata huius ætatis iuuentus, cui cum *d* Grammatico illi τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ, & quæ librum (qualem ille puellam, *Nolo, inquit, nimis facilē, difficilemve nimis: Nec volo quæ ſatiet, nec volo quæ cruciet*) librum, inquam, probet, qui inge-

d Callimacho apud Athenæum 3. l. 2. c.

nium acuat, non torqueat, non obtundat: Si hîc reperiat æquanimus ſpectator, vnde nec queratur *lumbos ſedendo, oculos ſpectando dolere*, neque ſibi opus eſſe Theſpidis plauſtris, quæ tricubitales commentarios, ocioſa ſcholia, voluminoſas criticorum animaduerſiones, varias lectiones, aduerſaria, adnotationes, &c. vehant; cùm illi ruſticanti vel etiam peregrinanti, ad manum, imo in manu ſit tragœdiarum Lat. decas expeditiori elucidata operá habebit, de quo illi gratias agat, cuius auſpiciis publicum indipiſcuntur ad marginales iſti ignarij & ocliferia, quæ lectoris, non omnino ab his ſtudiis feriati, aurem vellant. Tu autem (vir humaniſſime) cui gratiſſimã ſemper fuiſſe nôrim ipſam cothurnatam philoſophiam; nec apparatum hunc vtcunque rudem, fæces, ceſpitéſque aſpernare; & hoc qualecunque cape eo quo offertur animo, ſimplici, candido, facili, quod autem ab ingenio meo habet leue, genio tuo penſa, & feliciter vale.

Officioſo amore tibi deuinctiſſimus.

THOMAS FARNABY.

AD LECTORES.

INtroite ſultis, conſidite, aures atque animos aduortite. Huc vel ipſe Cato intret, expectet, ſpectétq;. Neque enim hîc prodeũt veſte exutæ Mimæ, aut nudatæ vxores Sũmœnianæ; ſed graues matronæ, cothurnatæ Deæ. Namque hîc philoſophia dominatur cothurnata, perſonata regnat Stoa. vbi verus ille antiſtes Stoæ Seneca hiſtrioniam facit, imò in ſcenam ipſe venit. Quidni enim credamus opt. fidei hiſtorico, Senecam carmina crebriùs factitaſſe, poſtquàm Neroni amor eorum veniſſet? *aut cur nõ animis iuxta ac pedibus eamus in ſententiam Doctiſsimorum hominum, quotquot eruditum hunc humaniorum ſtudiorum attigerunt puluerem, & penitioris huius literaturæ Criticæ ſacris ſunt operati? Qui omnes anxiâ iampridem habitâ diſquiſitione, pro variâ autorum mente, è temporũ, occaſionũ, prologorũ & argumẽtorũ diſcrimine, diſsimili charactere & ſtylo, modulamine in choris impari,* οἰκονομίᾳ, *artifi-*

cio in repræſentationibus & narrationibus, diuerſa denique placitorũ, & ſententiarum diſciplinâ, non agnoſcunt modò Marcum illum ſeu patrem Senecam, qui Orcheſtrã quatit Euripidis, *ſed & admittunt illum alterum qui* colit hiſpidũ Platona. Incaſtúmque ſuum monet Neronem. *Quamuis & eorum vtrique quaſdã ex iſtis tragœdÿs abdicent, meritò relegatas ad Rhetorum ſcholas, quas olent leuiculæ ingenÿ ſtricturæ, vitreæ acuminis ſcintillationes, atq; ex ſubtili argutiarum, quẽ vibrãt, fulgore, ignes fatui, & fumus. Fretus itaq; iudicio Illuſtrium virorũ, Ant. Del-Rÿ, Iuſti Lipſij, Ioſ. Scaligeri; maximè verò Cl. Dan. Heinſii, à quibus* Diſpertiti viri, diſpertiti ordines, *altam Medeã, floridum Hippolytum, diuinam tragœdiã Troadas L. Annæo Senecæ philoſopho adſcribo, nec non eidẽ (ſi ab Heinſii iudicio diſcedere liceat)* πολυμαίτυπον *OEdipoda: Senecæ Tragico Agamemnona, Herculem Furentem, Thyeſten, & eiuſdem ferme cum Thyeſte commatis, accerſitarum ambitiosè ſententiarũ affectati acuminis ambiguè & ab ineſpectato reſpondentis, Thebaida, niſi potiùs autorem habeat proprium, poetaſtro cuipiã è Declamatorculorũ ſchola, ocioſum Herculem in OEta: nec fæliciori artifici lãguidã Octauiam. Atque hic mihi ab auto-*

ribus & tragœdiarum dignitate ordo, neque is ſine exẽplo, ſine autoritate. Poſt alios iudicauit hoc I. Lipſius, expreſsit Delrius, & niſi hoc illius conſilium præuertiſſet typographi feſtinatio, expreſſurus erat vir Literis iuxtà ac Humanitate Clariſſ. D. Heinſius in editione ſuâ, quam priùs ſecutus ſum, vt & in hac editione nuperam illam è recenſione Conſummatiſsimi Exactiſsimiq; Viri P. Scriuerij: è cuius Muſeò ſecundas in Senecã curas ſperare poſſumus, adeò multa humaniter oſtendebat mihi à ſe adnotata, præter cenſuras, varias lectiones, coniecturáſq; inſignes Cl. V. Hugonis Grotij, & Chirographos inſuper codices, quibus eſt inſtructiſsimus. Et quoniam, vt citat illud Antiphanis Deipnoſophiſta,

μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
Ποίημα κατὰ πάντ᾽. εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
Ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσὶν ἐγνωρισμένοι.

Argumentum cùm tragœdijs, tum ſcenis ſingulis præfixi, locos obſcuriores notis ad marginem illuſtraui, leuibus illis quidem, & quarum propè pudet, ſed κατὰ τὴν ὕλην ὑποκειμένην. *Quis enim non videt* τὸν μῦθον τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ψυχὴν τῆς τραγῳδίας; *intumeſcere iſta mõſtris fabuloſis & Palæphatiâ farciri*

papyro? Verùm & hæc, & errata, ſi qua, me abſente & apud Belgas degente, parum cauerunt operæ Typographicæ, vos candore veſtro ſubleuate atque adiuuate, vt vos ſeruet Salus.

THO. FARNABY.

IN SENECAM TRAGICVM *Breuibus Notis à Præſtantiſſ. viro* D. THOMA FARNABIO *illuſtratum.*

ORcheſtram Senecæ, denſámque euoluere nubem
Molita eſt vaſto ducta labore manus.
Reſtabat breuitas, FARNABIVS attulit iſtam:
Et lucem breuitas ingenioſa dedit.

Daniel Heinſius.

In Senecæ Tragœdias, à viro digniſſimo eruditiſſimoque THOMA FARNABIO *recenſitas, & notis illuſtratas.*

ARmare Muſam Seneca dum Latium ſtudet
Cothurno; honeſtum, ſplendidum, auguſtum ſatis;
At arctiorem Diua quàm ferret, dedit;
Nodiſque fixit, nulla quos acies ſecet:
Hinc præpedito muſa ſubſiſtit pede,
Et ne Tragœdi claudicent, oritur metus.
FARNABIVS iſtud ſedulâ mente intuens:
Muſæ labores, difficultates, moras;
Vmbras Theatri, nubilas ſcenæ fores:
Et dura Tragicæ vincla Melpomenes videns;
Opus vt vel ipſo, ad OEdipum, OEdipo foret:
Exurgit, Erebum luſtrat, expurgat Stygem
Nigram: Tragœdis lampadem accendit nouam;
Soluitque preſſæ compedes duras Deæ.
Splendor cothurno iam redit, nitet chorus,
Spectator alacris cernit ardentes faces,
Æquoque Iambus integer conſtat pede:
Offenſa reſtat nulla, non griphus manet.
Hem macte, Tragicum nil tibi accidat, aut tuis:
Qui de Tragœdo tam benè es meritus tuo:

Richardus Andreas. M. D.

Literatiſſimo , amiciſſimo , candidiſſimoque pectori
THOMÆ FARNABIO, *Sonulum*
Hendeca ſyllabicum ſacro.

VITÆ Scena magiſtra ſingularis,
Scenæ vita Tragœdus: in tragœdis
Lux primæ Seneca eſt ſuprema ſedis:
Quâ TV lux Senecæ ſimul locaris.
Das Stellis ſupereminere claris,
Tanquam ardentibus vndecunque tedis,
Et mendis Tragici medere fœdis:
Noſtris vnde nepotibus canaris.
Lugdunum neque te modò Batauis,
Londinumue ſuis legat Britannis,
Vrbem Æternus vtram tenere mauis;
Cunctis quin legitor locis & annis:
Nec linguis hominum ferire prauis,
Et cedat tibi temporum tyrannis.

Hugo Hollandius.

De opere, operis Autore, autoris interprete, Interpretis Amicus. *Laur. Vvitakerus.*

DRamata ſi ſpectes, eſt alta Tragœdia princeps:
Si Tragicos, Senecæ prima corona datur.
Sic tu, FARNABI, tractas Drama, atque Poëtam:
Vt ſint Interpres, Drama, Poëta, pares.

Viro de re litteraria optimè merito,
THOMÆ FARNABIO

ERipuit Senecæ vitam Nero peſſimus: at tu
(Quod maius) vitam reſtituis Senecæ.
Lucius Annæus nunc rite vocetur: & *annos*
Luſtratus per te *luceat* innumeros.

Na. Tomkeins

VIRO LITERARVM humaniorum ſtudijs Clariſſ. D. THOMÆ ROLANDO.

QVOD antiquis, apud quos nihil niſi auſpicio priùs ſumpto gerebatur, factitatum, vt, ex more, [a] nuptiis Auſpices interpoſiti, quàmuis auſpicia deſiiſſent; ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurparent: hoc pleriſque noſtrûm, quos vexat inſanabile hoc ſcribendi cacoëthes, vſu venit, vt quàmuis patronorum exoleuerit cùm autoritas, tum benignitas; non citra ambitionem tamen ſummis & grauibus viris periturae chartae tutelam obtrudamus. Mihi verò illud hîc neceſſariò aduenit. [b] *Epiſtolam namque accipiebant olim tragœdi, quibus pro ſe* (ex ſua ſc. perſona, in poëmate. Dramatico) *loqui non licuit*: [c] *Quàm vocaliſſimus aliquis è Curionibus eligebatur qui legeret*, ſi quid

a Val. Max. 2. l. 1. c.

b Martialis epiſt. ad 2. lib. epig.

c Plinius ep. 4. lib. 7.

Clarúmque k *Titan* l *diuidens orbi diem;*
m *Tacitiſque præbes conſcium ſacris iubar*
n *Hecate triformis;* o *quoſq; iurauit mihi*
Deos Iaſon; quoſque p *Medeæ magis*
Fas eſt precari; q *noctis æterna chaos,*
r *Aduerſa ſuperis regna,* ſ *maneſque impios,*
t *Dominumque regni triſtis, &* u *dominam fide*
x *Meliore raptam, voce non fauſta precor:*
Adeſte, adeſte ſceleris y *vltrices deæ,*
a *Crinem ſolutis ſquallida ſerpentibus,*
Atram cruentis manibus amplexa facem,
Adeſte: b *thalamis horridæ quondam meis*
Quales ſtetiſtis: c *coniugi lethum nouæ,*
Lethumque d *ſocero &* e *regiæ ſtirpi date.*
f *Mihi peius aliquid, quod precer ſponſo malum,*
Viuat; per vrbes erret g *ignotas egens,*

k Sol fili Hyperionis, qui vnus è Titanibus. vi *Herc. Fu.* 966.

l Alternam præbens vtrique Hemiſphærio lucē.

m Noctu & in locis ſecretis fieri ſolitis, magicis, necromanticis, *alij*, Eleuſinis. *vi. Herc. Fu.* v. 300. & v. 844.

n Vide Hippolyt. v. 411.

o Vel generaliter, deos, pro more, in contrahendis nuptiis iureiurādo teſtes adhibitos: *vel* Sidera & Horas, infr. v. 481.

p Infernis ſacris & magicis initiatos q Hiatum & cæcam voraginem æternæ noctis, i. mortis & inferorum. Vid Herc. Fu 609. & Thyest. 830. r Infera, triſtia, obſcura, letalia, mala, oppoſita ſuperis, lætis, lucidis, vitalibus, bonis. ſ Vmbras, ceu animas impiorum corpore exutas. t Plutonem. u Proſerpinam. x Neque enim eâ mente rapuit eam Pluto vt repudiaret; quod fecit in me Iaſon. y Eumenides. Pœnæ. Furiæ, Herc. Fu. v. 100. a Erinnys, Furiæ excutite *pronam flagranti vertice pinum, Stridenteſque comas.* b Nuptiis infauſti exitus furias ſtatuunt auſpices & pronubas. *Nam mihi nec Iuno nec Hymen, ſed triſtis Erinnys Prætulit infauſtas ſanguinolenta comas.* Hypſipyle Ouidiana, vide *Octau.* 23. *&* 158. c Creuſæ *al.* Glauce. d Creonti. e Liberis Iaſonis meiſque.
f Suggerite mihi peius aliquod letho malum, quod Iaſoni imprecer. *Et hoc eſt*, Viuat. Gruter* ſubintelligit *eſt*, hoc ſenſu: Quod ad Iaſonē ſpectat. non mihi opus Furiarū operâ, eſt enim ad manum quod ei imprecer omni morte peius; vitam exulem atque inopem. g Inimicas.

Exul, pauens, inuiſus, incerti h *laris:*
Me coniugem optet, limen alienũ expetat,
i *Iam notus hoſpes: quoq; non aliud queam*
Peius precari, liberos k *ſimiles patri,*
l *Similéſq; matri. parta, iam parta vltio eſt.*
m *Peperi querelas, verbaq; in caſſum ſero.*
Nõ ibo in n *hoſtes?* o *manibus excutiã faces,*
p *Cœlóque lucem. ſpectat hoc* q *noſtri ſator*
Sol generis? & r *ſpectator, & curru inſidẽs*
Per ſolita s *puri ſpatia decurrit poli?*
Non redit in ortus, & remetitur diem?
Da, da per auras curribus t *patriis vehi.*
Committe habenas, genitor, & flagrantibus
u *Ignifera loris tribue moderari iuga.*
x *Gemino Corinthus littori opponens moras,*
Cremata flammis maria committat duo.
Hoc reſtat vnũ: pronubam thalamo feram
Vt ipſa y *pinum: poſtque* 1 *ſacrificas preces*
Cædam dicatis 2 *victimas altaribus.*
Per 3 *viſcera ipſa quære ſupplicio viam,*

h Domus, loci habitandi.
i Namque & hic apud Creontem hoſpes eſt.
k Perfidos.
l Veneficos, crudeles.
m Liberos tales futuros. vel quos in patris vltionem trucidem, peperi.
n Creontem. Creüſam, Iaſonem; & liberos?
o Ex manibus δᾳδούχων illas Creüſæ nuptiis præferentium. de facibus, vide quæ ad v. 263. & v. 507. Theb. & inf. v. 112.
p Inducamque extinctis facibus tenebras
q Æetes enim Medeæ pater fuit, Solis ex Perſa Neptuni filia natus.
r Annon horrens refugit, vultuſque ſuos tegit?
ſ Non mutati, nulla nube maculati, nec in ortum redeuntis, vt in ſcelere Thyeſtæo? vid. Act. 4. cum choro, & act 5. Thyeſt.
t Mé auitis, vt Phaëthonta quondam paterno curru.
u Equos ignipedes, flammiuomos.
x Vt comburam Corinthiacum Iſthmon cum vrbe in quâ Creon, Iaſon, Creuſa. Sic *Qui ſecat & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos, Nec patitur conferre fretum: ſi terra recedat, Ionium Ægæo franget mare.*
y Facem è pinu. vide inf. v 111. & Thebaid v. 263. Sunt qui *Spinum* legunt: nam & è Spina alba faces nuptiales fieri ſolitæ: innuit autem ignem illum venenatum quo Creuſam perditura ſit cum patre ſuo.
1 In nuptiis quidem adhibitæ preces & ſacrificia; Medea autem incantationes ſuas intelligit.
2. Liberos ſuos ex Iaſone innuit, quos mactare inſtituit.
3. Liberorum.

4 *Si viuis, anime: ſi quid antiqui tibi*
Remanet vigoris, pelle fœmineos metus,
Et inhoſpitalem a *Caucaſum mente indue.*
b *Quodcunq; vidit Phaſis aut Pontus nefas,*
Videbit Iſthmos. effera, ignota, horrida,
c *Tremenda cœlo pariter ac terris mala*
Mẽs intus agitat: vulnera, & cæde, & vagũ
Funus per artus. leuia memoraui nimis:
d *Hæc virgo feci. grauior exſurgat dolor.*
Maiora iam me ſcelera poſt partus decent.
Accingere irâ, téque in exitium para
Furore toto: e *paria narrentur tua*
Repudia thalamis quo virum linquis modo?
Hoc quo ſecuta es. rumpe iam ſegnes moras:
Quæ ſcelere pacta eſt, ſcelere rumpatur fides.

4 Se ad vindictam incitat. a Feritatem & crudelitatem. Heniochorũ & Scytharum, qui ad Caucaſum Thyeſt. v. 1046. vel etiã meam quæ è Colchide. b Tale hic in Corintho patrabo facinus, quale olim in Colchis, cuius Phaſis fluuius eſt, queq; Ponto cõtermina, vbi ſc. fratrem Abſyrtum diſcerpſi, diſperſique vt patri me inſequenti moram iniicerem, dum artus diſſipatos colligeret. c Diis & hominibus abominanda. d Hæc in fratre Abſyrto feci virgo vt Iaſoni nuberem, cui nuptæ & ex eo matri factæ, ne dimittar, vel etiam in repudij vindictam, maiora ſunt ſcelera excogitanda. e Nuptias proditione patris & cæde fratris conciliaui, repudium ſuperinductæ Creuſæ & propriorum liberorum vlciſcar.

CHORVS.

Chorus è mulieribus Corinthiis Iaſonis & Creuſæ nuptiis Epithalamium præcinit.

f *AD regum thalamos numine proſpero,*
Qui cœlum, ſuperi, quique regunt fretum,
Adſint, cum populis g *ritè fauentibus.*

f Ad Iaſonis & Creuſæ nuptias. g In ſacris principum inaugurationibus, adoptionibus, nuptiis, adſtantes fauebant linguâ, id eſt, malis verbis abſtinebant, bona dicebant, εὐφήμουν: votis & acclamationibus fauſta, lætáque ominati. vid. Octau. 697.

Primus ſceptriferis colla h *Tonantibus*
i *Taurus celſa ferat tergore candido.*
k *Lucinam niuei femina corporis*
Intertata iugo placet: & aſperi
Martis ſanguineas l *quæ cohibet manus,*
Quæ dat belligeris fœdera gentibus,
Et 2 *cornu retinet diuite copiam,*
3 *Donetur tenera mitior hoſtia.*
Et m *tu qui* n *facimus legitimis ades,*
Noctem o *diſcutiens* p *auſpice dextera,*
Huc incede gradu a *marcidus ebrio,*
Præcingens roſeo tempora vinculo.
Et b *tu, quæ gemini præuia temporis*
c *Tardè ſtella redis ſemper amantibus:*
Te matres auidæ, te cupiunt nurus,
Quàm primùm radios ſpargere lucidos.
Vincit d *virgineus decor*
Longè e *Cecropias nurus:*

h Ioui & Plutoni. Dio quidem rubentes tribuũt manubias, eáſq; interdiù miſſas: Sũmano albas vel nigras, eaſque noctu. Sed & Iuno, Pallas, aliiq; è diis fulmen iaculari dicũtur: ſed quod à Ioue acceperint. i Neptuno, Apollini, Marti taurũ immolari, Ioui nequaquã vult Seruius. Has itaq; infauſtas fore nuptias ominatur. Sed τῷ Διῒ ἤλαυνε ταύρους παγκάλους εἰς τέσσαρας. Xenoph. Cyri pæd. Et, ἔθυσα τῷ Διῒ βασιλικῷ, ταῦρον λευκόν. Iulian. ad Libanium. *Iunonem ante omnes, cui vincla iugalia curæ, Candida & intacta placet ceruice iuuenca* l *Vel* Venus, quæ *Pace frui Martem cogere ſola poteſt.* Et huc reſpicit quod ſubiungitur 3 *Donetur tenera mitior hoſtia*, ſic Flaccus, *Mactata veniet lenior hoſtia*: quæ meri patera cum thure, quandoque tamen ſus illi mactabatur, & hinc feſtum ὑεία. vel, Pax ſeu Concordia, *vnde fluit 2 pleno cunctorum copia cornu.* alluditque ad κέρας Ἀμαλθείας, ſeu Acheloi. Sed & Paci bos cædebatur, verùm ſeorſim extra Deæ conſpectum. m Hymenæe, Deus nuptialis, Bacchi fili, vt mox nota a. n Legitimis nuptiis inf. v. 114. o Face quam præfers nuptiis. p Vide Troad. 861.

a Namq; *marcentes gaudet vibrare coronas, Et quaſſare faces & noctem ducere ludo*, vti decet Bacchi filium Venerisque patrem: *aliis*, Apollinis & Calliopes filium. b Veneris ſtella, noctis præuie Heſpere, diei prænuncie Phoſphore. Hippol. v. 748. c *Vt mox longa quibus mentitur amica*, &c Ita ſponſarum, nouéq; nuptarum deſiderio tardè procedere videtur dies nuptiis dictus. d Virginis ſponſæ, Creüſæ ſeu Glauces. e Atticas puellas nubiles. Cecrops autem primus erat Athenienſium rex.

f Et quas g Taygeti iugis
h Muris quod caret oppidum,
Exercet iuuenum modo,
i Et quas k Aonius latex,
* Alpheúſque ſacer lauat,
Cedent l Æſonio duci,
Sic forma velit aſpici,
m Proles fulminis improbi,
n Aptat qui iuga tigribus:
Nec non o qui tripodas mouet,
Frater p virginis aſpera.
Cedet q Caſtore cum ſuo
Pollux caſtibus aptior.
Sic, ſic, Cœlicolæ, precor,
Vincat r femina coniuges,
Vir longè ſuperet viros.
Hæc cum virgineo conſtitit in choro,
Vnius facies prænitet omnibus.
ſ Sic cum ſole perit ſideribus decor,
Et t denſi latitant Pleïadum greges;
Cum Phœbe ſolitum lumine a non ſuo
b Orbem circuitis cornibus alligat.

f Et Lacenas virgines quæ patrio more exercentur virilibus officiis: curſu, venatione, palæſtrâ, idque nudæ. g Laconiæ montis, Spartæ imminentis. *Virginibus bacchata Lacænis Taygete.* h Quod tamē poſtea muris cingi cœpit prius ἀνδρείᾳ ἢ τοῖς τείχεσι πεφραγμένον. i Vincitque Thebanas virgines. Bœotia autem prius Aonia dicta eſt ab Aone Neptuni filio. k Dirce fons Bœotiæ propè Thebas, Muſis ſacer adeoque tacitè ipſis Muſis Creuſam confert, *. v. 116. *Thyeſt.* cur item ſacer ſit, vide *ibid.* l Iaſoni filio Æſonis, qui filius Cretæi, Cretæus Æoli. m Bacchus, vid. Herc. Fur. 455. v. pulcher, Hippol. v. 751. n Oedip. v. 425. & Hippol. verſ. 753. o Apollo cuius reſponſa reddit vates in tripode ſtans. vid. Oed. 227. v. p Dianæ venatricis, montiuagæ, perpetuæ virginis. q Κάστωρ θ' ἱππόδαμος καὶ πὺξ ἀγαθὸς Πολυδεύκης, pulcherrimi, Ioue quippe cygno geniti: Hippol. v. 807. r Creuſa. ſ Sicuti ſoli orienti velut lumini maiori ſuam cedunt lucem ſtellæ. t Alludit ad etymon ſideris ſeptiſtellij ἀπὸ τοῦ πλείστου, id eſt, à pluralitate & vicinitate ſtellarum. *alii* ἀπὸ τοῦ πλεῖν quòd ortæ nauigandi tempus deſignent Atlantides, Vergiliæ. a Lumine notho & mutuato à ſole lucens. vide Hippol. v. 741. b In plenilunio. Hippol. v. 742.

c *Oſtro ſic niuens* d *phœniceo color*
Perfuſus rubuit: ſic nitidum iubar
Paſtor luce noua f *roſcidus aſpicit.*
Ereptus thalamis g *Phaſidos horridis,*
Effrenæ ſolitus pectora coniugis
Inuita trepidus prendere dextera,
Felix h *Aoniam prendito virginem,*
i *Nunc primum* k *ſoceris,** *ſponſe, volẽtib⁹;*
l *Conceſſo, iuuenes, mittite carmina:*
Rara eſt in dominos n *iuſta licentia.*
Candida thryſigeri o *proles generoſa Lyæi,*
p *Multifidam iam tempus erat ſuccendere* q *pinum.*
r *Excute ſolennem digitis* * *marcentibus* ſ *ignem.*

c ὡ. δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ, &c. *Fulget ebur veluti, Tyrio quod tinxerit oſtro Mæonis, aut Paphijs lilia miſta roſis.* d Thyeſt. v. 344. e Hæc ad Endymionẽ ſunt qui referunt, rectius ad ſolem oriẽtem, *Quale nouo Phœbo aut Tithoni coniuge cælum Subrubet.* f Vigil. rore nocturno madens, vel luce nouâ, id eſt, Aurorâ, roſcidâ, *Hypallage.* g Medeæ ad Phaſim natæ ſup. v. 44. barbaræ, crudelis, veneficæ, cuius ſc. thalamos Iaſon meritò horreat. h αἰ-πάτειαι Phaſidi, id eſt, barbaræ. *Græcam.* ſup. v. 80. vel lege *Æoliam.* Creonti enim patri Creüſæ Siſyphus pater qui filius Æoli infr. v. 746. commendaturque ſponſa à Deo generis authore. i Namque in priore non conſenſerat Æſon, Æethâ certe inuito. k Æſone & Creonte, * al. *ſponte volent* l Nuptiis enim dicteria in ſponſum ſponſamque iacere licuit. m Epithalamium à virginibus & adoleſcentibus alternè cantatum ante thalamum: ne compreſſæ à viro puellæ audiretur vox. n Lege *iſta licentia* ſc. libertas loquendi quidlibet apud dominos raro permiſſa eſt, in Mercurialibus apud Cretenſes, Saceæ feſto apud Babylonios, Peloriis apud Theſſalos, Saturnalibus apud Romanos, vt & nuptialibus. o Hymenæe filj Bacchi, qui *Quòd ſoluit curis corda, Lyæus erit à* λύω. thyrſi autem haſtæ quas pampinis intextas Bacchides in Orgiis geſtabant. ſup. verſ. 67. p. In modum ſpicatum inciſam, quò facilius flammam concipiat. q Sup. v. 38. r. Concute, iacta, *inquit Delrius,*, credo ego in nuptiis felicibus Hymenæi partes fuiſſe ignem nuptialem extinguere, ſponſumque & ſpõſam in thalamos vocare, & ad hanc coniecturam facit quod Medea ſup. verſ. 17. minata eſt velle ſe faces excutere, infelici omine, & ſup. 67. * Supra v. 69. ſ Fax in nuptiis prælata in ho-

norem Cereris, ignis & aqua adhibita, quòd fœtus animantiũ calore & humore corporẽtur atq; animentur ad vitã.

Feſta dicax fundat t *conuicia* u *Feſcenninus,*
Soluat turba iocos, x *tacitis eat illa tenebris,*
Si qua peregrino nubit fugitiua marito.

t Dicta iocularia. ῥήματα αἰσχρὰ καὶ ἀσχημοσύνης γέμοντα, Chryſoſtom. & Lucan. 2. *nec more Sabino Excepit triſtis conuicia feſta maritus.* u Fuere verſus Feſcenninos omni verborum laſciuiâ imo obſcænitate refertos canebant, vt nouæ nuptæ aures rcturarent, ſed poſitâ prius prætextâ, cuius purpura verecundiæ ſymbolum, dict à Feſcennio Hetruriæ oppido, aliis à *faſcino.* quòd ad nimias laudes (quæ in Epithalamio occinebantur) à Nemeſi vindicandas & arcendum faſcinum; à præfiſcinis adiiciebantur Feſcennini. x Deducatur ad maritum illa abſque facibus, Epithalamio, Feſcennino, quæ domo patris profuga peregrinum ſecuta, raptori clam & inconceſſo nupſit, quod fecerat Medea, in quam hoc obiter iactum eſt conuicium.

ACTVS SECVNDVS.

MEDEA NVTRIX.

Audito Hymenæi furit Medea, quam ſedare nutrix laborat, ſed fruſtra.

y Epithalamiũ carmẽ nuptiale chori ſc. pręcedẽtis. de Hymenæo vide quę ad v. 262. Theb.
z Poſtquã eripuit me patri, patrię, regno.
x Ingrat⁹, immemor.
y Herbis & incãtamentis illi à me datis vicit ęripedes & igniuomos tauros. z Mare pacatũ artub. lacerati fratris. a Itane exhauſtã mihi credit omnẽ malarũ herbarũ ſciẽtiã, & magicas artes ad ſcelera potentes, vt nihil reliqui ſit

OCcidimus, aures pepulit y *Hymenæus meas.*
Vix ipſa tantum, vix adhuc, credo malum.
Hæc facere Iaſon potuit? z *erepto patre,*
Patria, atque regno, ſedibus ſolam exteris
Deſerere? x *durus merita contempſit mea,*
Qui ſcelere y *flammas viderat vinci, &* z *mare?*
a *Adeone credit omne conſumptum nefas?*
Incerta, vecors, mente non ſana feror
Partes in omnes, vnde me vlciſci queam.

Vtinam eſſet [b] illi frater! eſt coniux: in hanc
Ferrum exigatur: hoc meis ſatis eſt malis.
Si quod Pelaſgæ, ſi quod vrbes barbaræ
Nouere facinus, quod [c] tuæ ignorãt manus,
Nunc eſt parãdũ, [d] ſcelera te hortetur tua,
Et cuncta redeant, [e] inclytum regni decus
[f] Raptum; & nefandæ virginis [g] paruus comes
Diuiſus enſe, funus [h] incertum patri,
Sparſũque [i] ponto corpus & [k] Peliæ ſenis
Decocta aheno membra, funeſtum impiè
Quàm ſæpe fudi ſanguinẽ? [l] at nullũ ſcelus
Irata feci, ſæuit infelix amor.
Quid tamen Iaſon potuit [m] alieni arbitri,
Iuriſque factus? [n] debuit ferro obuium
Offerre pectus. [o] melius, ah melius dolor
Furioſe, loquere. ſi poteſt, viuat meus,
Vt fuit, Iaſon, ſin minus, viuat tamen,
Memórque noſtri, muneri [p] parcat meo.
Culpa eſt Creontis tota, qui [q] ſceptro impotẽs
[r] Coniugia ſoluit, quiq; [ſ] genitricẽ abſtrahit
Natis; & arcto pignore adſtrictam fidem
Dirimit: petatur ſolus hic, pœnas luat
Quas debet: alto cinere cumulabo domum.
Videbit [t] atrum verticem flammis agi

in ipſius vindictam?
b Quẽ diſcerperem, vt meũ olim ſup. v. 44
c O Medea. *ſuas innuit.*
d Ad animum reuoces priora ſcelera, atq; ab iis exempla capias & conſilia de futuris.
e Vellus aureũ arietis, quo vectus Phrixus è Bœotia in Colchos trãsfretauit. vid. Troad. v. 1032.
f Ab Iaſone, mea arte, conſilio, auxilio.
g Abſyrt⁹ frater, ex eodem patre, matre autem Aſteri, aliis Ipſea, à me diſcerptus. ſup v. 44.
h Sparſit enim artus, vt patrẽ inſequentem tardaret v. 44. ſupra. al. *inceſtum.* i Mari, vt modò v. 121. vel regione Ponti, *Vnde Tomos dictus locus eſt, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.* k Patrui Iaſonis inf. v. 257.
l Emphaticè. Iam autem irata in ſcelus accingor. m Hucà Creõte coactus. n Potiùs quàm me deſerere. o Epanorthoſis.
p Magis appoſitè tamen legas *parcas.* q. d permitte illum, ô dolor. vitâ quam illi dederim frui. q Imperio ſuo.
r Mei & Iaſonis. ſ Me.
t Nigrum regiæ vel Corinthi fumum ſinuoſo flexu aſcendentem.

u *Malea, longas nauibus flectens moras.*
Nu. *Sile obſecro, queſtuſq; ſecreto abditos*
Manda dolori, grauia quiſquis vulnera
Patiēte & æquo a *immotus animo pertulit,*
b *Referre potuit,* ira, quæ tegitur, nocet.
Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.
Me. Leuis eſt dolor, qui capere conſilium poteſt,
Et c clepere ſeſe: magna non latitant mala.
Libet d *ire contra.* Nu. *ſiſte furialē impetū*
Alumna: e *vix te tacita defendit quies.*
Me. Fortuna fortes metuit, ignauos premit.
Nu. f *Tunc eſt probāda, ſi locū virtus habet.*
Me. Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.
Nu. Spes nulla monſtrat rebus afflictis viam.
Me. Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.
Nu. g *Abiero Colchi*; h *coniugis nulla eſt fides;*
Nihilque ſupereſt opibus è tantis tibi.
Me. *Medea ſupereſt*: i *heic mare & terras vides,*

u Promontorium Laconiæ propè Corinthum, hodie *Capo Melio.* quod per quinque millia paſſuum in mare protenſum ventiſque expoſitū procelloſum, ſinuumque ſequacibus vndis inquietum reddit mare, nauigantibus moras inhibet. *Et ratibus longè flexum donare Malea.*
a Alij leg *Mutus*, id eſt. tacitè & diſſimulanter.
h Par pari reddere, vlciſci.
c Tegere, celare, κλέπτειν, vid. Herc. Fu. v. 798.
d Apertè occurrere.

e Etiamſi tacita quieſcas, vix tuta eris; multò minus ſi quid moueas. f Tunc quidem fortitudo eſt probanda, vbi te aliquid per virtutem conſequuturum ſperes, alioqui furor eſt, ſtupor, deſperatio, &c. vltra ſpem & vires niti. g A te alienati, tibi infeſti ſunt Colchi. h Iaſonis. i Quæ omnia hæc arte ſuâ poteſt perturbare inque ſuam opem vocare. *vel quid ſi interrogatiuè legamus hoc modo?* An verò hîc vides maria, terræ motus, ferrum, ignes, deos, fulmina, quæ etiam fortis timeat? cū ex præceptionibus Ethicis, ἀλλ' εἴ τις μαινόμενος εἴη ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε κύματα, &c. atque ad coniecturam meam faciunt quæ præcedebant v. 160. quæque ſequuntur, & tamen

Ferrumque, & ignes, & deos, & fulmina.
Nut. *Rex eſt timendus.* Med. k *rex meus fuerat pater.*
Nu. *Non metuis arma?* Me. l *ſint licet terra edita.*
Nu. *Moriere.* Me. *cupio.* Mu. *profuge.* Me. *pœnituit* m *fugæ.*
n *Medea fugiam?* Nu. o *mater es.* Me. p *cui ſim, vides.*
Nu. *Profugere dubitas?* Me. *fugiam: at vlciſcar prius.*
Nu. *Vindex ſequetur.* Me. *forſan inueniam* q *moras.*
Nu. *Cōpeſce verba; parce iam demēs minis,*
r *Animóſq; minue.* tempori aptari decet.
Me. Fortuna opes auferre, non animū, poteſt.
ſ *Sed cuius ictu regius cardo ſtrepit?*
Ipſe eſt Pelaſgo tumidus imperio Creon.

rex eſt timēdus, arma, &c.
k Neque tamē eum timui, verùm Iaſoni cōtra eū ſteti.
l Non etiā Gigantes, & terra è dentibus ſerpētinis edita. Namque & hæc mea arte fretus debellauit Iaſon.
m Qua patrē deſerui Iaſonem ſecuta.
n *Emphaticè,* Egóne tam magicis potens? tam prius pertinax & pericula contemnens?

o In liberorum tamen gratiam fuge, vel reſpicit ad v. 25. ſup.
p Ex quo tamen & 135. r Animi pertinaciam & ferociam.
ſ Sed crepuere fores regiæ, qui egreditur?

Creon. Medea.

Creon Medeam in exilium properè abire imperio vrget: illa diei vnius moram vix impetrat.

Cr. MEdea, a *Colchi noxium Æëtæ genus,*
Nondum meis exportat è regnis pedem?
Molitur aliquid, nota fraus, nota eſt manus.
b *Cui parcit illa? quémve ſecurum ſinit?*
c *Abolere properè peſſimam ferro luem*

a Colchorum regis.
b Qui non patri pepercit, non fratri.
c Medeam de medio tollere ſtatueram.

Equidem parabam, precibus euici [d] gener.
Conceſſa vita eſt; liberet fines metu;
Abeátque tuta. fert gradum contra ferox,
Minaxque noſtros propius affatus petit.
Arcete, famuli, tactu & acceſſu procul,
Iubete ſileat: regium imperium pati
Aliquando diſcat. [e] vade veloci via.
Monſtrúmque ſæuum, horribile iamdudum, auehe.
Me. Quod crimen, aut quæ culpa multatur fugâ?
Cr. Quæ cauſſa pellat [f] innocẽs mulier rogat.
Me. [g] Si iudicas, cognoſce: ſi regnas iube.
Cr. [h] Æquum atque iniquum regis imperium feras.
Me. Iniqua numquam regna perpetuò manent.
Cr. I, querere Colchis. Me. redeo: qui aduexit, ferat.
Cr. [i] Vox conſtituto ſera decreto venit.
Me. Qui ſtatuit aliquid parte inaudita alterâ,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.
Cr. Auditus à te [k] Pelia ſupplicium tulit,
Sed fare: cauſæ detur egregiæ locus.
Me. [l] Difficile quã ſit animũ ab ira flectere
Iam concitatũ; quamq; regale [m] hoc putet,
Sceptris ſuperbas quiſquis admouit manus,
Quà cœpit, ire; regiâ didici meâ.
Quamuis enim ſim clade miſerãda obruta,
Expulſa, ſupplex, ſola, deſerta, vndique
Afflicta; quondam [a] nobili fulſi patre,
Auóque clarum Sole deduxi genus:
Quodcumq; placidis flexibꝰ [b] Phaſis rigat,

d Iaſon.
e Satellitum aliquis vadat & auehat.
f Ironicè q.d. nocentiſſima.
g Si rex iuſtus es, de causâ meâ priùs cognoſcè: ſi tyrannicè pro libidine imperas, inauditâ causâ eiice.
h Regiæ ſubiecta poteſtati, ne diſputes de imperio æquo aut iniquo, ſed quod regi lubet, feras.
i Cogitâ causâ lataq; ſententia, ſera venit expoſtulatio.
k Pelias, voc. pro Nomin. inf. v. 259.
l Quàm pertinaciter reges irã de leui qualicũq; iniuſtáve causa conceptam foueãt vrgeántque, & ipſa rege orta noui.
m Al. *occupet.*
a Æta Solis filio.
b Colchorum fluuius max.

c *Pontúſq; quidquid Scythic⁹ à tergo videt,*
Paluſtribus quà maria dulceſcunt aquis;
Armata d *peltis quidquid exercet* e *cohors*
Incluſa ripis f *vidua* g *Thermodontiis:*
Hoc omne noſter genitor imperio regit.
Generoſa, felix, decore regali potens
Fulſi. petebant tunc meos thalamos h *viri,*
Qui nunc petuntur: rapida Fortuna ac leuis,
Præcépſque regno eripuit, exilio & dedit.
Confide regnis, cum leuis magnas opes
Huc ferat & illuc caſus. hoc reges habét
Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies;
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere: *ſolũ hoc Colchico regno extuli;*
Decus illud ingens, i *Græciæ florem inclytũ*
Præſidia Achiuæ gentis, & k *prolem deûm*
Seruaſſe memet: l *munus eſt Orpheus meũ,*
Qui ſaxa cantu mulcet, & ſyluas trahit:
Geminúmque munus, m *Caſtor & Pollux, meum eſt;*
n *Satiq; Borea,* o *quiq; trans Pontũ quoque*
Summota o *Lynceus lumine immiſſo videt;*

c Mare Euxinũ ab Occidente. Colchida claudit dulcius quã cætera maria, vt quod Mæotidi commiſcetur atque in quod Tanais innumeriq; alij fluuij influunt. d Scutis breuibus quorũ extrema lunãtur in cornua. e Amazonidũ lunatis agmina peltis, &c. vide Agam 217. f Vid. Hippol. 610. g Vide Herc. Fu. 245. h Proci alii, *vel* per indignationem Synecdochicã, Iaſõ. i ἄνθος Ἀργείων iuuenũ nobilium, Heroum florem. k Argonautas, Heroas, diis genitos. *quorum pleroſque enumerat.* l Mei muneris eſt quod viuit Orpheus. ὅς τις ἀπειρίας οὔρεσι πέτρας Θέλξειν ἀοιδάων ἐνοπῇ, ποταμῶν τε ῥέεθρα Φηγούς τ' ἀγελάδας, &c. *Mulcens lapides & agens carmine quercus.* m Sup. v. 88 n Calais & Zetes οὓς πτ' Ἐρεχθεὶς Βορέα τέκεν Ὠρείθυια. o πάντων αἰθρήπων ὀξυωπέστατος qui ex Taygeti cacumine totã Peloponneſum fertur proſpexiſſe; Caſtorem & Pollucem in cauâ quercu latitantes vidiſſe; è Sicilia claſſem Punicam è Carthaginis portu ſoluentem oculis luſtraſſe, numerúmq; notaſſe, &c. Non tamen credibile id fieri vel à perſpicaciſſimo Lynceo, vel à Varronis illo Strabone, vt 1500 ſtadiorum (tot enim à Lilybæo in Africam ſunt) ſpatium proſpiceret, cùm intentam ab oculis aciem per planum pergere vltra 180. ſtadia negent Mathematici, multo minus marii in orbem per tantam diſtantiam vergente.

Omnéſq; a *Minyæ: nam ducū taceo* b *ducē:*
Pro quo nihil debetur, hunc nulli imputo.
Vobis reuexi cæteros, vnum mihi.
Inceſſe nunc, & cuncta flagitia ingere:
Fatebor: obici crimen hoc ſolum poteſt
c *Argo reuerſa.* d *virgini placeat pudor,*
Paterque placeat: tota cum ducibus ruet
Pelaſga tellus: hic tuus primus gener
* *Tauri ferocis ore flagranti accidet.*
e *Fortuna cauſam quæ volet noſtrā premat:*
Non pœnitet ſeruaſſe tot regum decus.
Quodcunque culpâ f *premiū ex omni tuli,*
Hoc eſt penes te, ſi placet, damna ream:
Sed redde crimen. ſum nocēs, fateor, Creon,
g *Talem ſciebas eſſe, cum* h *genua attigi,*
Petijque ſupplex præſidis dextra fidem
Terrâ hac miſeriis angulum & ſedem rogo,
Latebráſque viles. vrbe ſi pelli placet,
Detur remotus aliquis in regnis locus.
Cr. *Non eſſe me qui ſceptra violenter gerā,*
Nec qui ſuperbo miſerias calcem pede,
Teſtatus equidem videor haud clarè parū,
Generū i *exulē legēdo, & afflictū, & graui*
Terrore panidum. quippe te pœna expetit
Letóque Acaſtus, regna Theſſalica obtinēs:
Senio trementem debili, atque æuo grauem,
Patrem peremptum queritur, & cæſi ſenis
Diſciſſa membra: cum dolo capta tuo

a Theſſali comites Iaſonis in expeditione Colchica, ab Orchomeno Theſſaliæ fluuio, qui prius Minyeus, dicti. b Iaſonem. c Quòd ἀργὸς velox. *vel* ab Argo fabricatore, *vel*, quod ea vecti *Argiui delecti viri*. d Quòd ſi mihi magis pudor paterque placuiſſet quā Iaſon, periiſsēt Theſſali Argiui, vniuerſæ denique Græciæ flos, nec flos, nec Iaſon igniuomos tauros. (* Duos namque fuiſſe refert Apollonius ταύρω χαλκόποδε στόματι φλόγα φυσιόωντε) effugiſſet, tibi gener futurus. vide inf. v. 446. e Vtcunque mea cauſa iniqua ſit. f Iaſonem. g Cùm tuum præſidium ſupplex implorauí, fugiens Acaſtū Peliæ filium, qui me perſequitur, ſibique in patriæ necis vltionem dedi poſcit. h Troad. v. 689. i In exilium fugientem propter tuū facinus, tu enim præ te ferens velle te medicamine Peliam iuuentuti reſtituere (quod prius in Æſone feceras) Peliæ iniurias in Iaſonem vlta, feciſti piè impias Peliadas patrem ſuum iugulare, non reuicturum vti promiſeras, vtque illæ expectauerant.

a Pia ſorores impium auderent nefas.
Poteſt Iaſon, ſi tuam cauſſam amoues,
Suam tueri: nullus innocuum cruor
Contaminauit: abfuit ferro manus,
Proculque veſtro purus à cœtu ſtetit.
Sed tu malorum machinatrix facinorum,
Cui feminea nequitia ad audendum omnia,
Virile robur, nulla famæ memoria eſt,
Egredere, b purga regna: lethales ſimul
Tecum aufer c herbas, libera ciues metu.
Alia ſedens tellure d ſollicita Deos.
Me Profugere cogis? redde fugienti ratem,
Vel redde comitem; fugere cur ſolā iubes?
Non ſola veni, e bella ſi metuis pati,
Vtrumque regno pelle, cur ſontes duos
Diſtinguis? f illi Pelia, non nobis iacet.
g Fugam, h rapinaſq; adice: deſertũ patrē,
i Lacerúmque fratrem: k quidquid etiam num nouas
Docet maritus coniuges, non eſt meum.
Toties nocens ſum facta, ſed nunquā mihi.
Cr. Iā exiſſe decuit, quid ſeris fando moras?
Me. Supplex recedens illud extremū precor,
Ne culpa natos matris inſontes trahat.
Cr. Vade, hos paterno, vt genitor, excipiam ſinu.
Me. Per ego l auſpicatas regij thalami toros,
Per ſpes futuras, pérque regnorum ſtatus,
Fortuna variâ dubia quos agitat vice,
Precor, breuem largire fugienti moram,

a Piſidice, Pelopœa, Hippolyte, & Alceſtis filiæ Peliæ, quarũ, vt quæque pia eſt Medeæ hortatibus impia prima eſt. Et ne ſit ſcelerata facit ſcelus, &c. Ouid. 7. Metam.
b Purga mea regna tam lethali monſtro.
c Veneficia herbas. Medeã autem noxias plurimas inueniſſe herbas ferunt, & inter cæteras Ephemeron, præſentanei lethi herbam.
d Carminib9, imprecationib9, veneficiis, ſceleribꝰ moleſta, incanta ſidera, infra v. 424. & 672.
e Namq; Acaſtus bellũ Corinthiis indixit, ſi Medeã receptã fouerent. f In Iaſonis gratiam & vltionem, cui autē ſcelus eſt bono, nocens ille eſt, inf. 500. g A patre. h Aurei velleris. i Sup. v. 44. k Et ſi quod aliud malum eſt quod nunc Creüſam docet, vt me olim. l Bono auſpicio cœptas Iaſonis & filiæ tuæ nuptias, non inauſpicatas vt meas, ſup. v. 114.

Dum extrema gnatis mater infigo oſcula,
Fortaſſe moriens. Cr. *fraudibus tẽpus petis.*
Me. *Quæ fraus timeri tẽpore exiguo poteſt?*
Cr. Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.
Me. *Parũne miſeræ tẽporis lacrymis negas?*
Cr. *Et ſi repugnat precibus infelix timor,*
Vnus parando dabitur exilio dies.
Me. [a] *Nimis eſt: & ex hoc aliquid abſcindas licet,*
Et ipſa propero. Cr. [b] *capite ſuppliciũ lues,*
Clarus priuſquàm Phœbus attollat diem,
Niſi cedis [c] *Iſthmo.* [d] *ſacra me thalami vocant,*
[e] *Vocat precari feſtus Hymenæo dies.*

a Vltra votum mihi moram indulſiſti, nãq; in rem meam eſt fugam accelerare, ac proinde & ipſa propero.
b Εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ, &c. Θανῇ, Euripid.
c Corinthiaco.
d Nuptiarum ſacra.
e Dies Hymenæo ſacra vocat me ad preces & vota.

CHORVS.

Chorus in audaciam nauigantium inuectus primos nautas dignum audaciâ ſuâ retuliſſe præmium canit. Scilicet Medeam.

[f] AVdax nimirum, *qui freta primus*
Rate tam fragili perfida rupit,
[g] *Terráſque ſua poſt terga videns,*
[h] *Animam leuibus credidit auris;*
Dubióque ſecans æquora curſu,
Potuit [i] *tenui fidere ligno,*
[k] *Inter vitæ mortiſque vias*
Nimium gracili limite ducto.
Nondum quiſquam ſidera norat,
Stelliſque, quibus pingitur æther,

f *Locus in nauigationem, concinens Horatiano: Illi robur & æs triplex circà pectus erat, qui fragilem truci Commiſit pelago ratem.*
g E portu ſoluens in altum, videt terras recedere, Troad. v. 1046.
h Vitam credit fallacibus Auſtris.
i *nunc & ventis animã committe dolato Confiſus ligno: digitis à morte remotus Quatuor, aut ſeptẽ, ſi ſit latiſſima tæda.*
k Anacharſis vbi didiciſſet nauis craſſitudinem eſſe quatuor digitos, τοσοῦτον (inquit) τοῦ θανάτου οἱ πλέοντες ἀπέχουσιν.

Non erat vſus, l *nondum pluuias*
Hyadas poterant vitare rates;
m *Non Oleniæ ſidera capræ,*
Non quæ ſequitur flectitque ſenex
a *Arctica* b *tardus plauſtra* c *Bootes:*
Nondum Boreas, nondum Zephyrus
Nomen habebant.
d *Auſus Typhis pandere vaſto*
e *Carbaſa ponto, legeſque* f *nouas*
Scribere ventis. nunc g *lina ſinu*
Tendere toto: nunc h *prolato*
Pede tranſuerſos captare notos:
Nunc antennas medio tutas
Ponere malo: nunc in ſummo
Religare loco, cùm iam totos
Auidus nimium nauita flatus
Optat, & alto rubicunda i *tremunt*
k *Suppara velo*
l *Candida noſtri ſæcula patres*
Videre, procul fraude remota;
Sua quiſque m *piger litora tangens,*
Patrióque ſenex factus in aruo,
Paruo diues, niſi quas tulerat
Natale ſolum, non norat opes.
n *Bene diſſepti fœdera mundi*
Traxit in vnum o *Theſſala pinus,*

l Hyades ortu & occaſu ſuo pluuias tẽpeſtateſque excitant. vid. Thyeſt. 851. m *Nõ Oleniæ ſidus pluuiale capellæ*, id eſt, Amaltheæ inter ſidera relatæ, quòd Ioui lac præbuiſſet propè Olenũ Achaiæ oppidum. a Herc. Fur. v. 7. & 129. b Quia polo vicinior. c Bubulcus, Arctophylax, quod vrſæ minori adiunctus plauſtrum inſequi videtur, ὃν καὶ ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἀρκτοῦ. d Argonautas primùm nauigaſſe canunt poëtæ, Typhin primum velis & ſtellis in nauigando vſum fuiſſe. e Vela carbaſina f Ventis ſc. á latere flantibus in rectum nauigare g Secundo vſos vento. Hiſp. *Viento à la popa, largar la vela.* h Obliquatis ad captandum flantem à latere ventum velis, ποδεῶνα, id eſt, imum veli angulum, producto altero, reducere. *To bring the tacke a bord.* i Vento impulſa. k Lintea annexa ſupra acatium & antennã. *Summáque pandens Suppara velorum, perituras colligit auras.* l Nullâ auaritiæ liuoriſque labe polluta. m Otio & pace fretus. n Confudit hæc benè diſtincti mundi fœdera, & mari commiſcuit terras, quas *Deus abſcidit prudens Oceano diſſociabili.* Theſſalæ ſyluæ filia nobilis nauis è pinu Ponticâ.

Iuſſitque pati p *verbera pontum,*
q *Partemque metus fieri noſtri*
Mare ſepoſitum: dedit r *illa graues*
Improba pœnas, per tam longos
Ducta timores: cum ſ *duo montes,*
t *Clauſtra profundi, hinc atque illinc*
Subito a *impulſu, velut* b *ætherio*
Gemerent ſonitu; ſpargeret aſtra
Nubeſque ipſas mare c *deprenſum.*
Palluit audax Tiphys, & omnes
Labente manu miſit d *habenas:*
e *Orpheus tacuit torpente lyra:*
f *Ipsáque vocem perdidit Argo.*
Quid? cum Siculi g *virgo Pelori,*
Rabidos vtero ſuccincta canes,
Omnes pariter ſoluit hiatus,
Quis non totos horruit artus,
Toties vno latrante malo?
Quid? cum h *Auſonium* i *diræ peſtes*

p Remorum ictus. Reſpicit poëta ad notã Xerxis amentiã, qui Helleſponto 300. infligi verbera iuſſit propter pontem è ratibus diſruptũ. q *Terra parum fuerat fatis, ad iecimus vndas, Fortunæ miſeras auximus arte vias.* r Argo. ſ Cyaneæ Symplegades, Syndromides. Herc Fu. 1210 quas tranſmiſere Argonautæ, Phinei monitu præmiſſâ viæ duce colũbâ, non ſine periculo, mutilatâ ſummâ puppis parte. t Maris enim Pontici aditus claudere videntur. a Colliſione. vnde & nomẽ habent, ἀπὸ τοῦ συμπλήττεσθαι, dicto verſ. Herc. Fu. b Velut tonitru. c Concurrentibus ſcopulis interceptũ expreſſumque in cœlum d Clauum. e Metu ſtupefactus ipſe tacuit Orpheus, & lyra prius vocalis f Cuius carina præſaga, garrula, fatidica dicitur, vt quæ ex Dodonæa quercu, πολυγλώσσῳ, λαλεστάτην ἔχει τὴν τρόπιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυὸς, in qua dux colũbæ ſeu mulieres Columbæ vocatæ reſpõſa reddebant. g Scylla Phorci filia, quam cùm Glaucus Circe ſpretâ amaret, illa veneficiis dũ ſe in fonte lauaret, in monſtrum canibus inguina ſuccinctũ mutauit. eſtque in mari Siculo ad promontorium Pelorum humanâ figura ſaxum cauernoſum, ad quod maris æſtuoſi fluctus refracti latratum canum repræſentant. *Argonautæ verò, à Ioue propter diſcerptum Abſyrtum irato immiſſâ tempeſtate, errantes hæc loca appulerunt.* h Italiam ab Auſone Vlyſſis & Calypſus fil. i Serenes Acheloi & Terpſichores filiæ tres, Parthenope, Ligia, Leucoſia, ſupernè virgines, in piſces cauda deſinentes, quæ à Muſis victæ cantus ſuos in perniciem hominum conuerterunt. Nautas itaque cantu

Voce canora mare mulcerent,
Cum [k] *Pieria reſonans cithara*
Thracius Orpheus, ſolitam cantu
Retinere rates, pene coëgit
Sirena ſequi quod fuit huius
Precium curſus? aurea pellis;
[m] Maiúſque mari Medea malum,
[n] Merces primâ digna carinâ.
Nunc iam ceſſit pontus, & omnes
Patitur leges [o] *non Palladia*
Compacta manu regum referens
Inclyta remos quæritur Argo.
Qualibet altum cymba pererrat:
[p] *Terminus omnis motus. &* [q] *vrbes*
Muros terra poſuere nouos.
Nil, qua fuerat ſede, reliquit
Peruius orbis. Indus gelidum
Potat [a] *Araxem:* [b] *Albim Perſæ,*
Rhenúmque bibunt: venient annis
Secula ſeris, quibus Oceanus
[c] *Vincula rerum laxet, &* [d] *ingens*
Pateat tellus, Tiphyſque nouos
Detegat orbes; nec ſit terris
Vltima [e] *Thule.*

ad ſe allectos ſopiebant, interfectoſque vorabant.
k Quã à Calliope matre acceperat.
l Παρθενικὴν δ' ἐνοπὴν ἐβιήσατο φόρμιγξ. Apollon.
m Ignis, mare, mulier, tria mala: maximum innuit mulierem effrenem.
n Effera, audax, temeraria mulier, merces digna primâ illa temerariâ naue.
o Neq; tantum Argo Mineruæ operâ confecta, heroum principúmque remigio impulſa, quæritur ad nauigandum, ſed; &c. p Non amplius terminãt terras ſua maria, quin iam amouit terminos illos maris inuenta nauigatio. q Vrbes nouæ ædificari cœptæ in terris aliis, nouæque deductæ coloniæ. a Armeniæ fl. b Germaniæ fl. *Elbe.* c Terminos ſuos quibus terra cingit. d Non tam acceptum hoc Platoni in Phædone de orbe incognito differenti refert Abrahamus Ortelius, quàm poetæ Hiſpani de America à ſuis inuenta vaticinio. e Oceani Septentrionalis inſula. *Tylemarke.* Virgil. *tibi ſeruiat vltima Thule.*

ACTVS TERTIVS.

NVTRIX. MEDEA.

In vindictam præceps fertur Medea, nutrice incaſſum eam dehortante.

Nu. ALumna, celerem quo rapis tectis pedem?
Reſiſte, & iras comprime, ac retine impetu̅.
Incerta qualis entheos curſus tulit,
Cùm iam recepto g Mænas inſanit Deo,
h Pindi niualis vertice, aut i Niſæ iugis:
Talis recurſat huc & huc motu effero,
Furoris ore ſigna k lymphati gerens.
l Flammata facies ſpiritum ex alto citat.
Proclamat; m oculos uberi fletu rigat;
n Renidet; o omnis ſpecimen affectus capit.
p Hæret, q minatur, r æſtuat, queritur, gemit.
Quò pondus iſtud verget? vbi ponet t minas?
Vbi ſe iſte u fluctus franget? exundat furor.
x Non facile ſecu̅ verſat aut mediu̅ ſcelus.
y Se vincet: iræ nouimus veteres notas,
Magnum aliquid inſtat, efferum, immane, impium.
Vultum furoris cerno. a Dij fallant metu̅!

f Oedip. 618. g Baccha, Oed. 430. *qualis vertice Pindi Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.* Herc. Fu. 285. i Oedip. 404 k Mente alienati propter viſam fortè in fonte Nympha̅. Nymphę itaq; iratæ ſpiritu correpti, *νυμφολήπτ.* Sic Ceritos & Laruatos dicebāt, qui Cereris aut Laruæ incurſione animo vexaréntur, niſi rectiùs Lymphatos dicamus, qui ab humentis cerebri exuperantia inſaniunt, ὑγροκεφάλους & cùm humoribus Luna præſit, Lunaticos. l Spiritus è corde excitus, & per faciem diffuſus turbulentos ipſius motus arguit. m E dolore.

n Vindictæ ſpem ſibi gratulata ridet. o Signa & argumenta omnium cogitationum. p Cogitabunda & dubia. q Vultu truci, quaſſato capite. r Irata. ſ Curarum, cogitationu̅. *referturque ad.* t Hæret. *Refer, ad* Minatur *in præced verſu.* u Irarum, *& reſpicit ad* Æſtuat. x Non leue meditatur & vulgare ſcelus. y *Emphaticè*, priora facinora. a Dij faxint vt falſu̅ ſit quod metuo.

Me. b *Si quæris odio, miſera, quem ſtatuas modum,*
c *Imitare amorem.* d *regias egón' vt faces*
Inulta patiar? ſegnis hic ibit dies,
Tanto petitus ambitu, tanto datus?
f *Dum terra cœlum media libratum feret,*
g *Nitidúſque certas mūdus euoluet* h *vices*
Numerúſque arenis i *deerit, & ſolem dies,*
Noctem ſequentur aſtra; dum k *ſicas polus*
Verſabit Arctos, flumina in pontum cadēt;
Nunquam meus ceſſabit in pœnas l *furor,*
Creſcétq; ſemper quæ ferarum immanitas
Quæ m *Scylla, quæ* n *Charybdis Ioniū mare*
Siculumq; ſorbens, quæq; anhelantē premēs
o *Titana, tantis Ætna feruebit minis?*
Non rapidus amnis, non procelloſum mare,
p *Pontúſque Coro ſæuus, aut vis ignium*
Adiuta flatu, poſſet inhibere impetum,
Iráſq; noſtras, ſternam & euertam omnia.
Timuit Creontē, ac bella q *Theſſalici ducis:*
Amor timere neminem verus poteſt.
r *Sed ceſſerit conuictus, & dederit manus;*
Adire certè, & coniugem extremo alloqui
Sermone potuit: ſ *hoc quoq; extimuit ferox.*
Laxare certè tempus immitis fugæ
t *Genero licebat.* u *liberis vnus dies*

b *Medea nutrici non attēderat, atque hæc ſecū.* c *Vel generaliter:* qui cum ſit ex iis affectionibus quarum virtus regula eſſe nō poteſt, nullum nouit habere modū. vel, odio imitare amorem illū, quo Iaſonē ſecuta nulli pepercíſti ſceleri: patre prodito, fratre cæſo. d Tędas in Iaſonis cum regis filia nuptiis accenſas. vide Thebaid. 263. & 107. e Vix à Creonte impetratus. ſup. v. 295. alij de die nuptiali exponūt quem Creon ambiuit. f D*um circumfuſo pendebit in aëre tellus, Ponderibus librata ſuis.* g Cælum ſtellatum. h Anni tempeſtates. i Noſtrâ quidem ignoratione, in ſe autē finita eſt & circūſcripta, cum ipſe mundus neutrâ quantitate ſit infinitus. k Thyeſt. 476. l In vindictā ira. m Sup. ver. 350. & Thyeſt. 507. n Thyeſt. 579. o Typhoeum, *vt volunt plerique.* vid. Thy. 807. *ſecundum alios inter quos noſter.* Her. Fu 801. Enceladum. p Euxinus, in quo procellas excitat Corus. de quo Thyeſt. 576. q Acaſti. ſup. v. 257. & 274. r Sed fac eum ceſſiſſe hûc coactum. ſ Et me alloqui fortè timuit, aliàs ferox. t Cum Creonti gener ſit. u Quò liberis valedicam.

Datus duobus. [x] *non queror tempus breue:*
Multum patebit. faciet, hic faciet dies,
Quod nullus vnquã taceat. [a] *inuadã deos,*
Et [b] *cuncta quatiam.* Nu. *recipe turbatum malis,*
Hera, pectus; animum mitiga. Me. Sola eſt quies,
[c] Mecum ruina cuncta ſi video obruta,
Mecum omnia abeant. trahere, cùm pereas, libet.
Nu. *Quàm multa ſint timenda, ſi perſtas, vide.*
Nemo [d] potentes aggredi tutus poteſt.

x Inf. 361. *Excidimus tibi? nunquam excidemus.*
a Imprecationibus. ſup. v. 271. & inf. 272.
b Omnia mouebo, & *flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta mouebo.*
c ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.
d Latè enim patens eſt ira, longæ manus regum.

IASON. MEDEA.

Iaſonem grauatim Medeam deſerentem ſeque excuſantem aggreditur Medea, opprobriis, precibus, ſimulata conciliatione.

Ia. O *Dura fata ſemper, & ſortem aſperam,*
Cum ſæuit, & cum parcit, ex æquo malam!
[e] *Remedia toties inuenit nobis Deus*
Periculis peiora. ſi vellem fidem
Præſtare meritis coniugis, leto fuit
Caput offerendum! ſi mori nolim, fide
Miſero carẽdũ eſt. [f] *non timor vincit virũ,*
[g] *Sed trepida pietas: quippe ſequeretur necẽ*
Proles parentũ. ô [h] *ſancta, ſi cœlum incolis,*
Iuſtitia, numen inuoco ac teſtor tuum;
Nati patrem vicère. quin [k] *ipſam quoque,*
Etſi ferox eſt corde, nec patiens iugi,

e In expeditione Colchica vt effugerẽ tauros, draconem, ſerpentigenas, iuramẽti reus duxi Medeam: hîc ne ab Acaſto petitus, Creõtis inſidiis peream, violata priore fide ducenda eſt Creuſa.

f Nec tamen mori refugio, animo parum virili de me ſollicitus. g Sed pietas in filios me trepidum facit, ne & illi meã necem comitentur. h Aſtræa, Thyeſt. 855. i Amor natorum coëgit me viuere. k Medeam. *Emphaſis.*

l *Conſulere natis malle, quã thalamis, reor.*
Conſtituit animus precibus iratam aggredi.
Atque ecce, viſo memet, exſiluit, furit.
Fert odia præ ſe, totus in vultu eſt dolor.
Me. m *Fugimus Iaſon, fugimus.* n *hoc non eſt nouum*
Mutare ſedes: cauſa fugiendi noua eſt.
Pro te ſolebam fugere. diſcedo, exeo.
Penatibus profugere quam cogis tuis,
Ad quos remittis? a *Phaſin & Colchos petã,*
Patriumq; regnum; quaq; fraternus cruor
Perfudit arua? quas peti terras iubes?
Quæ maria monſtras? Pontici fauces freti?
Per quas reuexi b *nobiles regum manus,*
c *Adulterum ſecuta per* d *Symplegadas?*
Paruãne e *Iolcon, Theſſala an* f *Tepe petã?*
g *Quaſcunque aperui tibi vias, cluſi mihi.*
Quo me remittis? exuli exilium imperas,
Nec das. eatur: h *regius iuſſit* h *gener,*
Nihil recuſo: i *dira ſupplicia ingere:*
Merui. cruentis k *pellicem pœnis premat*
l *Regalis ira. vinculis oneret manus,*
Cluſamque m *ſaxo noctis æternæ obruat:*
Minora n *meritis patiar. ingratum caput!*
o *Reuoluat animus* 1 *igneos tauri halitus,*
Interque ſæuos 3 *gentis indomitæ metus,*
Armifero in aruo 2 *flammeũ Æëtæ pecus,*
3 *Hoſtiſque ſubiti tela: cùm iuſſu meo*

l Malle vitam natorũ ſeruare, quàm meis thalamis frui. m In exilium mittor, ô Iaſõ, in exiliũ mittor. *Iron.* n Fugi enim è Colchide, patris mei irã verita: rurſus è Theſſalia, Acaſti Peliam patrẽ interfectũ vlturi. Sed hęc propter te. a Sup. v. 44. & 113. b Lege *nobilem regum manum*, id eſt, Argonautas. c Te, tum raptorem, iam deſertorem. d Sup. v. 342. e Troad. v. 817. f Herc. Fu. 284. g Namque & patriã & Theſſaliã mihi infeſta atque inimica reddidi, tibi vt placerẽ.

h Iaſon *Scopticè*, Creontis iã gener. i Quæ bene de te merẽdo, perfide, metuerim. k Me velut filiæ ſuæ pellicẽ. l Creontis m Specu tenebroſo, ſaxeo. Siſyphus ipſe. infr. verſ. 512. n Malis meritis in patrẽ, fratrẽ meũ & Peliã: bonis erga te. o Recordare, te, cũ non liceret aureũ vellus auferre, niſi 2 Tauris igniuomis domitis iugoque iunctis campum ſulcaſſes Martium, & dentes ſerpentis (Bœotij illius, *iuxta nonnullos*, Cadmo & Æethæ diuiſos, *ſecun-*

3 Terrigena miles mutua cæde occidit.
Adice expetita ſpolia Phrixei arrietis,
4 Somnóque iuſſum lumina ignoto dare
Inſomne monſtrũ: p *traditum fratrem neci:*
Et ſcelere in vno non ſemel factum ſcelus,
Iuſſáſque q *natas fraude deceptas meâ*
Secare membra non reuicturi ſenis.
a *Alienáque ſequens regna, deſerui mea.*
Per ſpes tuorum liberûm, & certum larem,
Per victa monſtra, per manus, pro te quibus
Nunquam peperci, pérque præteritos metus:
Per b *cœlum, &* c *vndas, coniugij teſtes mei,*
Miſerere: redde ſupplici felix vicem.
Ex opibus illis, quas procul raptas d *Scythæ*
Vſque à d *peruſtis Indiæ populis petunt.*
e *Referta quáſque vix domus gazas capit,*
Ornamus auro nemora, nil exul tuli
Niſi fratris artus, hos quoque impendi tibi.
Tibi patria ceſſit, tibi pater, frater, pudor.
f *Hac dote nupſi: redde fugienti ſua.*

dũ alios Draconis Colchici ab Iaſone occiſi) ſeminaſſes è qua ſemente. 3 Armatorum meſſis; niſi 4 Draconẽ pellis aureæ cuſtodẽ fefelliſſes: te, inquam, Prometheio, cõfectione venenatâ inf. 717 à me donatum taurorum flãmis reſtitiſſe lapidem à me acceptum in medios terrigenas iecíſſe, quo facto ſeges illa armata mutuis vulneribus cecidit; ſucco denique Lethæo tibi à me dato vigilem draconẽ ſopiuiſſe. p Sup. v. 44. & 133. q Peliæ filias ſup. v 256. a Lipſ. legit *Aliena ſequeris regna? deſerui mea.* Ioſ. Scal. ſubaudit, *quod* & refert ad *Reuoluat animus.* &c. q. d. *Quodque aliena regna ſequens deſerui mea.* Delrius cenſet tranſiiciendum, poſtque verſum 487. ſtatuendum. & tibicine addito modulatur emendat. 53. *Sectans.* b Cœli ſidera. ſic enim apud Valerium Flaccum. 7. *Per te, quæ ſuperis diuiſque potentior imis: Perque hæc, virgo, tuo redeuntia ſidera nutu, Atque per has noſtri iuro diſcriminis horas, vnquam ego ſi meriti noctiſque ſim immemor huius,* &c. Nocturnus autem Medeæ contractus obiectus ſupra in Epithalamio, v. 114. c Celebratas Iaſonis & Medeæ nuptias alij in mari ſcribunt, in Peucę inſula, alii in Corcyra. d Thyeſt. 600. & Oed. 122. Indo, Scythas loquitur. e Propter vellus aureum in luco Martis quercui appenſum. vel Ioſ. Scal. monente lege, *Quas quod referta vix domus gazas capit, Ornamus auro nemora.* h. e. ex ſuperfluo auro & gazis, quas domus capere non poſſunt, nemora ſolemus ornare. f Horum impẽdij & damni dote, quæ omnia tu mihi reſtitue, quoniam tuâ culpâ interuenit diuortium. *Anachre-*

Ia. g *Perimere cùm te vellet infeſtus Creõ,*
Lacrymis meis euictus, exilium dedit.
Me. *Pœnam putaram: munus, vt video, eſt fuga.*
Ia. *Dum licet abire, profuge, téq; hinc eripe:*
Grauis ira regum eſt ſemper. Me. *hoc ſuades mihi,*
h *Præſtas Creuſæ, pellicem inuiſam amoues.*
Ia. i *Medea amores obicit?* Me. *& cædem, & dolos.*
Ia. *Obÿcere crimen quod potes tandẽ mihi?*
Me. *Quodcunque feci.* Ia. k *reſtat hoc vnum inſuper,*
Tuis vt etiam ſceleribus fiam nocens.
Me. *Tua illa, tua ſunt illa,* l *cui prodeſt ſcel⁹*
Is fecit. m *omnes coniugem infamẽ arguãt,*
Solus tuere, ſolus inſontem voca.
Tibi innocens ſit, quiſquis eſt pro te nocens.
Ia. n Ingrata vita eſt, cuius acceptæ pudet.
Me. o *Retinenda nõ eſt, cuius acceptæ pudet,*
Ia. *Quin potius irâ concitum pectus doma.*
Placare p *natis.* Me *abdico, eiuro, abnuo.*
Meis Creuſa liberis fratres dabit?
Ia. a *Regina gnatis exulum, afflictis potens.*
Me. *Non veniat vnquam tam malus miſeris dies,*
Qui prole fœda miſceat prolem inclytam,
b *Phœbi nepotes* c *Siſyphi nepotibus.*
Ia. *Quid miſera meque teque in exitium trahis?*
Abſcede quæſo. Me *ſupplicẽ audiuit* d *Creõ.*

niſm. legem Roman. reſpiciens.
g Sup. v. 184.
h Pulchrè ſanè conſulis ſuperinductæ nouę nuptæ, me tãquam pellice amotâ.
i Obiicis ne mihi nouos Creüſæ amores?
k Quaſi dicas, hæc meis cõſiliis facta, culpámque in me reiicias.
l Sup. 276.
m *Vt culpẽt aliÿ, tibi me laudare neceſſe eſt, Pro quo sũ toties eſſe coacta nocens.*
n Quod à te tã efferâ & effreni vitã acceperim, idq; veneficiis maliſque artibus obnoxi⁹, pudet me, pigetque.
o Eſt itaque in tua manu ſimul te vitâ ac pudore exſoluere.
p Propter natos amoris pignora, & ſpes.
a Imò decori erit iis afflictis & matris exulis filiis, habere ὁμοτρόφους, ἀμφιμήτορας βάσιον. b Filios meos, quæ Phœbi neptis ſim. c Creüſæ natis, cui pater Creon filius Siſyphi. d Etiam mihi infenſus. ſup. v. 195.

Ia. *Quid facere poſſim, eloquere.* Me. [e] *pro me? vel ſcelus.*
Ia. [f] *Hinc rex, & illinc.* Me. [g] *eſt & his maior metus,*
Medea. [h] *nos confligere, cernemus, ſine,*
Sit precium Iaſon. Ia. *cedo defeſſus malis.*
Et ipſa caſus iam ſæpe expertos time.
Me. *Fortuna ſemper omnis intra me ſtetit.*
Ia. *Acaſtus inſtat propior eſt hoſtis Creon.*
Me. *Vtrumque profuge. nolo vt in* [k] *ſocerum manus*
Armes; nec vt te cæde [l] *cognata inquines,*
Medea cogit: innocens mecum fuge.
Ia. *Et quis reſiſtet, gemina ſi bella ingruant?*
Creo atque Acaſtus arma ſi iungant ſua?
Me. *His adice* [m] *Colchos, adyce Æëtem ducum*
Scythas Pelaſgis iunge; demerſos dabo.
Ia. [n] *Alta extimeſco ſceptra.* Me. [o] *ne cupias, vide.*
Ia. *Suſpecta ne ſint, longa colloquia amputa.*
Me. *Nunc ſumme toto Iuppiter cœlo tona,*
Intende dextram, vindices flammas para,
Omnemque [p] *ruptis nubibus mũdũ quate:*

e Namque te mihi obſtrinxi ſceleribus. f Creon & Acaſtus. g Vtròque tamẽ maior ego, quam vel propter merita verearis, vel propter magicas artes metuas. h Nemo qui hîc non criticã diſtringat cenã. Vnus emẽdat: *confige*, ὀνεργὴ πυχῶς pro *committe*, ne ſit Anapęſtus in quarto loco, quẽ tamen pedẽ & alibi etiã apud hunc admittit ſedes illa. Alius: *nos cõfligere certamen ſine*, vt ſit Atticiſmus, μάχην μάχεσθαι alius: *conligere*. q d. permitte me animum colligere credo ego nil opus eſſe his coniecturis, cùm ſimpliciter legi intelligique poſſit, *Sine nos confligere, certemus ego regeſque de te pugna precio, & contingat victori præmium Iaſon.* i Meam ego ſemper fabricaui fortunã, fortunæ victrix fuit ſemper mea ſapientia. alij leg. *infra.* de quo vid. Thyeſt. 365. k Creonta. l Patruelis tui Acaſti, cuius pater Pelias Æſonis frater. m Quibus imperat pater meus, id eſt, veniant aduerſus nos cum Græcis Colchici, arte tamen meâ euineam. n Attamen regum potentiam metuo. o Vide potiùs ne perfidè me repudies vt regnum obtineas dotale cum Creüſa. p Tonitru. quod efficitur ab exhalatione ſiccâ & calidâ in nube incluſâ, quam per antiperiſtaſin accenſa illa exhalat, vehementer concutit, diſrumpitque.

q *Nec deligenti tela librentur manu;*
In me, vel iſtum: quiſquis è nobis cadet,
Nocens peribit. non poteſt in nos tuum
Errare fulmen. Ia. *ſana meditari incipe,*
Et placida fare. ſi quid ex ſoceri domo
Poteſt fugam leuare, ſolamen pete.
Me. *Contẽnere animus regias, vt ſcis, opes*
Poteſt, ſolétque: liberos tantùm fuga
Habere comites liceat, in quorum ſinu
Lacrymas profundã. te a *noui gnati manẽt.*
Ia. *Parere precibus cupere me, fateor, tuis*
Pietas vetat: namq; iſtud haud paſſim pati;
Non ſi ipſe memet cogat b *& rex, & ſocer.*
c *Hæc cauſa vitæ eſt, hoc* d *peruſti pectoris*
Curis leuamen: ſpiritu citiùs queam
Carere, mẽbris, luce. Me. e *ſic gnatos amat:*
Bene eſt, f *tenetur:* g *vulneri patuit locus.*
h *Suprema certè liceat abeuntem loqui*
Mandata, liceat vltimum amplexũ dare.
i *Gratũ eſt,* k *& illud voce iã extremâ peto,*
Ne, ſi qua noſter dubius effudit dolor,
Maneant in animo verba: ſed melior tibi
Memoria noſtri ſubeat: hæc l *ira data*
Obliterentur. Ia. *omnia ex animo expuli.*
Precórque, & ipſa feruidã vt mentẽ regas,
Placidéque tractes. miſerias lenit quies.
Me. *Diſceſſit; itán' eſt? vadis oblitus mei,*
Et tot meorũ facinorũ: excidimus tibi:
m *Nunquam excidemus.* n *hoc age, omnes aduoca.*

q Nec refert vtrum è nobis ferias, vterque nocens eſt.
a E noua coniuge.
b Creon.
c Vt ſup. verſ. 418.
d Hinc *cura* Etymon ingerunt, quaſi quæ *cor vrat.* quod alij à κηραίνω, κῆρ, id eſt, animo anxiè verſo.
e *Hæc ſecum* itáne: ſiccine gnatos amat? habeo quo eũ vram, quo vlciſcar.
f *Metaph* à venatoribus.
g *Metaph.* à gladiatoribus ſumpta, qui detegunt aliquod membrum aduerſarij ictui.
h *Hæc ad Iaſonem conuerſa.*
i Placétne: Lipſ. *Ratũ eſt*, id eſt, annuis? Delrius Iaſoni tribuit *Gratum eſt.* Me. *& illud voce.*
k Simulat ſe ad placidiorem rediiſſe mentem, quò melior ſit fraudi locus: ſic apud Euripidem. αἰτοῦμαί σε τῶν εἰρημένων Σύγγνωμον εἶ).
l Quæ mihi iratæ exciderint.
m Id agam, vt ſemper memineris mei. ſup. verſ. 423.
n Rituale verbum, vide

Vires, & artes. fructus eſt ſcelerum tibi,
Timemur, hac aggredere, qua nemo poteſt
Quicquam timere. perge, nunc aude, incipe
Quidquid potes, Medea, a *quidquid non potes.*
Tu fida nutrix, ſocia mœroris mei,
Variique caſus, miſera conſilia adiuua.
Eſt palla nobis, b *munus ætheriæ domus,*
Decúſque regni, b *pignus Æëtæ datum*
A Sole. gemmis eſt & auro c *textili*
Monile fulgens; quodque gemmarum nitor
Diſtinguit d *aurum, quo ſolent cingi coma.*
Hac noſtra nati dona e *nubenti ferant,*
Sed ante f *diris illita ac tincta artibus.*
Vocetur g *Hecate;* h *ſacra luctifica appara;*
Struantur aræ, flamma iam tectis ſonet.

CHORVS.

Canit Chorus Reiectæ vxori quot amore dolores
Polluto, notúmq; furens quid fœmina poſſit,
& cùm cæteri Argonautæ pœnas dederint
violati maris, Iaſoni benè precatur.

* *NVlla vis flamma, tumidique venti*
Tanta, nec teli metuenda torti:
Quanta cum coniux h *viduata tædis*
i *Ardet, &* k *odit,*
Non vbi hibernos nebuloſus imbres
Auſter aduexit; properatque torrens
l *Iſter, &* m *iunctos vetat eſſe pontes,*
Ac n *vagus errat.*

Thyeſt. 693.
a Proni enim ſtudij certius indiciū eſt ſupra vires niti, quàm viribus ex facili vti, & Cic. non ſolùm debeo quæ poſsū, ſed ea quoq; quæ non poſſum.
b ὃν ποθ' ἥλιος Πατὴρ πατρὸς δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς. Pignus ſcilicet, quo teſtetur ſe illū genuiſſe.
c Intertexto.
d Aureum crinale gemmis diſtinctum.
e Ceuſæ.
f Veneficis.
g Vide Hippol v. 411.
h Magica.

* *Mare, mulier, duo mala.*
h Deſerta, repudiata.
i Amore.
k Ob repudiū.
l Danubius, Germaniæ fl.
m Compages pontium rumpit, *pontem indignatus.*
n Exſūdat ripas

Non vbi impellit [o] *Rhodanus* [p] *profundũ;*
Aut vbi in riuos niuibus ſolutis
Sole iam forti, medioque vere
[q] *Tabuit Hæmus.*
Cæcus eſt [a] *ignis ſtimulatus irâ,*
Nes regi curat, patitúrve frænos:
Haud timet mortem; cupit ire in ipſos
Obuius enſes.
Parcite, ô diui; veniam precamur,
Viuat vt tutus [b] *mare qui ſubegit.*
[c] *Sed furit vinci dominus profundi*
Regna ſecunda.
Auſus æternos agitare currus
Immemor metæ [e] *iuuenis* [f] *paternæ,*
[g] *Quos polo ſparſit furioſus ignes,*
Ipſe recepit.
[h] *Conſtitit nulli via nota magno.*
Vade, quà tutum populo priori,
Rumpe nec ſancti, violente, mundi
[i] *Fœdera ſancta.*
Quiſquis [k] *audacis tetigit* [k] *carinæ*
Nobiles ramos nemoriſque [l] *ſacri*
[m] *Pelion denſa ſpoliauit vmbra:*
Quiſquis intrauit [n] *ſcopulos vagantes,*
Et tot emenſus pelagi labores,
[o] *Barbara funem religauit orâ,*
Raptor externi rediturus [p] *auri;*
Exitu diro [q] *temerata ponti*
Iura piauit.
Exigit pœnas mare prouocatum.

o Galli fluæ. p Mare Maſſilioticum, dum inter ſe maris fluctus & rapidiſſimi amnis fluenta decertant. q Liquefacta, diſſoluta eſt nix è monte Thracio. a Amor. b Iaſon, quem primum cum Argonautis nauigaſſe concinunt poëtæ. vide ſup. 318. v. c Sed iniquè fert Neptunus maria quæ ſibi obtigerant ſecundâ ſorte, (Herc. Fur. v. 598.) vinci iã, nauibuſq; peruia fieri. d Solis currus. e Phaëthon. f A Phœbo ob ſeruatæ, filioq; præſcriptæ. g Quod igneos Phœbi currus expatiari paſſ' eſt, fulminatus eſt igne Iouis, qui *ſæuis compeſcuit ignibus ignes*.. h Nemini nocuit per viam notam iuiſſe. i Sup. v. 335. k Argus temerariæ trabes, Al. leg. remos. l Ioui Dodonæo. m Montem Theſſaliæ, è quo exciſa materia, ad fabricandã Argo. n Cyaneos. ſup. v. 341 & Herc. Fu. 1210. o Rediturus funẽ ſoluit, vel anchoram barbarâ Colchidos orâ. p Velleris aurei. q Dedit pœnas

r *Tiphys in primis domitor profundi*
Liquit ſ *indocto regimen* t *magiſtro;*
a *Littore externo procul à paternis*
Occidens regnis, tumulóque vili
Tectus, ignotas iacet inter vmbras.
b *Aulis amiſſi memor inde regis*
Portubus lentis retinet carinas
Stare querentes.
c *Ille vocali gemitus Camœna,*
d *Cuius ad Chordas modulante plectro*
Reſtitit torrens, ſiluere venti,
Cui ſuo cantu volucris relicto
Adfuit totâ comitante ſyluâ:
e *Thracios ſparſus iacuit per agros,*
Ad caput tractus fluuialis Hebri,
Contigit f *notam Styga, Tartarúmque*
Non rediturus.
Strauit Alcides g *Aquilone natos,*
h *Patre Neptuno genitum necauit,*
Sumere innumeras ſolitum figuras.
Ipſe poſt terra, pelagique pacem,
Poſt i *feri Ditis patefacta regna,*
k *Viuus ardenti recubans in Oeta,*
Præbuit ſæuis ſua membra flammis,
Tabe conſumptus l *gemini cruoris*

violati fœderis ponti. r Sup. verſ. 2 & 318. ſ Non à Minerua docto, vt Tiphys fuerat. v. 2. ſupra. t *Ancæo* vt nõnullis placet, aliis *Euphemo*; ſed Apollonio & Val. Flacco, *Ergyno*. a Tiphys clauũ tenẽs dũ Mariandynum in Bythinia, Acheruſia ſpecu famoſum, appelleret, mortuus eſt, ibidemq́; ſepult⁹. b Bœtiæ portus, in quo bis remorati ſunt Achiui. hoc autem nõ potuit iſte Chorus ſcire. propter abſurdum itaque Anachroniſmum D. Heinſius meritò tres hoſce verſus velut *νοθεύοντας* relegat ad poetaſtrum adulterum, qui ad alios eiuſdem farinæ huius chori calci adiecit. c Muſâ Calliope natus Orpheus. d Sup. v. 219. & Herc. Oet 1036. e A Thraciis mulierib⁹, quòd cœlibem ageret vitam diſcerptus. caput autem proiectum in flu. Oeagrium. al. in Hebrum. f Quam priùs in viuis adierat repetendæ Euridices gratiâ. Herc. Fu. 570. g Zetem & Calaim. Sup. 231. h Periclimenum, qui Neptuni patris dono in varias formas verſus ab Hercule tandem occiſus eſt, cùm in Aquilam ſe mutaret, vt alij, in apem vel muſcam. *Sunt qui hîc Acheloum intelligant, ſed falluntur.* i Herc. Fur. v. 885. k Herc. Oet. act. 4. l Hydræ & Neſſi centauri.

Munere m *nupta.*
Strauit Ancaum violentus ictu
n *Setiger.* o *fratres, Meleagre, matris*
Impius mactas; p *morerisque dextra*
Matris irata a *meruere cuncti.*
Morte quod crimen tener expiauit
Herculi magno b *puer irrepertus?*
Raptus eſt tutas puer inter vndas.
c *Ite nunc fortes;* d *perarate pontum*
Sorte timenda.
e *Idmonem, quamuis bene* f *fata noſſet,*
Condidit ſerpens Libycis arenis.
g *Omnibus verax, ſibi falſus vni.*
Concidit Mopſus, caruitque Thebis,
Ille qui verè cecinit futura.

m Deïaniræ. Herc. Oet. v. 570. n Aper vineã ingreſſus, Ancæo, & poculo iã labris admoto, nece interueniẽs, notum eſt tritum illud Ancæo à ſeruo obiectũ, Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. o Plexippũ & Toxea auunculos tuos, ô Meleagre, quòd Atalantæ inuidi malè volebant. p Quod vbi audiuiſſet mater eius Althæa, ſtipitem filij æuo fatalem in ignem coniecit, natúmque ſimul extinxit. a Delrius ex vet. lib. legit *meruere cuncti. Raptus at tutas puer inter vndas, Morte quod crimen puer expiauit Herculi magno puer irrepertus? Ite nunc*, &c. b Hylas Theodomantis fil. Herculi dilectus puer, quem cum aquatum miſſum in Myſia in Aſcaniũ fluu. decidiſſet, Hercules quæſiuit clamans, vt *litus Hyla Hyla omne ſonaret.* c Epitrope Ironica. d Al. *peragrate.* e Quæ ſequuntur in hoc Choro, non eſſe Senecæ contendit Heinſius, vt quę audaciùs imò impudentiùs τοὺς χρόνους ἀνάγωσι, Mopſi & Idmonis hiſtoriam confundant, Latinitatem denique vix ſapiant. f Sic enim apud Apollonium 2. αὐτὰρ ἐμοὶ θανέειν ςυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἶσα πηλόθι που πέφαται ἐπὶ Ἀσίδος ἠπείροιο g Apollonius refert ab apro interemptum atque apud Maryandinos (ſup. v. 649. ſepultum. Cœlium autem ſequutus Delrius legit hunc locum ſic:) *Idmonem quamuis bene fata noſſet, Condidit Serpens Libycis arenis, Omnibus verax, ſibi falſus vni, Condidit* 3. *Mopſus.* 4. *caruitque Thebis. Ille qui verè cecinit futura.* h. e. 2. Sors iſta timenda mortuum condi fecit Idmonem——3——Mopſus Ampyci & Chloridis fil. vt mortẽ quã ipſe vates pręſcierat, caueret, ſerpens, id eſt, vagus errabat in Africa, atque ibi mortuus eſt. (quem tamen in reditu expeditionis Argonauticæ periiſſe ſcribit Apollonius 4.) 4. Amphiaraus qui verè nimis fatum ſuum vaticinatus eſt, periit ante Thebas quas Adraſti

h *Exul errauit Thetidis maritus.*
i *Igne fallaci nociturus Argis*
i *Nauplius præceps cadit in profundum.*
Criminii pœnas patrio pependit
Fulmine, & ponto moriens k *Oïleus.*
l *Coniugis fatum redimens Pheræi*
Vxor impendit animam marito.
Ipſe, qui prædam, ſpoliúmque iuſſit
Aureum prima reuehi carina,
m *Vſtus accenſo Pelias aheno*
Arſit n *anguſtas* o *vagus inter vndas.*
Iam ſatis, diui, p *mare vindicaſtis.*
Parcite q *iuſſo.*

comes petebat, ſed quid Amphiarao cū Argonautis? quid Senecæ cū his ineptiis & mendaciis? ad authorē ſupradictum referas.
h Peleus in exilium miſſus à patre Æaco ob interfectū fratrē Phocū.
i Euboiæ rex vlturus indignam filii ſui Palamedis falsâ Vlyſſis criminatione oppreſſi mortē, redeundi Græcæ claſſi, atque tēpeſtate actæ in Caphareo promontorio ignes accēdit, quò Græci velut in portum curſum ſuū dirigentes perirent naufragi: ipſe verò poſtquā Vlyſſem, & Diomedem euaſiſſe intellexit, ſe ex iiſdem ſaxis præcipitem dedit. k Oilei filius Aiax, quē patris temerariæ nauigationis pœnas luiſſe vult. Nemo autem non nouit Aiacē Locrū propter Caſſandrā in Palladis ęde ſtupratā à Pallade Iouis igne fulminatū & à Neptuno ſcopulo infixū acuto. l Alceſtis Peliæ filia impiū patris imperiū luens ſuâ morte, Admetum Theſſaliæ (in qua Pheræ oppidum) regē redemit. m Sup. v. 256. n Aheni oris terminatas. o In fruſta diſſectus à filiabus. p A primis iſtis nauigantibus violatū. q Iaſoni, qui nō niſi iuſſus ὑβριστῇ Πελίῃ ἐτέλει χαλεπτῆρος ἄεθλον.

ACTVS QVARTVS.

NVTRIX.

Quid agat Medea, quid paret, narrat Nutrix.

PAuet animus, horret; magna pernicies
adeſt.
r *Immane quantū augeſcit, &* ſ *ſemet dolor*

r Quantū immanitas & feritas augeſcit; *vel*, mirū quā augeſcat dolor. Sic Horat. *Immane quātū diſcrepat.* ſ Ex diutinâ intermiſſione

Accendit

Accẽdit ipſe, ſ vímque præteritã integrat!
Vidi furentem ſæpe, & aggreſſam Deos,
a *Cœlum* b *trahẽtẽ: maius his, maius parat*
Medea monſtrum, nãq; vt attonito gradu
Euaſit, & c *penetrale funeſtum attigit;*
d *Totas opes effudit, & quidquid diu*
Etiã ipſa timuit, promit; atq; omnẽ explicat
Turbã malorum; e *arcana, ſecreta, abdita.*
Et triſte f *læua complicans ſacrum manu,*
g *Peſtes vocat, quaſcunque feruentis creat*
h *Arena Libyæ, quáſque* h *perpetua niue*
i *Taurus coërcet frigore Arctoo rigens;*
Et omne monſtrũ. k *tracta magicis cãtibus*
Squammea latebris turba deſertis adeſt.
Heîc l *fera ſerpẽs corpus immẽſum trahit,*
m *Trifidâmque linguam exertat,* n *& quærens quibus*
Mortifera veniat, carmine audito ſtupet,
o *Tumidumq; nodis corpus aggeſtis plicat,*
Cogitq; in orbes, parua sũt, p *inquit, mala,*
Et vile telum eſt, ima quod tellus creat:
q *Cœlo petam venena, iam nunc tempus eſt*
Aliquid mouere fraude vulgari altius.
Huc ille, r *vaſti more torrentis iacens*
Deſcendat anguis; cuius immenſos ſ *duæ*
Maior, minórque ſentiunt nodos feræ;
ſ *Maior Pelaſgis, apta Sidoniis minor.*

acriorẽ ad veneficas artes impellit. a Lunã & cæteras ſidera, quę antiquis ex ſẽtentia Stoicorum dij. vide Thyeſt. 890. b Incantationibus deuocãtem ſollicitãtẽ. ſup. v. 271. & 424. c Cõclaue ſuũ vbi magicas artes exercet. d Vires magicas, veneficas copias. e Supra. 577. f Quæ triſtibus, infauſtis, δυσοιωνίστοις conuenit. g Venena perniciosa. h Herbarũ autẽ & animantiũ venenatorũ feraciſſimæ ſunt terræ vel æſtu torridæ, vel frigore rigidæ. i Mons Aſiæ. v. 167. Hippol. k Serpentes latebris incantatione euocati, vt infr. verſ. 704.

l Quia magna: *vel* frigore pigra. alij leg. *ſæua*, al. *effera.* m Ita viſum ob celerem motum. n Et quærens quibus noceat, demum incantata à Medea ſopitur. o *Corpus tumet omne veneno.* p Inquit Medea. q Serpentes deuocabo cœleſtes. r Qui ſinuoſus inſtar fluminis flexuoſi vtramque Arcton amplectitur, minorem collo & capite, maiorem caudâ. ſ Ἑλίκῃ γὰρ ἄνδρες Ἀχαιοὶ Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας. τῇ δ᾽ ἄρα (Κυνοσούρᾳ) Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν. *Namque Helice Graios, Tyrios Cynoſura per altũ*

t Preſſáq; tandẽ ſoluat Ophiuchus manus,
Virúſque fundat. adſit ad cantus meos
a Laceſſere auſus gemina Python numina.
Et b Hydra, & c omnis redeat Herculeâ manu
Succiſa c ſerpens, cæde ſe reparans ſuâ.
Tu quoque relictis d peruigil Colchis ades,
d Sopite primùm cantibus ſerpens meis.
Poſtquàm euocauit omne ſerpentũ genus,
Congerit in vnum e frugis infauſta mala;
Quæcúnq; generat f inuius ſaxis g Erix;
h Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparſus cruore Caucaſus Promethei;
i Pharetráque pugnax Medus, aut k Parthus leuis;
Et l queis ſagittas m diuites Arabes linũt;
Aut quos ſub axe n frigido ſuccos legunt
Lucis o Sueui nobiles p Hercyniis.
Quodcunque tellus vere q nidifico creat;
Aut rigida cũ iã bruma diſcuſſit r decus
Nemorũ, & niuali cuncta cõſtrinxit gelu;
Quodcunq; ſ gramẽ flore mortifero viret,
Dirus-ve tortis ſuccus in radicibus

Dirigit.
t Quibus anguẽ premere videtur ſidus illud quod Æſculapius, Carnabutas, Phorbas, Triopas, Hercules, Prometheus, &c. fuiſſe fingitur.
a Inſequi Latonã Phœbo & Dianâ grauidã, vel ipſos Deos recens editos. Herc. Fu. 454.
b Herc. Fu. 240.
c Heſperidum cuſtos, quoſq; in cunis ipſe eliſit Herc. Fu. 239. & 2 5.
d Sup. v. 472.
e Herbarum, fructuum, ſeminum.

f Propter rupes inacceſſas. g Mõs Siciliæ ab Eryce dictus, de quo vide Herc. Fu 482. h *Quibuſdã* aconitũ. *alȷ̈s* herba Prometheis, quã ex ſanie & cruore in terrã ſtillãte naſci ferunt, dũ Promethei iecur aquila ſeu vultur lancinãs in Caucaſo depaſceretur. i Τοξοφόρων Μήδων. ſunt a. qui ἀναχρονισμὸν non leuẽ poëtæ obiiciãt quòd Medeæ nutricẽ de Mediâ locutã induxerit, quã à Medio Medeę & Ægei filio nominatã volũt. Sed antiquior Medię appellatio à *Madai* Iapheti filio k Fidẽs fugâ Parthus. Thyeſt. 383. l A quo barbarorum more qui ſolẽt *vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.* toxicũ deduci videtur ἀπὸ τοῦ τόξου arcus, telum. m Ex Arabia Felici. n Ad ſeptentrionem vergente o Germaniæ populi Danubij accolæ, *Alemanni.* p Hercyniâ Syluâ Germaniæ nobiliſſimâ. q Quo nidos ponunt volucres. r Frondes. ſ Herba.

Cauſſas nocendi gignit, attrectat manu.
t *Æmonius illas contulit* u *peſtes* t *Athos;*
Has x *Pindus ingens, illa* y *Pangei iugis*
Teneram z *cruenta falce depoſuit comam;*
Has aluit altum gurgitem 1 *Tigris premẽs;*
2 *Danubius illas; has per arentes plagas*
Tepidis 3 *Hydaſpes gemmifer currẽs aquis,*
Noménque terris qui dedit 4 *Batis ſuis,*
5 *Heſperium pulſans maria languenti vado;*
Hæc a *paſſa ferrum eſt,* b *dum parat Phœbus diem,*
Illius alta nocte ſucciſus frutex:
At huius vngue ſecta cantato ſeges.
Mortifera carpit gramina, ac ſerpentium
Saniem exprimit; miſcétque & c *obſcœnas aues,*
Mœſtique cor bubonis; & rauca ſtrigis
d *Exſecta viua viſcera. hæc ſcelerum artifex*
Diſcreta ponit: his rapax vis ignium;
His gelida pigri frigoris glacies ineſt.
Addit venenis verba, non e *iſtis minus*
Metuenda. ſonuit ecce veſano gradu,
f *Canitq; mundus vocibus primis tremit.*

t Theſſaliæ mons editiſſimus Athos.
u Has herbas venenoſas.
x Herc Fur. 1185. verſ.
y Oed. 415.
z Cædis inſtrumento, vel cruore tincta, ſed ahenea, æri enim ſupra alia metalla medicatã vim tribuunt. *Falcibus & meſſa ad lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ.*
1 Herc. Fur. 1323 verſ.
2 Thyeſt. 375. verſ.
3 Herc. Oet. v. 628.
4 Fl. à quo regio illa Hiſpaniæ Bætica dicta, *Granata.*
5 Per ampla ſpatia lacui ſimilis in Oceanum Occidentalem labitur.

a Inciſa eſt falce ferrea, vel ahenea *Synecd.* b Sub ortu ſolis. namque & tempore ſuo lectis herbis plus efficaciæ ineſſe credebant, maximè autem lucente Luna, vt quæ veneficiorum præſes plena aut *propior deſpumet in herbas.* Lucan. 6. qua de cauſa ſubiicitur, *Illius altâ nocte ſucciſus frutex.* c Ferales, inauſpicatas, Herc 686. d Quod in magicis rituale. Thyeſt. 763. e Quàm iſta venena. f Incantationes concipit.

MEDEA.

Innocatis manibus & ritè conceptis incantationibus,
Medea venificiis illitam pallam, cum monili,
aureóque crinali, dono mittit ad
Creuſam per filios ſuos.

*VOs precor * vulgus ſilentum, voſque g ferales deos,*
Et h Chaos cæcum, atque opacã Ditis vmbroſi domum,
i Tartari ripis ligatos. ſquallidæ mortis ſpecus,
Suppliciis animæ rimiſſis currite ad k thalamos nouos.
l Rota reſiſtat membra torquens; tangat m Ixion humum.
Tantalus n ſecurus vndas hauriat o Pirenidas.
Grauior pœna ſedeat coniugis p ſocero mei:
q Lubricus per ſaxa retro Siſyphum voluat lapis.
r Vos quoque vrnis quas foratis irritus ludit labor,
Danaides, ſ coite, t veſtras hic dies quærit manus,
Nũc meis vocata ſacris u noctiũ ſidus veni,
x Peſſimos induta vultus; x fronte non vna minax.

* Animas, manes. g Plutonem & Proſerpinam; *Dij quibus imperium eſt animarũ, vmbræque ſilentes & Chaos &c.* h Sup. v. 9. i Hippol. v. 841 k Iaſonis & Creuſæ. l Herc. Fur. v. 746. m Herc. Fu. v. 751 Thyeſt. verſ. 152. n Non deceptus, non fruſtrà captans. o Pirenes fontis propè Corinthum, è Pirenes Nymphæ lachrymis propter obitum filii Cenchriæ. p Creonti. q Premat verò Siſyphum aſſiduus labor, imò opprimat. Hippol. 1026. Cui quod pater Creontis fuerit, cùm cæteras animas pœnis eximendas velit, continuationem ſupplicij imprecatur. r Belides Herc. Fu. v. 494. & 756. ſ Ad nuptias haſce conuenite.
t Vt veſtro exemplo nupta maritum primâ nocte interficiat.
u Luna νυχία dicta θεὰ, cui quòd nocte luceat, nocte litatur; aut quod inferis maximè & proximè dominetur. x Hippol. 411.

y *Tibi more gentis vinculo ſoluens comam,*
Secreta nudo nemora luſtraui pede,
a *Et euocaui nubibus ſiccis aquas;*
Egique ad imũ maria, & Oceanus graues
Interius vndas æſtibus victis dedit.
b *Pariterq; mundus* c *lege confuſa ætheris*
Et ſolem, & aſtra vidit; & d *vetitũ mare*
Tetigiſtis Vrſæ. temporum flexi vices.
e *Æſtiua tellus floruit cantu meo,*
Meſſem coacta vidit hibernam Ceres:
f *Violenta Phaſis vertit in fontem vada,*
Et Iſter in g *tot ora diuiſus, truces*
Compreſſit vndas, omnibus ripis piger.
Sonuere fluctus. timuit inſanum mare
Tacente vento. nemoris antiqui domus
h *Amiſit vmbram vocis imperio meæ.*
Die relicto Phœbus in medio ſtetit.
i *Hyadéſque noſtris cantibus motæ labant.*
Adeſſe ſacris tempus eſt, k *Phœbe, tuis.*
Tibi hæc cruenta ſerta texuntur manu,
l *Nouena quæ ſerpens ligat:*
Tibi hæc m *Typhoëus,* n *membra qui diſcors tulit,*

v. & inf. v. 787. y Tibi ritu nocturnis magicisq; ſacris operantium peragraui ſecreta loca *veſte recinctâ, Nudæ pedẽ, nudos humeros, diffuſa capillos.* a Quid poſſit, quid effecerit per vim magicã enumerat. in quibus pleraq; falſa. Quę enim vel per motũ localem vel res naturales accelerãdo, vel impediendo, vel ſenſib. illudendo fieri poſſunt, operatur Dæmon per magos ſuos: Vniuerſi autem ordinẽ à Deo conſtitutum mouere non valet: Non itaq; ſolem aut Lunam deducere, non orbium cœleſtiũ curſum mutare. b Vno eodémq; tempore. c Cœli curſu. d Thyeſt. 476. e In æſtate, ſiccâ aliâs & aridâ. f Fluuios alios retro egi verſus fontes, alios ſiſtere feci. g Quinque, *alii* ſeptem, vid. Troad. v. 9. h Vel frondibus excuſſis, vel tranſlatis in alium locum ſyluis, hunc nudaui. i Sidera *Synecd.* de Hyadibus. vid. Thyeſt. 851. v. k Luna. l Serta, quæ ſerpens nouena numero, vel nouies circundata ligat. Numerus autem nouenarius Pythagoreis ſacer, & perfectiſſimus, quia ab impari vnitate eſt primo quadratus, tribuſque conſtat ternariis. è quibus trias ſingula in tres diuiditur vnitates. In ſacris a. ex ſuperſtitioſâ veterum ceremoniâ, *numero Deus impare gaudet.* m Thyeſt. 807. v. n Vel quia vt cæteri Gigantes θεομάχοι anguineos habuit pedes, vel quod ἐκ δέ οἱ ὤμων ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος, &c.

Qui regna concuſſit Iouis,
o *Vectoris iſtic perfidi* p *ſanguis ineſt,*
Quem Neſſus expirans dedit.
q *Oetæus iſto cinere defecit rogus,*
Qui virus Herculeum bibit.
r *Pia ſororis, impia matris facem,*
Vltricis Althea vides.
Reliquit iſtas inuio plumas ſpecu
a *Harpyia, dum* b *Zetem fugit:*
His adice pinnas ſauciæ Stymphalidos,
d *Lernæa paſſæ ſpicula.*
e *Sonuiſtis aræ* f *tripodas agnoſco meos,*
Fauente commotos Deâ.
Video g *Triuia currus* h *agiles.*
Non quos pleno lucida vultu
Pernox agitat; ſed quos facie
Lurida mœſtâ, cum Theſſalicis
i *Vexata minis, cœlum freno*
k *Propiore legit. ſic face triſtem*
Pallida lucem funde per auras;
Horrore nouo terre populos;
l *Inque auxilium,* m *Dictynna, tuum*

o Neſſi Centauri, qui præſtitã Herculi operã in traiciendã per Euenũ flu. Deianira vim illi intulit, propter quod ſagittis ab Hercule confoſſus eſt, &c. Herc. Oet. v. 500.
p Al *Sanies.*
q Cinis hic eſt e rogo quo Her. in Oeteo mõte combuſtus eſt imbibitq; virus, quo infectus eſt.
r Sup. ver. 644. *Melior germana parente, Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras, Impietate pia eſt.*
a Thyeſt. v. 153.

b Harpyias Zetes & Calais Boreæ filii alati in Plotas inſulas fugarũt, quod Phineus benignè Argonautas excepiſſet. c Her. Fu. v. 243. d Herculis ſagittas Hydrę felle tinctas. e Ex arâ cum crepitu motâ, vel ex latratu Hecates turbæ, de qua vide Oed. v. 569. aduentaſſe deam ſentio. f Oracula mihi non minùs certa quàm tripodas Delphicos, vnde vaticinantur Phœbades. Oedip. 230. g Dianæ, Lunæ. Hipp. 412. h Veloces, propter minorem orbem Thyeſt. v. 837. i Incantata. Hippol. v 420. k Quaſi cœlo deducta aut præ motu arctiùs conſtricta eſſet Luna, ex opinione vulgi. *vel* in hypogæo, *vel* Menoides, nec tota lucens nocte: vt opponatur illi quod priùs dixerat, *Pleno lucida vultu Pernox.* l Hippol. v. 789. m Quod nomen ſibi aſſumere dignata eſt Diana in memoriam comitis ſuæ Britomartys, quę cùm amatorẽ ſuũ Minoem fugiens in mare ſe præcipitaret, incidit in piſcatoria *δίκτυα*, id eſt, retia, vnde Dictynnæ nomine culta, à Diana in deorum numerũ

n Precioſa o ſonent æra Corinthi.
Tibi p ſanguineo ceſpite ſacrum
Solenne damus, tibi de medio
q Rapta ſepulchro fax nocturnos
Suſtulit ignes, tibi r mota caput
Flexa voces ceruice dedi
Tibi ſ funereo de more iacens
Paſſos vincit vitta capillos.
Tibi iactatur t triſtis Stygiâ
t Ramus ab vnda. tibi u nudato
Pectore Mænas ſacro feriam
Brachia cultro.
Manet noſter ſanguis ad aras.
a Aſſueſce, manus, ſtringere ferrum,
a Caroſque pati poſſe cruores.
b Sacrum laticem percuſſa dedi.
Quod ſi nimium ſæpe vocari
Quereris, votis ignoſce, precor.
Cauſſa vocandi, c Perſei, tuos
Sæpius d arcus, vna atque eadem
Semper, Iaſon tu nunc veſtes
Tingue Creüſæ, quas cùm primùm
Sumpſerit, imas vrat ſerpens

relata. *aliis* Dictynna dicitur Luna ἀπὸ τῦ δίκειν τὰς ἀκτῖνας.

n Anachroniſmus quo poëta Romanam ſcenã ſuumq; tempus reſpicit, etenim A.V.D.CVII. conflatis ſtatuis & ſimulachris in Corinthi incendio, confluxere æris, auri, argentiq; venæ: vnde æs Corinthium miſtum generoſius, & laudabilius.

o Ne ſcilicet Luna, incantatione auditâ cœlo detraheretur.

p Ex foueâ perfuſa nigræ agnæ, ſanguine, egeſto ceſpite in morẽ aræ quadrato, atque ipſo ſanguineo, vide OEdip. v. 555. *Scalpere terram vnguibus, & pullam diducere mordicùs agnam.* Horat. q In maleficis, magicíſq; ſacris adhibuerũt faces buſtis ereptas, vide OEd. v. 550. r Rotans caput more Corybãtum, *vel* ſupplex. ſ Troad. v. 82. t Taxus, cupreſſus & arbores ad Stygẽ natæ veneficiis idoneæ habitæ u More ſacerdotum, *quos Bellona potens, quos Dea magna mouet, Ipſa bipenne meos cædo violenta lacertos.* namque in ſacris Cybeles & Bellonæ, ſacerdotes cultris ſibi lacertos, humeros, pectuſque ſauciabant. Lucan. 1. *Quos ſectis Bellona lacertis Sæua mouet,* &c. a Nunc quidem emittere meum cruorem, vt mox valeam effundere ſanguinem filiorum meorum. b Sanguinem, libamen Dianæ Tauricæ ſacrum. c Hecate filia Perſei regis, Iouis neptis. *aliis* autem Ariſtei, *aliis* Iouis & Aſteriæ f. d Radios, influentiam, opem in magicis.

Flamma medullas, ignis e *fuluo*
Cluſus in e *auro latet obſcurus;*
Quem mihi, f *cœli qui furta luit*
g *Viſcere fœto, dedit, & docuit*
Condere h *vires arte Prometheus.*
i *Dedit & tenui ſulphure tectos*
Mulciber ignes, & viuacis
Fulgura k *flamma de* l *cognato*
Phaëthonte tuli, habeo mediæ
m *Dona Chimæræ, habeo flammas*
Vſto n *tauri gutture raptas;*
Quas permiſto felle o *Meduſæ,*
p *Tacitum iuſſi ſeruare malum.*
Adde venenis q *ſtimulos, Hecate,*
Doniſque meis ſemina flammæ
Condita ſerua. r *fallant viſus,*
Tactúſque ferant, meet in pectus
Venáſque calor, ſtillent artus,
Oſſaque fument; ſ *vincátque ſuas*
Flagrante comâ noua nupta faces.
a *Vota tenentur; ter latratus*
Audax Hecate dedit, & ſacros
Edidit ignes face luctifera.
Peracta vis eſt omnis. b *huc gnatos voca,*
Pretioſa per quos dona nubenti feras.

e Monili ſeu crinali aureo, ſup. verſ. 574.
f Ignis cœleſtis à Ioue ſurrepti. Herc. Fu. 1206.
g Iecore in pœnas aſſiduè renaſcente vbi aquila illud depaſta fuerit. Herc. Fu. ibid.
h Vires ignis Heinſi' legit, *virus.*
i Vulcanus dedit ſuos ignes inſopibiles.
k Qua fulminatus in Eridanũ decidit.
l Solis enim Phaëtõ filius: Medea neptis.
m Ignẽ: namque πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος, *flammiſque armata Chimæra.* n Colchici ſup. v. 140. & 465. o Gorgonis; cui aliæ duæ ſorores, Sthenyo & Euryale; quibus vnicus oculus, quo per vices vtebantur; crines ex anguibus; alæ, vngues ærei, hanc Perſeus occidit. p Occultum. q Vires. r Ne qua videntibus tangentibúſ ve oriatur ſuſpicio. ſ Ardens ex venenato crinali coma nouæ nuptæ, exuperet flammas tædarum nuptialium.

a Exaudior, annuit, votaque rata fecit Hecate, méque audere iubet, nam ςεάπτε δ' ἀπειρέσιον δαὶ σέλας, ἀμφὶ δὲ τήν γε Ὀξείῃ ὑλακῇ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο. v. 569. OEdip. b Siſte mihi huc ô nutrix, natos meos.

Ite, ite nati, matris [c] *infauſtæ genus,*
Placate vobis munere & multâ prece
Dominam & nouercam: vadite, & celeres domum
Referte greſſus, vltimo amplexu vt fruar.

CHORVS.

Furorem Medeæ Chorus refert, & timet.

QVonam cruenta [d] *Mænas*
Præceps amore ſæuo
Rapitur? quod [e] *impotenti*
Facinus parat furore?
[f] *Vultus citatus irâ*
Riget; & caput feroci
Quatiens ſuperba motu,
Regis minatur vltrò.
[g] *Quis credat exulantem?*
Flagrant genæ rubentes,
Pallor fugat ruborem.
Nullum vagante forma
Seruat diu colorem.
Huc fert pedes, & illuc,
Vt [h] *tigris orba gnatis*
Curſu furente luſtrat
[i] *Gangeticum nemus: ſic*
Frenare neſcit iras
Medea, non amores.
Nunc ira, amórque cauſam
Iunxere: [k] *quid ſequetur?*
Quando efferet Pelaſgis
Nefanda [l] *Colchis* [m] *aruis*
Greſſum; metúque ſoluet
Regnum, ſimúlque [n] *reges?*

c Repudiatæ, & in exilium miſſæ.

d Furens Baccha. OEd. 436.
e Effreni.
f Sic ſup. v. 384. & deinceps.
g Ex minaci vultu, geſtúq; ſuperbo quis credat illam in exilium ire iuſſam?
h Qua catulis à venatore ſurreptis nullũ animal truculentius, nullũ velocius, vide quæ nos ad Martial. epigr. xviij li. ſpect.
i Indiæ ora, quam ſecat Ganges fl. max.
k Vtri ſuccũbet, locúm-ve dabit? iræ-ne, an amori?
l Medea à Colchide patria. m Ex imperio Creontis. ſup. v. 269. n Creonta & Iaſonem.

Nunc, Phœbe, ° *mitte currus*
Nullo morante loro;
Nox condat alma lucem.
Mergat diem timendum
Dux noctis p *Heſperugo.*

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS. CHORVS. NVTRIX. MEDEA. IASON.

Narrat nuncius Creuſam cum patre regiáque totâ flagraſſe pernicioſo Medeæ munere; Medea filios ſuos trucidat, & aufugit.

Nun. P*Eriere cuncta, concidit regni ſtatus.*
Gnata atque genitor cinere permiſto iacẽt.
Ch. Qua fraude capti? Nun. qua ſolent q reges capi;
Donis. Ch. *in illis eſſe quis potuit dolus?*
Nun. *Et ipſe miror; vixque iã facto malo*
Potuiſſe fieri credo. Ch. *quis cladis modus?*
Nun. *Auidus per omnem regia partem furit,*
r *Vt iuſſus, ignis: iam domus tota occidit,*
Vrbi timetur. Ch. *vnda flãmas opprimat.*
Nun. *Et hoc in iſta clade mirandũ accidit,*
a Alit vnda flammas, quóque prohibetur magis,
Magis ardet ignis: ipſa præſidia occupat.
Nut. *Effer citatũ* b *ſede Pelopeiâ gradum,*
c *Medea, præceps quaſlibet terras pete.*
Me. *Egón' vt recedã? ſi profugiſſem prius,*

o Vt ex præſcripto illi diei termino in exilium proficiſceretur. ſup. v. 295.
p Hippol. v. 748. & ſup. & v. 71.
q Δελεοφάγειν & δελεοβίζειν, quandóque δελεάζεσθαι: vt piſces hamo, quem captantes capiuntur.
r A Medea quæ miſit.
a Augetur ignis ſuperieſtâ aquâ, φάρμακοι ἀσφαλτώδεις καὶ θειώδεις, incantamentum ſup. v. 820.
b Corintho in faucibus Peloponneſi, Pelopi quondam regnatá Herc. Fu. 1164.
c Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναίειν δόμους ἀπελθεῖν, μήτ' ὄχων πολυτελῆ. Eurip.

d *Ad hoc redirem.* [e] *nuptias ſpecto nouas.*
Quid, anime, ceſſas? ſequere felicem impetum.
Pars vltionis iſta, quâ gaudes, quota eſt?
Amas adhuc furioſa? ſic ſatis eſt tibi
f *Cœlebs Iaſon? quære pœnarum genus*
Haud vſitatum: iámque ſic temet para.
Fas omne cedat, abeat expulſus pudor.
Vindicta leuis eſt quam ferunt g paruæ manus.
Incumbe in iras, téque languentem excita
Penitúſq; veteres pectore ex imo impetus
Violētus hauri. quidquid admiſſū eſt adhuc,
h *Pietas vocetur. hoc age: & faxo, ſciant*
Quàm leuia fuerint, quamq; vulgaris notæ,
k *Quæ commodaui ſcelera.* [i] *præluſit dolor*
Per iſta noſter. quid manus poterant rudes
Audere magnum? quid [l] *puellaris furor?*
m *Medea nūc ſum;* [n] *creuit ingeniū malis.*
Iuuat, iuuat rapuiſſe, fraternum caput;
Artus iuuat ſecuiſſe. & [o] *arcano patrem*
Spoliaſſe [o] *ſacro. iuuat in exitium* [p] *ſenis*
Armaſſe natas. quære materiam dolor,
Ad omne facinus non rudē dextrā afferes.
Quò te igitur, ira mittis? aut quæ perfido
Intendis hoſti tela? neſcio quid ferox
Decreuit animus intus, & nondum ſibi
Audet fateri. ſtulta [q] *properauit nimis.*
Ex pellice vtinam liberos hoſtis meus
Aliquos haberet! quidquid ex illo tuū eſt,
Creuſa peperit. placuit hoc pœnæ genus,
Meritóq; placuit. vltimum magno ſcelus

d Ad hoc facinus vel ſpectaculum.
e *Ironicè.*
f Quod Creuſa vxore excidit.
g Munera à liberis meis Creuſæ allata, vel leues manus, nō in vindictæ modo graues. *addit itaque.* Incumbe in iras, &c.
h Præ iis quæ admittēda reſtant.
i Rituale verbum, attende.
k Quæ priùs admiſi in Iaſonis gratiam ſup. v. 276.
l Hæc virgo feci. ſup. verſ. 49. Herc. Fur. 221. & infr. verſ. 908. mox nota n.
m *Emphaſ.* nūc tandem in magicis videor aliquid profeciſſe
n Quàm fuerint illa præludia & præexercitationes ad nobile hoc ſcelus.
o Vellere aureo, Marti ſacrato.
p Peliæ ſupra 256.
q Nec diſtuli iras, donec mater ex Iaſone facta Creuſa ſuppeditaſſet vlterioris materiam vin-

Animo parandum eſt. liberi quondam mei,
Vos pro paternis ſceleribus pœnas date.
r *Cor pepulit horror, mẽbra torpeſcunt gelu,*
Pectúſque tremuit, ira ſ *diſceſſit loco,*
t *Materque tota coniuge expulsâ redit.*
Egón' vt meorum liberûm, ac prolis meæ
Fundam cruorem? melius ac demẽs furor!
Incognitum iſtud facinus, ac dirum nefas
u *A me quoq; abſit. quod ſcelus miſeri luẽt?*
x *Scelus eſt Iaſon genitor, & y maius ſcelus*
y *Medea mater. occidant; non ſunt mei.*
Pereant: mei ſunt. crimine & culpa carẽt,
Sunt innocentes: fateor: z *& frater fuit.*
Quid, anime, titubas? ora quid lacrymæ
rigant?
Variámque nunc huc ira, nunc illuc amor
Diducit? anceps * *æſtus incertam rapit.*
Vt ſæua rapidi bella cum venti gerunt;
Vtrinque fluctus maria diſcordes agunt,
Dubiúmq; pelagus feruet: haud aliter meũ
Cor fluctuatur. ita pietatem fugat,
Irámque pietas. *cede pietati dolor.*
Huc cara proles, vnicum afflictæ domus
Solamen, huc vos ferte, & infuſos mihi
Coniungite artus. habeat incolumes pater,
Dũ & mater habeat. a *vrget exiliũ, ac fuga.*
Iam iam meo rapientur auulſi ſinu,
Flentes, gementes. b *oſculis pereant patris,*
Periere matris. rurſus increſcit dolor,

dictæ. Sed puta tuos (ô Medea) quoniam Iaſonis ſunt, etiam Creuſæ eſſe.
r Deliberãtem inducit Poeta Medeam poſt Apollonium, Ouidium, Valerium, *dumq; vinci affectus ratione laborãt,* appetitui tandem ſuccumbentem.
ſ Locum dedit amori materno.
t Maternúſq; affectus redit expulsâ animo vindictæ cupiditate ob repudiatam me ab Iaſone coniugem.
u *Emphaſ.* etiã à me effreni & vindictæ cupidiſſimâ.
x Scelus eſt Iaſonis patris eorum qui me perfidè & ingratè reliquit.
y Quæ in perfidi gratiam toties ſceleſta fui. z Nec tamen illi peperci, vt Iaſoni prodeſſem. * Tanquam maris, vbi ſæua rapidi bella, &c. a Vrget tamen in iras cædéſq; inſtans exilium. b Et quoniã non poſſunt ſupereſſe matri; nec patri ſupererũt. Refert tamẽ Euripides Scholiaſtes corruptum à Corinthiis Euripidem 5. talentis, tranſtuliſſe in Medeam filiorum ſuorum cædem, quos ipſi

Et feruet odium. repetit inuiſam manum
Antiqua mentis ira. quà ducis. ſequor.
c *Vtinam ſuperbæ turba Tantalidos meo*
Exiſſet vtero, biſque ſeptenos parens
Natos tuliſſem ſterilis in pœnas fui.
Fratri, patrique quod ſat eſt, peperi duos.
d *Quónam iſta tendit* e *turba Furiarum impotens?*
Quem quærit? aut quò flãmeos ictus parat?
Aut qui cruentas agmen infernum faces
Intentat? f *ingens anguis excuſſo ſonat*
Tortus flagello, quem trabe infeſtâ petit
g *Megæra? cuius vmbra* h *diſperſis venit*
i *Incerta* h *mẽbris? frater eſt, pœnas petit,*
Dabimus ſed k *omnes fige luminib.* k *faces:*
Lania, perure, pectus en furiis patet.
Diſcedere à me, frater, vltrices Deas,
Manéſque ad imos ire l *ſecuras iube:*
Mihi me relinque, & vtere hac, frater, manu,
Quæ m *ſtrinxit enſẽ:* n *victimâ manes tuos*
Placamus iſta. o *quid repens affert ſonus?*
Parantur arma, méque in exitium petunt.
Exciſa noſtræ tecta conſcendam domus
Cæde inchoatâ. a *perge tu mecum comes.*

Corinthij in matris odium interfecerant. c Vtinam pepetiſſem tot filios, quot Niobe Tantali filia. Herc Fu. 189. quæ mihi ampla foret vindictę ſeges. & tamen duos habeo, Mormorũ & Pheretem, quos patri meo prodito fratrique cæſo quaſi inferias offeram. inf. verſ. 968. d Sibi per phantaſiam videtur Furias videre, mox fratris vmbras. e Herc. Fur. v. 101. Thyeſt. 78. f Thyeſt. 69. Herc. Fur. 88. & 103. g μεγάλη ἔρις, ἢ μεγαίρουσα. h Vt curas affectúſque animi, ita corporis vulnerum iudicia poſt mortem manere fingunt poetæ. i Quam primâ facie vix agnoſco. k Furoris mei incitamenta, & quę in me pietatis maternæ lumina extinguant. l Nec dubitent quin ſcelus factura ſim. m In te. n *Atque hoc dicto vnum è filiis interficit.* o *Irruit Iaſon cum armatis.* a Dum hæc dicit, in altum rapit filios, tùm cæſum, tum ſuperſtitem, quod vt celeriùs fiat, ſciendum variis machinis vſos fuiſſe tragicos, de quibus vide Vitruuium & Iu. Scal. Poet. lib. 1 c. 21. hic: a. vel pegmatis αὐτοκινήτου, vel γεράνου operâ in domu

Tuum quoque ipſa corpus hinc mecũ auehebam.
Nũc hoc age, anime: b *non in occulto tibi eſt*
Perdenda virtus, approba populo manum.
Ia. *Quicunque regum es cladibus fidus dolens,*
Concurre, vt ipſam ſceleris auctorẽ horridi
Capiamus: huc, huc, fortis c *armigeri cohors*
Conferte tela; vertite ex imo domum.
Me. d *Iam iam recepi ſceptra,* e *germanum, patrem;*
Spoliúmq; Colchi pecudis aurata f *tenent,*
Rediere regna; rapta virginitas redit.
O placida tandem numina! O feſtũ diem!
O nuptialem! vade. g *perfectum eſt ſcelus;*
h *Vindicta nondum:* i *perage dum facinus manu.*
Quid nunc moraris, anime? quid dubitas? k *potes.*
Iam cecidit ira: pœnitet, facti pudet.
Quid miſera feci? l *miſera, pœniteat licet;*
Feci m *voluptas magna me inuitam ſubit:*
Et ecce creſcit. n *deerat hoc vnum mihi,*
Spectator ipſe. nil adhuc factum reor;
Quidquid ſine o *iſto fecimus ſceleris, periit.*
Ia. *En ipſa tecti parte præcipiti imminet.*
Huc rapiat ignes aliquis, vt flammis cadat

faſtigiũ ſubitò ſublatam Medeam, vt & ſub fine huius tragœdiæ eodem machinamento per aërem à draconibus auectã. b Non vt priùs magicis & veneficiis idque clam ſed ſpectanti Iaſoni cũ Corinthiis ede ſpecimen virium, in interficiẽdis tuis filiis. c O armigeri, *appoſitiuè* fortis manus. vel lege *armigerûm*. d Iam poſtquam iniurias vlta ſim, videor mihi abundè omnia priora damna recuperaſſe. e Vterinũ: neque enim ex eadem matre frater erat Abſyrtus. f Recepiſſe videri poſſunt in mea vindicta. g In vno interfecto. h Reſtat enim alter interficiendus, ne quid Iaſoni ſuperſit quò ſe oblectet.

i Legitur &, *perage, dum faciunt manus*. k Al. *Quid dubitas? potens Iam cecidit ira*, id eſt, quæ vindictam habes in manu & poteſtate tuâ. l Serò miſeram me agnoſco, ſerò pœnitet, poſtquàm fecerim. m Vindictæ voluptas me etiam reluctantem vrget. n Vt Iaſon filij prius cæſi ſpectaret necem. o Spectatore.

p *Suis peruſta.* Me. q *congere extremum tuis*
Natis, Iaſon, funus, ac tumulum ſtrue.
Coniux ſocérque r *iuſta iã funeris habent,*
A me ſepulti: natus hic fatum tulit.
Hic te vidente dabitur exitio pari.
Ia. *Per numen omne, pérque* a *communes fugas,*
Toróſque, quos b *non noſtra violauit fides,*
Iam parce nato: ſi quod eſt crimen, meum eſt:
Me dede morti; noxium macta caput.
Me. c *Hac, qua recuſas, qua doles, ferrum exigam.*
I nunc ſuperbe, d *virginũ thalamos pete;*
Relinque matres. Ia. *vnus eſt pœna ſatis.*
Me. e *Si poſſet vnâ cæde ſatiari manus,*
Nullam petiſſet, vt duos perimam tamen,
Nimium eſt dolori numerus anguſtus meo.
In matre ſi quod pignus etiamnum latet,
Scrutabor enſe viſcera, & ferro extrahã.
Ia. f *Iam perage cœptum facinus, haud vltra precor;*
Morámque ſaltem ſuppliciis dona meis.

p Quibus ipſa in aliis vſa eſt. q Imò piè & pro tuo officio feceris, ſi rogũ tuis natis à me cæſis cõſtruxeris, nãq; ego coniugi tuæ ac ſocero pyram accendi *Sarcaſticè.* r Al leg. *iuſta iam functis.* i. rogum. a Colchide fugientes Æëtã ex Theſſalia patrem tuum. b Non fides mea erga te imminuta, ſed hũ: coactus vt liberorũ ſaluti conſulerẽ. ſup. v. 438. è quib᷒ tamen tu alterũ extinxiſti. O parce ſuperſtiti.

c Summã de te pœnas hac qua te magis vrit parte, id eſt, in filio. d Creuſæ nuptias pete, me coniugem factámque ex te matrem deſere, *Sarcaſticè*: vt quæ filios habeam, quorum cæde patris iniurias mater vlciſci poſſim. Pluralia autem ſæpè per indignationem pro ſingularibus poſita verſ. 1185. Herc. Fu. e Si tantum mihi ſupereſſet vt vnius cæde me ſatiarem, alteri parcerem; etiam neutrum interficere ſuſtinuiſſem: ſed omnem exui pietatem, itaque vix dolori meo ſufficiunt iſti duo, imo ſi me grauidam ſentirem, etiam diſſecto vtero fœtum extraherem. Non parum hic locus omnes torquet. I. Lipſius verſus locatos præpoſterè ſuſpicatur, tranſponendo tamen non multùm conſequitur, ſimile quid facit Delrius pluribus quidem verbis, nihilo tamen feliciùs. Ioſ. Scaliger omnia hæc Medeæ

Me. *Perfruere lento ſcelere, ne propera, dolor.*

g *Meus dies eſt: tempore accepto vtimur.*

Ia. *Infeſta memet perime.* Me. h *miſereri iubes.*

i *Bene eſt, peractum eſt, plura non habui, dolor,*

Quæ tibi litarem. k *lumina huc timida allena,*

Ingrate Iaſon, coniugem agnoſcis tuam?

l *Sic fugere ſoleo, patuit in cœlum via,*

Squammoſa gemini colla ſerpentes iugo

Summiſſa præbent, recipe iam natos pares.

m *Ego inter auras aliti curru vehar.*

Ia. *Per alta vade ſpacia ſublimi æthere:*

n *Teſtare nullos eſſe, quà veheris, deos.*

tribuit. D. Heinſius, à Grotio monitus nodũ ſoluiſſe videtur, exponendo: *donare moram* dictum eſſe, vt *donare iram*, aut *donare offẽſas*: quod ille facit qui amplius offenſus non eſt, quaſi diceret Iaſon: Quoniam apud te nihil poſſunt preces meæ, perage cœptũ facinus rogata ſaltem à me, moram remittas, nec me crudelitate iſta torqueas: illa autem quò grauiùs erat, reſpondet, *Perfruere*, &c. g A Creõte mihi datus. ſup. v. 295. h Miſeris enim mors grata, vid. Herc. Fu. 512. i *Cæſo iam altero filio.* k Attolle oculos tuos, méque vide, annon agnoſcis me ex ſolita cæde? prius quidem tibi, iam mihi vindictam poſcentem. l Per cædes patrem fugi occiſo fratre, Acaſtum mariti mei patruelem occiſo patre ſuo, te iam coniugem occiſis filiis. m Et his dictis vecta curru iunctis draconibus auolat Athenas, vbi Theſeo nupta, ſup. v. 973. n Teſtimonium dicas contra deorum iuſtitiam; vel argumento ſis nullos eſſe in cœlo deos, ſi tibi inſigniter ſceleſtæ per æthera pateat impunè via.

HIPPO-

HIPPOLYTVS

INTERLOCVTORES.

HIPPOLYTVS. CHORVS.
PHÆDRA. THESEVS.
NVNCIVS. NVTRIX.

ARGVMENTVM.

Hippolyti Theſei ex Antiope Amazone filij Dianam virginem ac venarricem colentis, abſente apud inſeros Theſeo, nouerca Phædra caſtitatem oppugnat, nec expugnat. Repulſa impudica mulier Theſeo reduci priuignum oblati per vim ſtupri inſimulat. Ille credulus, filio, qui iam domum impudicam fugerat, è votis, quod reſtabat, tertio fret⁹, abſenti mortem imprecatur, ratum facit votũ Neptunus, emiſſo tauro marino qui equos Hippolyti cõſternat, vnde per vepres & ſaxa diſtractus auriga dilaniatur. Quod vbi reſciuit malè ſibi conſcia mulier, ſcelus ſuum falſúmque crimen apud maritum confeſſa gladio ſe transfigit. Theſeus innoxij filij caſum lugens, iramque ſuam deteſtatus, collectos paſſim artus componit.

ACTVS PRIMVS.

HIPPOLYTVS.

Hippolytus varia loca & munera miniſtris & venationis comitibus diſpertit: Dianámque venationis Deam inuocat.

ITE, *vmbroſas* [a] *cingite ſyluas,*
Summáque montis iuga [b] *Cecropij,*

a Indagine, odorâ canum vi, retibus.

b Attici à Cecrope qui oppidum Cecropiam cõdidit, quod poſtea in arcem Athenarum mutatum eſt, vnde regio & mons vicinus nomen habent.

Celeri plantâ luſtrate vagi
Quæ ſaxoſa c *loca Parnethi*
Subiecta iacent; & quæ d *Thriaſiis*
Vallibus amnis rapidâ currens
Verberat undâ: ſcandite colles
Semper canos e *niue Riphaâ.*
Hac, hac alij, quà nemus alta
Texitur alno; qua prata iacent,
Quæ rorifera mulcens aura
f *Zephyrus vernas euocat herbas.*
g *Vbi per glacies lenis Iliſſus,*
Vbi h *Mæander ſuper æquales*
Labitur agros piger, & ſteriles
Amne a *maligno radit arenas.*
Vos, quà b *Marathon tramite læuo*
Saltus aperit; quà c *comitatæ*
Gregibus paruis nocturna petunt
Pabula fœtæ. vos, d *quà tepidis*
Subditus auſtris, frigora mollit
Durus Acharnan. alius rupem
Dulcis e *Hymetti: paruas alius*
Calcet f *Aphidnas. pars illa diu*
Vacat g *immunis, qua* h *curuati*
Littora ponti i *Sunion vrget.*
Si quem tangit gloria ſyluæ,

c Parnes a. mons Atticæ prope Hymettum.
d Thriaſijs vallib. Thria enim vic⁹ Atticus in tribu Oeneidæ.
e Indurata à Boreâ flante à Riphæis mōtibus Scythiæ.
f Fauonius veris comes & pater, genitalis mūdi ſpiritus.
g Plurimi libb. hūc verſum nō admittūt, & meritò. quid enim eſt *per glacies labi?* calque in Atticâ? Lipſ. emē dat *glareas* in diſſyllabō cō tractū: vt per ſcrupos & ſaxa voluatur Iliſſos Atticæ amnis. h De quo in Herc. Fu. 61, vel ille Phrygiæ fl. hic de Atticis ſermo eſt, niſi fortè ad illud reſpicit quod refert Pauſan. in Corinthiacis, Mæandrum in mare ad Miletum delapſum mare ſubire, & in Peloponeſo emergere, atque illic Aſopum fieri. Alij leg. *Melanus.* a Parco, non irriganti terras, *vel* alluenti agros Phrygū & Carū, *vel* doloſo, flexuoſo. b Ex vrbibus Tetrapoleos Atticæ vna, Miltiadis victoriâ de Perſis inſignis. Feræ comitatæ fœtibus noctu paſcūtur. d Quà ſtrenui bellatores Acarnēſes meridionalē Atticæ partē incolūt. *Vel* quà mōs ſaxoſus propè Acarnas vicū Atticæ frigora mollit. e Mōtis Atticæ marmore clari, vt & thymo ac melle celebris. f Vicū Atheniēſiū, vbi Theſe⁹ Helenā raptā occultauit. g A venatione noſtra & præda. h Sinuati. i Pro-

Vocat hunc [k] *Philipis. hîc verſatur*
l *Metus agricolis, vulnere multo*
Iam notus aper. at vos laxas
Canibus [m] *tacitis mittite* [n] *habenas:*
Teneant acres lora [o] *Moloſſos.*
Et pugnaces tendant [p] *Creſſæ*
Fortia trito vincula collo.
q *At Spartanos, (genus eſt audax,*
Auidúmque feræ,) nodo cautus
Propiore liga. [r] *veniet tempus,*
Cùm latratu caua ſaxa ſonent:
Nunc [ſ] *demiſſi nare ſagaci*
Captent auras, luſtraque preſſo
Quærant roſtro, dum [t] *lux dubia eſt,*
Dum ſigna pedum roſcida tellus
Impreſſa tenet; alius raras
Ceruice [a] *graui portare plagas*
Alius teretes properet laqueos:
Picta rubenti [b] *lineâ pinnâ*
Vano cludat terrore feras.
Tibi libretur miſſile telum.
Tu graue dextra læuáque ſimul
Robur [c] *lato dirige ferro.*
Tu præcipites clamore feras
d *Subſeſſor ages: tu iam victor*
Curuo ſolues viſcera cultro.
e *Ades en comiti Diua virago,*
Cuius regno [f] *pars terrarum*

montoriū Atticæ.

k Lege *Phibalus*, qui Atticæ locus. caricis commēdatus, Ariſtoph.

l Terror, metuendus agricolis, quos multoties vulnerauit. *vel* notus multo vulnere, quos tamen effugit.

m Non argutis, vocalibus, clamoſisve.

n Quas copulas vocat. *vel* lora, *Couples, or Leaſses.*

o Epiroticos canes, qui fortitudine laudātur: vt Spartani, ſeu Lacones velocitate.

p Canes Cretenſes fœmellæ acres loris extenſis indagent.

q Sed Laconas arctiori nodo coërcete. r Feris ſc. excitatis. ſ Vide Thyeſt. v. 497. t Primum diluculum. a Grauatâ. b Formido, genus retis plumis verſicoloribus iiſdémque vſtulatis intertextum, quod viſu & odore feras terrens in veras plagas impelleret. c Venabulo. d In inſidiis latens, vnde occaſione capta repentè exiliens territas feras in laqueos agat. e Faue mihi, ô Diana venationis Dea virilis. f Inferi eadem enim quæ Proſerpina. *vel ad rem præſentem*, nemora, ſyluæ, ferarum luſtra.

Secreta vacat: cuius certis
Petitur telis fera, g *qua gelidum*
Potat Araxen, & h *qua ſtanti*
Ludit in Iſtro: tua i *Getulos*
Dextra leones, tua k *Creteas*
Sequitur ceruas: nunc veloces
Figis damas leuiore manu.
Tibi l *dant* m *variæ* l *pectora* n *tigres,*
Tibi villoſi terga * *biſontes,*
Latiſque feri cornibus o *vri.*
Quidquid p *ſolis paſcitur aruis,*
Siue illud q *inops nouit* q *Garamas,*
Siue illud Arabs r *diuite ſylua,*
Siue feracis ſ *iuga Pyrenes,*
Siue t *Hyrcani celant ſaltus,*
Vacuiſque a *vagus Sarmata campis,*
Arcus metuit, Diana, tuos.
b *Tua ſi gratus numina cultor*
Tulit in ſaltus; retia vinctas
Tenuere feras, nulli laqueum
Rupere pedes; fertur plauſtro
Præda c *gementi. tum roſtra canes*
Sanguine multo rubicunda gerunt;
Repetitque caſas ruſtica longo
d *Turba triumpho. en Diua* e *fauet.*

g *Vbiuis terrarum.* & quæ bibit Araxem fl. Armeniæ. h Et quæ ludibūda percurrit Danubium in Germaniâ ortū fl. congelatū. i Libycos. Getuli enim antiquiſſimi incolæ Africę; *qua Leonum arida nutrix.* k Creta enim ceruis nobilis & dictamno, cuiꝰ vſum docuerūt ceruæ. l Reſiſtentes figuntur. m Maculoſæ. n Her. Fu 1323. * Boues ſylueſtres. o Feri boues in Germania, vi & velocitate excellentes. p Deſertis. q Interioris Africæ pop. egenus & vagus. r Aromatum feraci. ſ Montes Pyrenæi à Pyrene filia Bebricis ibi compreſſa ab Hercule; vt volunt fabulæ, vel ἀπὸ τοῦ πυρός, propter incendiū, quo flagrauit illorum montiū ſylua, iniecto à paſtorib. igne. t Hyrcania Scythiæ contermina, hod. *Hyrach.* a Herc. Fu. verſ. 538. b Si numen tuū inuocanti, partē prædæ vouenti, venationē ritè aggreſſo adfueris prædam largita. c Al. *trementi,* ſc. præ pondere prędæ. d In morem triūphi à venatione rediens prędâ onuſta: ſed & venatores Idib. Aug. ſolenniter feriati ſpicatas faces accēſas in nemora Dianæ ſacra ferebant, canéſque infulis ornatos cum cęteris inſtrumentis venatoriis Deæ ſiſtebāt. e Scribendum opinor *fauet,* nam

Signum arguti miſere canes.
Vocor in ſyluas hac, hac pergam,
f *Quà via longum compenſat iter.*

fauentis ſignũ agnoſcit, canũ vocem.
f Per iter magè compendioſum.

PHAEDRA. NVTRIX.

Phædra amore Hippolyti ardere ſe fatetur apud nutricem, fruſtra eam à tam nefando amore dehortantem.

Ph. g O *Magna vaſti Creta dominatrix freti,*
Cuius per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, h *quidquid Aſſyria tenus*
Tellure Nereus peruium roſtris ſecat;
Cur me in k *penates* i *obſidẽ* k *inuiſos datã,*
l *Hoſtique nuptam degere ætatem in malis*
Lacrymiſq; cogis? profugus en cõiux abeſt,
Præſtatq; nuptæ, m *quã ſolet, Theſeus fidẽ.*
Fortis per altas n *inuij retro lacus*
Vadit tenebras, o *miles audacis proci;*
Solio vt reuulſam regis inferni abſtrahat,
Pergit p *furoris ſocius. haud* q *illum timor,*
Pudor tenuit. ſtupra & illicitos toros
Acheronte in imo quærit Hippolyti pater.
Sed maior alius incubat mœſtæ dolor.
Non me quies nocturna, non altus ſopor

g O patria mea, Creta, inſula ad dominatum Græciæ ſita. Nam & Minos ſibi vicinas inſulas & maximã Græciæ partẽ ſubdidit.
h Heinſius legit. *Quiſquis Aſſyriâ tenus Tellure Nerea peruium roſtris ſecat.* ait Lipſij atque aliorum non leuis cenſor ſe non capere quid ſecet Nereus, qui & ipſe nauium roſtris ſecatur. ſed & rectè dici poteſt *ſecat* de mari Mediteran. Hercul. Fur. verſ. 23. h. e. qua patet mare nauibus peruium ad Aſſyriam vſque. i Neque enim filiarum raptum vlciſcebatur Minos infra verſ. 244. k Eorum qui fratrem meum Adrogeon interfecerunt. l Theſeo qui Athenienſis Minotaurum occidit, ſororem deſeruit, méque adeò. m Helenæ, Hippolytæ ſeu Antiopæ, Melibœæ, Ariadnæ. n Stygis irremeabilis.
o Securus Pirithoum. Hercul. Eu. 805. p Inſani amoris.
q Hinc & ſibi illiciti amoris licentiam captat non ſedatæ libidinis mulier.

Soluêre curis: alitur & creſcit malum,
Et ardet intus; qualis a *Ætnæo vapor*
Exundat antro. b *Palladis tela vacant,*
Et inter ipſas penſa labuntur manus.
Non colere donis templa c *votiuis libet;*
Non inter aras, d *Atthidu miſtam choris,*
Iactare tacitis e *conſcias ſacris faces;*
Nec adire caſtis precibus, aut ritu pio
Adiudicatam f *præſidem terræ deam.*
g *Iuuat excitatas conſequi curſu feras,*
Et rigida molli h *gæſa iaculari manu.*
Quo tēdis, anime? quid furēs ſaltus amas?
i *Fatale miſeræ matris agnoſco malum.*
Peccare noſter nouit in ſyluis amor.
Genitrix, tui me miſeret. infando malo
Correpta, pecoris efferi ſæuum ducem
Audax amaſti. toruus, impatiens iugi,
Adulter ille, ductor indomiti gregis.
Sed amabat k *aliquid: quis meas miſeræ deus,*
Aut quis iuuare l *Dædalus flāmas queat?*
Non, ſi ille remeet arte m *Mopſopia potens,*
n *Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo,*
Promittat vllam caſibus noſtris opem.
o *Stirpem peroſa Solis inuiſi Venus,*

a Herc. Fur. v. 105. b A Pallade inuentæ artes textoriæ & lanificæ, id eſt, non nere, non texere iuuat, πολυδαίδαλον ἱςὸν ὑφαίνειν. c Pro mariti reditu. d Matronarū Atticarū. vid. Hēr. Fu. v. 300 & 844. & 1163. e *Pathos*, facib' ſensū dat tanquā Myſticis. f Mineruā cui Deorum iudicio & populi ſuffragio adiudicatum præſidium & nomē Athenarum, cū oliua pacis ſymbolū eduxiſſet, donum præſtātius Neptuni bellatore equo. vid. Herc. Fu. 912. g Me Hippolyti comitem. h Tela Romanis vſurpata ab Hiſpanis, *vt alij*, à Gallis, *Virg.* Gæſa Alpina. i Mater enim Paſiphaë taurum in ſyluis paſcentem, ego Hippolytum venatorem ſyluis gaudentem amo. k *Vaccam, quam in magno ſequitur grege,* vnde ſpes aliqua matri fruendi amoris; mihi autem nulla, Hippolytus enim ἀνέραστος nihil amat. l Ingenioſus artifex, qui amati tauri copiam fecit matri meæ ligneæ vaccæ incluſæ. m Atticâ, à Mopſo rege, *vel* Mopſopiâ Oceani filia. h. eſt arte Dædali Athenienſis. n Qui concluſit Minotaurum matre mea natum in Labyrintho. o Venus odio & vindictâ noſtram proſequitur familiam (Paſiphae enim filia Solis) cuius adulterium cum Marte detexit Sol, detulitque ad

Per nos catenas vindicat Martis ſui,
Suaſque, probris omne Phœbeum genus
Onerat nefandis, nulla a *Minois leui*
Defuncta amore eſt, iugiter ſemper nefas.
Nut. *Theſeia coniux*, b *clara progenies Iouis,*
Nefanda caſto pectore exturba ocyùs:
Extingue flammas; ne-ve te diræ ſpei
Præbe obſequentem, quiſquis in primo obſtitit,
Repulitq; amorem, tutùs ac victor fuit.
c Qui blandiendo dulce nutriuit malũ,
Serò recuſat ferre, quod ſubiit, iugum.
d *Nec me fugit, quã durus, & veri inſolẽs,*
Ad recta flecti regius nolit tumor.
Ph. e *Quemcunque dederit exitum caſus, feram:*
Fortem facit vicina libertas ſenem.
Nut. Obſtare primum eſt velle, nec labi via:
Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.
Quò miſera pergis? quid domum infamem grauas,
Superáſq; matrẽ? f *maius eſt mõſtro nefas.*
Nam monſtra g fato, moribus ſcelera imputes.
Si, quòd maritus ſupera non cernit loca,
Tutum eſſe facinus credis, & vacuũ metu;
Erras. h *teneri crede* i *Lethæo abditum*
Theſea profundo, ferre perpetuam i *Stygẽ.*

55 Vulcanũ, qui ipſos ferreis reticulis irretitos Diis deridendos exhibuit.

a Patronymicũ, fœmina è familia Minois.

b Filia Minois qui Ioue ſat⁹.

c Vitare enim plagas faciliùs quã retibus ſe expedire, aut validos Veneris perrumpere nodos.

d Noui ego regũ & nobiliũ ſuperbũ ingeniũ, quã nõ libenter verũ audiãt, aut ad rectum flecti velint. v. 574. Octau.

e Quidã continuant nutricis orationẽ, quę iã vetula liberi⁹ reginã moneat ſenectute ſuâ freta. alij Phædræ duos hoſce verſus tribuũt, ſed poſteriorẽ legunt, *Sortem facit vicina libertas leuẽ*. quę, vel amoris fruitio, vel mors deſtinata. f Inceſtus hic amor tu⁹ maior eſt belluino illo matris tuę, vnde Minotaur⁹. g Stoicè nã Peripatetici mõſtra peccato naturę tribuunt. h Puta Theſeũ non redituũ ab inferis; quid Minos pater tuus? i Inferm.

Quid ille, [illegible] maria [illegible] regna premit,
Populiſque reddit [illegible] centenis pater,
Latere tantum facinus occultum ſinet?
Sagax parentum eſt cura. *credamus tamen*
Aſtu doloque tegere nos tantum nefas:
Quid ille, a *rebus lumen infundens ſuum*
Matris parens? b *quid ille, qui mundum [illegible]*
[illegible],
Vibrans coruſca fulmen c *Aetnæum manu,*
Sator deorum? credis hoc poſſe effici,
Inter videntes omnia ut lateas [illegible]?
d *Sed ut ſecundus numinum abſcondat fauor*
Coitus nefandos, utque contingat ſtupro
Negata magnis ſceleribus ſemper fides:
Quid pœna præſens, conſcius mentis pauor;
Animuſque culpa plenus, & ſemet timens?
Scelus f aliqua g tutum, nulla ſecurum tulit.
Compeſce amoris impij flammas,precor,
Nefaſque,quod non vlla tellus barbara
Commiſit vnquã,non h *vagus cãpis Geta,*
Nec inhoſpitalis i *Taurus, aut* h *ſparſus Scythes.*
Expelle facinus mente caſtificã horridum;
Memórq; k *matris,metue cõcubitꝰ nouos.*
Miſcere thalamos patris & gnati apparas,
Vteroque l *prolẽ capere confuſam impio?*
m *Perge,& nefandis verte naturam* n *ignibus.*

[illegible] a Sol auus maternus. b Iupiter auus paternus. c Quod in Aetna fiunt [illegible] Cyclopes Vulcani miniſtri. d [illegible] deorum [illegible], Iouem omnia inſpicientem. e Verum puta nefas hoc tuũ poſſe latere Deos conniuentes, &c. quid conſcẽtia tua? annon illa occulto flagello & ſurdo verbere te excarnificabit? f Mulier amens. g Ab externa pœna aliqua, nulla autẽ ab interna anxietate. Nocẽs habuit aliquando latẽdi fortunã, nunquã fiduciã. h vop. Scythię Europeæ. vid. Thyeſt. 169. & Herc. Fu. 532. i Nec Tauri Aſię montis incolæ. k Sup. v. 112. l Qualem mater concepit ex Mi-uro. m Epitrope conceſſio Ironica. n Amoribus.

Cur monſtra ceſſant? o aula cur fratris
vacat?
p *Prodigia toties orbis inſueta audiet,*
Natura toties legibus cedet ſuis,
Quoties amabit Creſſa? Ph. q *quæ memo-*
ras, ſcio
Vera eſſe, nutrix: ſed r furor cogit ſequi
Peiora, vadit animus in præceps ſciens,
Remeátque, fruſtra ſana conſilia appe-
tens.
ſ *Sic cum grauatam nauita aduerſâ ratem*
Propellit vnda, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.
Quod ratio poſcit, vincit ac regnat
furor,
Potenſque tota mente dominatur Deus.
Hic a *volucer omni regnat in terra potens.*
b *Ipſumque flãmis torret indomitis Iouẽ.*
c *Gradiuus iſtas belliger ſenſit faces,*
d *Opifex* e *triſulci fulminis ſenſit Deus;*
Et qui furentes ſemper Ætnæis iugis
Verſat caminos, f *igne tam paruo calet.*
g *Ipſumque Phœbum, tela qui neruo regit,*
Figit ſagitta h *certior miſſa puer:*
Volitatque cœlo pariter & terræ grauis.
Nut. *Deum eſſe amorem,* i *turpiter vitio*
fauens
Finxit libido: quoque liberior foret,
Titulum furori numinis falſi addidit.
Natum per omnes ſcilicet terras vagum
k *Erycina mittit, ille per cœlum volans*
Proterua tenera tela molitur manu;

o Ex te alterũ monſtrũ ſuppleat Labyrinthum, locum Minotauri, qui è matre fratris, quẽ Theſeus ſuſtulit.
p Toties generabuntur monſtra quoties mulier Cretẽſis (maximè Minos) amabit.
q *Video meliora proboq; Deteriora ſequor,* affectibus rationi reluctãtibus.
Dum premitur ratione animus, vinciq; laborat.
r Inſan⁹ amor.
ſ *Nõ aliter quã qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit.* &c.
a Cupido amoris Deus alatus.
b Vide Chorũ ſequentem.
c Mars. v. Herc. Oet. 1512.
d Vulcanus ſup. v. 155.
e Thyeſt. v. 1086. Herc. Oet. 1993. f Vnâ Cupidinis faculâ. g *Emph.* ἑκηβόλον. h *Noſtrâ tamen vna ſagitta Certior,* &c. Phœbus apud Ouid. i Legitur *turpis & vitio* fauens. Et, *turpi ſeruitio fauens.* k Venus ab Eryce Siciliæ monte vbi colitur.

l *Regnúmque tantum minimus in ſuperos habet.*
m *Vana iſta demens animus adſciuit ſibi,*
Venerisque numen finxit, atque arcus Dei.
Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluitque luxu, ſemper n inſolita appetens.
o Hunc illa magnæ dira fortunę comes
Subit libido: non placent ſuetæ dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.
p Cur in penates rariùs tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos?
Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus,
Mediúmq; ſanos vulgus affectus tenet,
Et ſe coërcent a modica? cõtrà diuites,
Regnoque fulti, plura, quàm fas eſt, petunt?
Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt.
Quid deceat alto preditam ſolio, vide
Metue ac verere ſceptra remeantis viri.
Ph. *Amoris in me maximum regnum fero,*
Redituſque nullos metuo. b *non vnquam amplius*
Conuexa tetigit ſupera, qui merſus ſemel
Adiit ſilentem nocte perpetua domum.
Nut. *Ne crede. Ditis cluſerit regnum licet,*
c *Caniſque diras Stygius obſeruet fores:*
Solus negatas inuenit Theſeus vias.
Ph. *Veniam ille amori forſitan noſtro dabit.*
Nut. *Immitis etiam coniugi caſtæ fuit:*
Experta ſæuam barbara d *Antiope manum.*
Sed poſſe flecti coniugem iratum puta;

l *Regnat, & in ſuperos ius habet ille Deos.*
m In prętextũ & defenſionẽ culpæ. vide Octau. v. 548.
n Nõ aſſueta. id eſt nouitatẽ dapum & amorum.
o Ex copia & affluentia ad faſtidium vſq; Venus & luxus in cibis ac ædificiis; ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις.
p ἐν πενίᾳ δ' οὔ. *Caſta pudicitiam ſeruat domus.*
a Mediocria, mediæ ſortis homines.
b Non patet reditus ad ſuperas auras ei qui ad inferos deſcenderit.
c Cerberus.
d Antiopæ Amazoni (*vt alij* Hippolytæ) matri Hippolyti propter iurgium mortem intulit, multo minùs tibi impudicæ parcet. inf. verſ. 396.

Quis [c] *huius animũ flectet intractabilem?*
Exoſus omne fœminæ nomen fugit;
Immitis annos [f] *cælibi vitæ dicat;*
Connubia vitat; [g] *genus Amazoniũ ſcias.*
Ph. *Hunc in niuoſi collis* [h] *hærentem iugis,*
Et aſpera agili ſaxa calcantem pede,
Sequi per alta nemora, per montes, placet.
Nut. *Reſiſtet ille, ſeque mulcendum dabit,*
Caſtóſque ritus Venere non caſtâ exuet?
[a] *Tibi ponet odium, cuius odio forſitan*
Perſequitur omnes? Ph. *precibus haud vinci poteſt?*
Nu. *Ferus eſt.* Ph. amore didicimus vinci feros.
Nut. *Fugiet.* Ph. *per ipſa maria, ſi fugiat, ſequar.*
Nut. [b] *Patris memento.* Ph. *meminimus* [c] *matris ſimul.*
Nut. [d] *Genus omne profugit.* Ph. [e] *pellicis careo metu.*
Nut. *Aderit maritus.* Ph. [f] *nempe Pirithoi comes.*
Nu. *Aderitq; genitor.* Ph. [g] *mitis Ariadnæ pater.*
Nu. *Per has ſenectæ* [h] *ſplẽdidas ſupplex comas,*
Feſſumque curit pectus, & cara vbera
Precor, furorem ſiſte, téque ipſam adiuua;
Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.
Ph. *Nõ omnis animo ceſſit ingenuo* [i] *pudor.*
Paremus, altrix: [k] *qui regi non vult, amor*
Vincatur. haud te, fama, maculari ſinam.

c Hippolyti.
f Coniugii experti à κοίλης ex κοίτη, & λάπτω.
g Vt enim Amazones viros auerſantur, ita hic fœminas.
h Venandi ſtudio.
a Lege interrogatoriè, vel iron. In tuam gratiam procul dubio ponet odium, cuius ſuper inductæ nouercæ veluti matris ſuæ necis cauſæ ratione fortaſſis & alias omnes execratur mulieres.
b Maris domini, ſup v.48. ſi per maria ſequaris, & iuſti ſcelerum vindicis, vt in Scylla Niſi filia.
c Quæ nefario amore peccauit.
d Fœminas omnes auerſetur.
e Non itaque de pellice ſolicita ero.
f Adulteri atque hic in me facilior futurus eſt.
g Filiam amatorem inſecutam non vltus.
h Canas Herc. Oet. 925.
i Emendari volens.
k Qui flecti non vult amor, frangatur.

Hæc ſola ratio eſt, l *vnicum effugium mali:*
m *Virum ſequamur. morte præuertam nefas.*
Nut. *Moderare, alumna, mentis effrenæ impetus;*
Animos coërce. dignam ob hoc vita reor,
Quod eſſe temet autumas dignam nece.
Ph. *Decreta mors eſt: quæritur fati genus:*
Laqueóne vitam finiam an ferro incubem:
An miſſa præceps n *arce Palladia cadam.*
o *Proh! caſtitatis vindicem armemus manum.*
Nut. *Sic te ſenectus noſtra præcipiti ſinat*
Perire letho? ſiſte furibundum impetum.
Ph. p *Haud facilè quiſquam ad vitam reuocari poteſt.*
Probibere ratio nulla periturum poteſt,
Vbi quis mori conſtituit, & debet mori.
Nut. *Solamen annis vnicum feſſis, hera,*
a *Si tam proteruus incubat menti furor,*
Contemne famam. b *fama vix vero fauet,*
Peius merenti melior, & peior bono.
Tentemus animum triſtẽ & intractabilem.
Meus iſte labor eſt, aggredi iuuenem ferũ,
Mentémq; ſæuam flectere immitis viri.

CHORVS.

Omnia amori cedere, homines omnis loci, ætatis, conditionis; ipſos Deos ſuperos ac inferos, quin & bruta animalia, terreſtria, aquatilia, aërea.

* DIua c *non miti generata ponto,*
Quã vocat matrẽ d *geminus Cupido;*

i Primũ enim amoris remediũ fames, ſecundũ tempus, tertium reſtis, inquit Crates.

m Qui apud inferos eſt, mortem ſc. mihi inferendo.

n Acropoli, arce Athenienſi quæ Palladi arcium præſidi ſacra.

o Proh pudor! violatam caſtitatem morte præuertamus. Lipſius emendat *Pro caſtitate* Heinſius *Pro cacnatu τῆς ἀφιλγίας.*

p Et hic verſus ægrè admitti poteſt.

a Victa anus ſe ad lenoniam conuertit, vt alumnæ vitæ parcat.

b Sæpius enim *ficti prauique tenax.*

* *Omnia vincit amor.*

c Venus nata è ſpumâ maris orta ex teſticulis Cœli à Saturno exectis & in mare proiectis, vnde ἀφροδίτη ab ἀφρός. ob ſimilitudinem ſeminis: *vel*, propter humoris ſalſi vim animalem & fœcundam. d ἔρως & ἀντέρως. hic diuinus, ille

e *Impotens flammis ſimul & ſagittis,*
Iſte laſciuus puer ac renidens
Tela quàm certo moderatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuo f *populante venas.*
Non habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax iſti puero per orbem
Spargit effuſas agilis ſagittas.
g *Quæque naſcentem videt ora ſolem,*
h *Quæque ad occaſus iacet ora ſeros,*
Si qua feruenti ſubiecta Cancro eſt,
Si qua i *maioris glacialis Vrſæ*
Semper errantes patitur colonos,
Nouit hos æſtus. iuuenum feroces
Concitat flammas: ſenibúſque feſſis
Rurſus extinctos reuocat calores.
Virginum a *ignoto ferit igne pectus:*
Et iubet cœlo ſuperos relicto
b *Vultibus falſis habitare terras.*
Theſſali c *Phœbus pecoris magiſter*
Egit armentum, poſitóque plectro
d *Impari tauros calamo vocauit.*
Induit formas quoties e *minores,*
Ipſe qui cœlum nebuláſque ducit?
f *Candidas ales modò mouit alas,*
g *Dulcior vocem moriente cygno.*
h *Fronte nunc toruâ petulans iuuencus*
Virginum i *ſtrauit ſua terga ludo,*
Pérque k *fraternos,* l *noua regna,* k *fluctus,*

vulgaris mortaliſque amor.
e Valdè potés, vel. non temperans.
f Conſumête.
g Qui ad ortũ, occaſum, meridié, ſeptentrionem, vide Herc. Fu. v. 37. 129 884. & 1031.
h Al. *Quæq; ad Heſperias iacet ora metas.*
i Al. *Parrhaſia* gla.
a Nouo, quem priùs non ſenſerunt.
b Aſſumptis aliis imaginib⁹.
c Apollo diuinitate à Ioue exutus propter interfectos Cyclopas. vel, quod alij ſerũt, & hic innuit Poeta, vt filia regis frui poſſet, per nouem annos Admeti regi Theſſaliæ armenta pauit.

d Diſparib
compactâ calamis fiſtulâ. e Etiam vilium animalium. f Iup
ter ſpecie Cygni adiuit Ledam vxorem Tyndari regis Laconia
g Cygnos tamen cum voluptate & cantu mori negant ſanio
iudicij authores. h Iupiter in taurum mutatus Europam fil
Agenoris è Phœnicia in Cretam transfretauit. i Tangend
aſcendenda præbuit. k Neptuno imperatum mare. l Seu Io

Secreta vacat: cuius certis
Petitur telis fera, g *qua gelidum*
Potat Araxen, & h *qua ſtanti*
Ludit in Iſtro: tua i *Getulos*
Dextra leones, tua k *Creteas*
Sequitur ceruas: nunc veloces
Figis damas leuiore manu.
Tibi l *dant* m *variæ* l *pectora* n *tigres,*
Tibi villoſi terga * *biſontes,*
Latiſque feri cornibus o *vri.*
Quidquid p *ſolis paſcitur aruis,*
Siue illud q *inops nouit* q *Garamas,*
Siue illud Arabs r *diuite ſylua,*
Siue feracis ſ *iuga Pyrenes,*
Siue t *Hyrcani celant ſaltus,*
Vacuiſque a *vagus Sarmata campis,*
Arcus metuit, Diana, tuos.
b *Tua ſi gratus numina cultor*
Tulit in ſaltus; retia vinctas
Tenuere feras: nulli laqueum
Rupere pedes; fertur plauſtro
Præda c *gementi. tum roſtra canes*
Sanguine multo rubicunda gerunt;
Repetitque caſas ruſtica longo
d *Turba triumpho. en Diua* e *fane.*

g *Vbiuis terrarum*. & quæ bibit Araxem fl. Armeniæ.
h Et quæ ludibūda percurrit Danubium in Germaniâ ortū fl. congelatū.
i Libycos. Getuli enim antiquiſſimi incolæ Africę, *quæ Leonum arida nutrix.*
k. Creta enim ceruis nobilis & dictamno, cui' vſum docuerūt ceruæ.
l Reſiſtentes figuntur.
m Maculoſæ.
n Her.Fu 1323.
* Boues ſylueſtres.
o Feri boues in Germania, vi & velocitate excellentes.
p Deſertis.
q Interioris Africæ pop. egenus & vagus. r Aromatum feraci. ſ Montes Pyrenæi à Pyrene filia Bebricis ibi compreſſa ab Hercule; vt volunt fabulæ, vel ἀπὸ τῦ πυρὸς, propter incendiū, quo flagrauit illorum montiū ſylua, iniecto à paſtorib. igne. t Hyrcania Scythiæ contermina, hod. *Hyrach*. a Herc.Fu.verſ.538. b Si numen tuū inuocanti, partē prædæ vouenti, venationē ritè aggreſſo adfueris prædam largita. c Al. *trementi*, ſc. præ pondere prędæ. d In morem triūphi à venatione rediens prędâ onuſta: ſed & venatores Idib. Aug. ſolenniter feriati ſpicatas faces accēſas in nemora Dianæ ſacra ferebant, canēſque infulis ornatos cum cęteris inſtrumentis venatoriis Deæ ſiſtebāt. e Scribendum opinor *fauet*, nam

Signum arguti miſere canes.
Vocor in ſyluas hac, hac pergam,
f *Quà via longum compenſat iter.*

faventis ſignũ agnoſcit, canũ vocem.
f Per iter magę compendioſum.

PHAEDRA. NVTRIX.

Phædra amore Hippolyti ardere ſe fatetur apud nutricem, fruſtra eam à tam nefando amore dehortantem.

Ph. g O *Magna vaſti Creta dominatrix freti,*
Cuius per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, h *quidquid Aſſyria tenus*
Tellure Nereus peruium roſtris ſecat;
Cur me in k *penates* i *obſidẽ* k *inuiſos datã,*
l *Hoſtique nuptam degere ætatem in malis*
Lacrymiſq; cogis? profugus en cõiux abeſt,
Præſtatq; nuptæ, m *quã ſolet, Theſeus fidẽ.*
Fortis per altas n *inuij retro lacus*
Vadit tenebas, o *miles audacis proci;*
Solio vt reuulſam regis inferni abſtrahat,
Pergit p *furoris ſocius. haud* q *illum timor,*
Pudor tenuit. ſtupra & illicitos toros
Acheronte in imo quærit Hippolyti pater.
Sed maior alius incubat mœſtæ dolor.
Non me quies nocturna, non altus ſopor

g O patria mea, Creta, inſula ad dominatum Grçcię ſita. Nam & Minos ſibi vicinas inſulas & maximã Græciæ partẽ ſubdidit.
h Heinſius legit. *Quiſquis Aſſyriâ tenus Tellure Nerea peruium roſtris ſecat.* ait Lipſij atque aliorum non leuis cenſor ſe non capere quid ſecet Nereus, qui & ipſe nauium roſtris ſecatur. ſed & rectè dici poteſt *ſecat* de mari Mediteran. Hercul. Fur. verſ. 23. h. e. qua patet mare nauibus peruium ad Aſſyriam vſque. i Neque enim filiarum raptum vlciſcebatur Minos infra verſ. 244. k Eorum qui fratrem meum Adrogeon interfecerunt. l Theſeo qui Athenienſis Minotaurum occidit, ſororem deſeruit, méque adeò. m Helenæ, Hippolytæ ſeu Antiopæ, Meliboeæ, Ariadnæ. n Stygis irremeabilis.
o Securus Pirithoum. Hercul. Eu. 805. p Inſani amoris.
q Hinc & ſibi illiciti amoris licentiam captat non ſedatæ libidinis mulier.

Soluêre curis: alitur & creſcit malum,
Et ardet intus; qualis a *Ætnæo vapor*
Exundat antro. b *Palladis tela vacant,*
Et inter ipſas penſa labuntur manus.
Non colere donis templa c *votiuis libet;*
Non inter aras, d *Atthidu miſtam choris,*
Iactare tacitis e *conſcias ſacris faces;*
Nec adire caſtis precibus, aut ritu pio
Adiudicatæ f *præſidem terræ deam.*
g *Iuuat excitatas conſequi curſu feras,*
Et rigida molli h *gæſa iaculari manu.*
Quo tēdis, anime? quid furēs ſaltus amas?
i *Fatale miſeræ matris agnoſco malum.*
Peccare noſter nouit in ſyluis amor.
Genitrix, tui me miſeret. infando malo
Correpta, pecoris efferi ſæuum ducem
Audax amaſti. toruus, impatiens iugi,
Adulter ille, ductor indomiti gregis.
Sed amabat k *aliquid: quis meas miſeræ*
deus,
Aut quis iuuare l *Dædalus flāmas queat?*
Non, ſi ille remeet arte m *Mopſopia potens,*
n *Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo,*
Promittat vllam caſibus noſtris opem.
o *Stirpem peroſa Solis inuiſi Venus,*

a Herc. Fur. v. 105.
b A Pallade inuentæ artes textoriæ & lanificæ, id eſt, non nere, non texere iuuat, πολυδαίδαλον ἱςὸν ὑφαίνειν.
c Pro mariti reditu.
d Matronarū Atticarū. vid. Hér. Fu. v. 300 & 844. & 1163.
e *Pathos*, facib⁹ ſensū dat tanquā Myſticis.
f Mineruā cui Deorum iudicio & populi ſuffragio adiudicatum præſidium & nomē Athenarum, cū oliua pacis ſymbolū eduxiſſet, donum præſtātius Neptuni bellatore æquo. vid. Herc. Fu. 911. g Me Hippolyti comitem. h Tela Romanis vſurpata ab Hiſpanis, *vt alij*, à Gallis, *Virg.* Gæſa Alpina.
i Mater enim Paſiphaë taurum in ſyluis paſcentem, ego Hippolytum venatorem ſyluis gaudentem amo. k *Vaccam, quam in magno ſequitur grege*, vnde ſpes aliqua matri fruendi amoris; mihi autem nulla, Hippolytus enim ἀνάνδρως nihil amat. l Ingenioſus artifex, qui amati tauri copiam fecit matri meæ ligneæ vaccæ incluſæ. m Atticâ, à Mopſo rege, *vel* Mopſopiâ Oceani filia. h. eſt arte Dædali Athenienſis. n Qui concluſit Minotaurum matre mea natum in Labyrintho. o Venus odio & vindictâ noſtram proſequitur familiam (Paſiphae enim filia Solis) cuius adulterium cum Marte detexit Sol, detulitque ad

Per nos catenas vindicat Martis ſui,
Suaſque, probris omne Phœbeum genus
Onerat nefandis, nulla a *Minois leui*
Defuncta amore eſt, iugitur ſemper nefas.
Nut. *Theſeia coniux*, b *clara progenies Iouis*,
Nefanda caſto pectore exturba ocyùs:
Extingue flammas; ne-ve te diræ ſpei
Præbe obſequentem, quiſquis in primo obſtitit,
Repulitq; amorem, tutùs ac victor fuit.
c Qui blandiendo dulce nutriuit malú,
Serò recuſat ferre, quod ſubiit, iugum.
d *Nec me fugit, quã durus, & veri inſolẽs,*
Ad recta flecti regius nolit tumor.
Ph. e *Quemcunque dederit exitum caſus, feram:*
Fortem facit vicina libertas ſenem.
Nut. Obſtare primum eſt velle, nec labi vi::
Pudor eſt ſecundus, n ſſe peccandi modum.
Quò miſera pergis? quid domum infamem grauas,
Superáſq; matrẽ? f *maius eſt mõſtro nefas.*
Nam monſtra g fato, moribus ſcelera imputes.
Si, quòd maritus ſupera non cernit loca,
Tutum eſſe facinus credis, & vacuũ metu;
Erras. h *teneri crede* i *Lethæo abditum*
Theſea profundo, ferre perpetuam i *Stygẽ.*

Vulcanũ, qui ipſos ferreis reticulis irretitos Diis deridendos exhibuit.
a Patronymicũ, fœmina è familia Minios.
b Filia Minois qui Ioue ſat[9].
c Vitare enim plagas faciliùs quã retibus ſe expedire, aut validos Veneris perrumpere nodos.
d Noui ego regũ & nobiliũ ſuperbũ ingeniũ, quã nõ libenter verũ audiãt, aut ad rectum flecti velint. v. 174. Octau.
e Quidã continuant nutricis orationẽ, quę iã vetula liberi[9] reginã moneat ſenectute ſuâ freta. *alij* Phædræ duos hoſce verſus tribuũt, ſed poſteriorẽ legunt, *Sortem facit vicina libertas leuẽ.* quę, vel amoris fruitio, vel mors deſtinata. f Inceſtus hic amor tu[9] maior eſt belluino illo matris tuę, vnde Minotaur[9]. g Stoicè nã Peripatetici mõſtra peccato naturę tribuunt. h Puta Theſeũ non rediturũ ab inferis; quid Minos pater tuus? i Inferm.

Quid ille, k *lato maria qui regno premit,*
l *Populiſque reddit iura* l *centenis pater,*
Latere tantum facinus occultum ſinet?
Sagax parentũ eſt cura. *credamus tamen*
Aſtu dolóque tegere nos tantum nefas:
Quid a *ille rebus lumen infundens ſuum*
Matris parens? quid b *ille, qui mundum quatit,*
Vibrans coruſcâ fulmen c *Ætneũ manu,*
Sator deorum? credis hoc poſſe effici,
Inter d *videntes omnia vt lateas* a b *auos?*
e *Sed, vt ſecundus numinum abſcondat fauor*
Coitus nefandos, vtque contingat ſtupro
Negata magnis ſceleribus ſemper fides:
Quid pœna præſens, conſciæ mentis pauor;
Animuſque culpa plenus, & ſemet timens?
Scelus f aliqua g tutum, nulla ſecurum tulit.
Compeſce amoris impij flammas, precor,
Nefaſque, quod non vlla tellus barbara
Commiſit vnquã, non h *vagus cãpis Geta,*
Nec inhoſpitalis i *Taurus, aut* h *ſparſus Scythes.*
Expelle facinus mente caſtificâ horridum;
Memórq; k *matris, metue cõcubitus nouos.*
Miſcere thalamos patris & gnati apparas,
Vteroque l *prolẽ capere confuſam impio?*
m *Perge, & nefandis verte naturam* n *ignibus.*

vide Herc. Fu. v. 291. 679. 711.
k Sup. verſ. 85.
l Cretæ quæ 100. habet vrbes.
a Sol auus tuus maternus.
b Iupiter auus paternus.
c Quod in Ætna fabricãt Cyclopes Vulcani miniſtri.
d Phœbũ cunctã luſtrantẽ, Iouem omnia implentem.
e Verùm puta nefas hoc tuũ poſſe latere Deos conniuentes, &c. quid conſciẽtia tua? annon illa occulto flagello & ſurdo verbere te excarnificabit?
f Mulier aut mens.
g Ab externa pœna aliqua, nulla abſq; interna anxietate. *Nocẽs habuit aliquando latẽdi fortunã, nunquã fiduciã.*
h Pop. Scythiç Europeæ. vid. Thyeſt. 169. & Herc. Fu. 532. i Nec Tauri Aſiç montis incolæ. k Sup. v. 112. l Qualem mater concepit ex Minoe & tauro. m Epitrope conceſſio Ironica. n Amoribus.

Cur monſtra ceſſant? o *aula cur fratris vacat?*
p *Prodigia toties orbis inſueta audiet,*
Natura toties legibus cedet ſuis,
Quoties amabit Creſſa? Ph. q *quæ memoras, ſcio*
Vera eſſe, nutrix: ſed r furor cogit ſequi
Peiora, vadit animus in præceps ſciens,
Remeátque, fruſtra ſana conſilia appetens.
ſ *Sic cum grauatam nauita aduerſâ ratem*
Propellit vnda, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.
Quod ratio poſcit, vincit ac regnat furor,
Potenſque tota mente dominatur Deus.
Hic a *volucer omni regnat in terra potens,*
b *Ipſumque flãmis torret indomitis Iouẽ.*
c *Gradiuus iſtas belliger ſenſit faces,*
d *Opifex* e *triſulci fulminis ſenſit Deus;*
Et qui furentes ſemper Ætnæis iugis
Verſat caminos, f *igne tam paruo calet.*
g *Ipſumque* Phœbum, *tela qui neruo regit,*
Figit ſagitta h *certior miſſa puer:*
Volitatque cœlo pariter & terra grauis.
Nut. *Deum eſſe amorem,* i *turpiter vitio fauens*
Finxit libido: quoque liberior foret,
Titulum furori numinis falſi addidit.
Natum per omnes ſcilicet terras vagum
k *Erycina mittit, ille per cœlum volans*
Proterua tenera tela molitur manu;

o Ex te alterũ monſtrũ ſuppleat Labyrinthum, locum Minotauri, qui è matre fratris, quẽ Theſeus ſuſtulit.
p Toties generabuntur monſtra quoties mulier Creteſis (maximè Minos) amabit.
q *Video meliora proboq; Deteriora ſequor,* affectibus rationi reluctãtibus. *Dum premitur ratione animus, vinciq; laborat.*
r Inſan⁹ amor.
ſ *Nõ aliter quã qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit, &c.*
a Cupido amoris Deus alatus.
b Vide Chorũ ſequentem.
c Mars. v. Herc. Oet. 1312.
d Vulcanus ſup. v. 155.
e Thyeſt. v. 1086. Herc. Oet. 1993.
f Vnâ Cupidinis faculâ.
g *Emph.* ἐκηβόλον.
h *Noſtrâ tamen vna ſagitta Certior, &c.* Phœbus apud Ouid.
i Legitur *turpis & vitio* fauens. Et, *turpi ſeruitio fauens.*
k Venus ab Eryce Siciliæ monte vbi colitur.

l *Regnúmque tantum minimus in ſuperos habet.*
m *Vana iſta demens animus adſciuit ſibi,*
Veneriſque numen finxit, atque arcus Dei.
Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluitque luxu, ſemper n inſolita appetens.
o Hunc illa magnæ dira fortunę comes
Subit libido : non placent ſuetæ dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.
p Cur in penates rariùs tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos?
Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus,
Mediúmq; ſanos vulgus affectus tenet,
Et ſe coërcent a modica? cõtrà diuites,
Regnoque fulti, plura, quàm fas eſt, petunt?
Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt.
Quid deceat alto preditam ſolio, vide.
Metue ac verere ſceptra remeantis viri.
Ph. *Amoris in me maximum regnum fero,*
Reditusque nullos metuo. b *non vnquam amplius*
Conuexa tetigit ſupera, qui merſus ſemel
Adiit ſilentem nocte perpetua domum.
Nut. *Ne crede. Ditis clauſerit regnum licet,*
c *Caniſque diras Stygius obſeruet fores:*
Solus negatas inuenit Theſeus vias.
Ph. *Veniam ille amori forſitan noſtro dabit.*
Nut. *Immitis etiam coniugi caſtæ fuit:*
Experta ſæuam barbara d *Antiope manum.*
Sed poſſe flecti coniugem iratum puta;

l *Regnat, & in ſuperos ius habet ille Deos.*
m In prętextũ & defenſionẽ culpæ. vide Octau. v. 548.
n Nõ aſſueta. id eſt nouitatẽ dapum & amorum.
o Ex copia & affluentia ad faſtidium vſq; Venus & luxus in cibis ac ædificiis ; ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις.
p ἐν πεινῶντι δ' οὔ. *Caſta pudicitiam ſeruat domus.*
a Mediocria, mediæ ſortis homines.
b Non patet reditus ad ſuperas auras ei qui ad inferos deſcenderit.
c Cerberus.
d Antiopæ Amazoni (*vt alij* Hippolytæ) matri Hippolyti propter iurgium mortem intulit, multo minùs tibi impudicæ parcet. inf. verſ. 396.

Quis [c] *huius animũ flectet intractabilem?*
Exoſus omne fœminæ nomen fugit;
Immitis annos [f] *cœlibi vitæ dicat;*
Connubia vitat; [g] *genus Amazoniũ ſcias.*
Ph. *Hunc in niuoſi collis* [h] *hærentem iugis,*
Et aſpera agili ſaxa calcantem pede,
Sequi per alta nemora, per montes, placet.
Nut. *Reſiſtet ille, ſeque mulcendum dabit,*
Caſtóſque ritus Venere non caſtâ exuet?
[a] *Tibi ponet odium, cuius odio forſitan*
Perſequitur omnes? Ph. *precibus haud*
vinci poteſt?
Nu. *Ferus eſt.* Ph. amore didicimus vinci feros.
Nut. *Fugiet.* Ph. *per ipſa maria, ſi fugiat, ſequar.*
Nut. [b] *Patris memento.* Ph. *meminimus* [c] *matris ſimul.*
Nut. [d] *Genus omne profugit.* Ph. [e] *pellicis careo metu.*
Nut. *Aderit maritus.* Ph. [f] *nempe Pirithoi comes.*
Nu. *Aderitq; genitor.* Ph. [g] *mitis Ariadnæ pater.*
Nu. *Per has ſenectæ* [h] *ſplẽdidas ſupplex comas,*
Feſſumque curis pectus, & cara vbera
Precor, furorem ſiſte, téque ipſam adiuua;
Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.
Ph. *Nõ omnis animo ceſſit ingenuo* [i] *pudor.*
Paremus, altrix: [k] *qui regi non vult, amor*
Vincatur. haud te, fama, maculari ſinam.

c Hippolyti.
f Coniugii experti à κείλιψ ex κοίτη, & λάπηθω.
g Vt enim Amazones viros auerſantur, ita hic fœminas.
h Venandi ſtudio.
a Lege interrogatoriè, vel iron. In tuam gratiam procul dubio deponet odium, cuius ſuper inductæ nouercæ veluti matris ſuæ necis cauſæ ratione fortaſſis & alias omnes execratur mulieres.
b Maris domini, ſup v. 48. ſi per maria ſequaris, & iuſti ſcelerum vindicis, vt in Scylla Niſi filia.
c Quæ nefario amore peccauit.
d Fœminas omnes auerſetur.
e Non itaque de pellice ſolicita ero.
f Adulteri atque hic in me facilior futurus eſt.
g Filiam amatorem inſecutam non vltus.
h Canas Herc. Oet. 925.
i Emendari volens.
k Qui flecti non vult amor, frangatur.

Hac ſola ratio eſt, l *vnicum effugium mali:*
m *Virum ſequamur. morte prauertam nefas.*
Nut. *Moderare, alumna, mentis effrenæ impetus;*
Animos coërce. dignam ob hoc vita reor,
Quod eſſe temet autumas dignam nece.
Ph. *Decreta mors eſt: quaritur fati genus:*
Laqueóne vitam finiam an ferro incumbem:
An miſſa praceps n *arce Palladia cadam.*
o *Proh! caſtitatis vindicem armemus manum.*
Nut. *Sic te ſenectus noſtra pracipiti ſinat*
Perire letho? ſiſte furibundum impetum.
Ph. p *Haud facilè quiſquam ad vitam reuocari poteſt.*
Prohibere ratio nulla periturum poteſt,
Vbi quis mori conſtituit, & debet mori.
Nut. *Solamen annis vnicum feſſis, hera,*
a *Si tam proteruus incubat menti furor,*
Contemne famam. b *fama vix vero fauet,*
Peius merenti melior, & peior bono.
Tentemus animum triſtẽ & intractabilem.
Meus iſte labor eſt, aggredi iuuenem ferũ,
Mentémq; ſauam flectere immitis viri.

CHORVS.

Omnia amori cedere, homines omnis loci, ætatis, conditionis; ipſos Deos *ſuperos ac inferos, quin & bruta animalia, terreſtria, aquatilia, aërea.*

* D*iua* c *non miti generata ponto,*
Quã vocat matrẽ d *geminus Cupido;*

l Primũ enim amoris remediũ fames, ſecundũ tempus, tertium reſtis, inquit Crates.
m Qui apud inferos eſt, mortem ſc. mihi inferendo.
n Acropoli, arce Athenienſi quæ Palladi arcium præſidi ſacra.
o Proh pudor! violatam caſtitatem morte præuertamus. Lipſius emendat *Pro caſtitate* Heinſius *Pro cæcitatu τῆς ἀσελγίας.*
p Et hic verſus ægrè admitti poteſt.
a Victa anus ſe ad lenoniam conuertit, vt alumnæ vitæ parcat.
b Sæpius enim *ficti praui que tenax.*
* *Omnia vincit amor.*
c Venus nata è ſpumâ maris orta ex teſticulis Cœli à Saturno exectis & in mare proiectis, vnde ἀφροδίτη ab ἀφρὸς. ob ſimilitudinem ſeminis: *vel*, propter humoris ſalſi vim animalem & fœcundam. d ἔρως & ἀντέρως. hic diuinus, ille

e Impotens flammis ſimul & ſagittis,
Iſte laſciuus puer ac renidens
Tela quàm certo moderatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuo f populante venas.
Non habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax iſti puero per orbem
Spargit effuſas agilis ſagittas.
g Quæque naſcentem videt ora ſolem,
h Quæque ad occaſus iacet ora ſeros,
Si qua feruenti ſubiecta Cancro eſt,
Si qua i maioris glacialis Vrſæ
Semper errantes patitur colonos,
Nouit hos æſtus. iuuenum feroces
Concitat flammas: ſenibúſque feſſis
Rurſus extinctos reuocat calores.
Virginum a ignoto ferit igne pectus:
Et iubet cœlo ſuperos relicto
b Vultibus falſis habitare terras.
Theſſali c Phœbus pecoris magiſter
Egit armentum, poſitóque plectro
d Impari tauros calamo vocauit.
Induit formas quoties e minores,
Ipſe qui cœlum nebuláſque ducit?
f Candidas ales modò mouit alas,
g Dulcior vocem moriente cygno.
h Fronte nunc toruâ petulans iuuencus
Virginum i ſtrauit ſua terga ludo,
Pérque k fraternos, l noua regna, k fluctus,

vulgatis mortaliſque amor. e Valdè potés, vel. non temperans. f Conſuméte. g Qui ad ortú, occaſum, meridié, ſeptentrionem, vide Herc. Fu. v. 37. 119 884. & 31. h Al. *Quæq; ad Heſperias iacet ora metas.* i Al. *Parrhaſia gla.* a Nouo, quem priùs non ſenſerunt. b Aſſumptis alijs imaginib⁹. c Apollo diuinitate à Ioue exutus propter interfectos Cyclopas. vel, quod alij ferũt, & hic innuit Poeta, vt filia regis frui poſſet, per nouem annos Admeti regis Theſſaliæ armenta pauit. d Diſparib[us] compactâ calamis fiſtulâ. e Etiam vilium animalium. f Iup[iter] ſpecie Cygni adiuit Ledam vxorem Tyndari regis Laconia[e] ... g Cygnos tamen cum voluptate & cantu mori negant ſanio[ris] iudicij authores. h Iupiter in taurum mutatus Europam fil[iam] Agenoris è Phœnicia in Cretam transfretauit. i Tangend[a] aſcendenda præbuit. k Neptuno imperatum mare. l Seu Io[...]

Vngulâ lentos imitante remos,
Pectore aduerſo domuit profundum;
Pro ſuâ vector timidus [m] *rapinâ.*
Arſit [n] *obſcuri dea clara mundi*
Nocte deſertâ, nitidóſque fratri
Tradidit currus aliter regendos.
Ille nocturnas agitare [o] *bigas*
Diſcit, & [p] *gyro breuiore flecti.*
Nec ſuum tempus tenuere noctes;
Et dies tardo remeauit ortu;
Dum [q] *tremunt axes* [q] *grauiore curru.*
[r] *Natus Alcmenâ poſuit pharetram,*
Et minax vaſti ſpolium leonis;
Paſſus aptari digitis [ſ] *ſmaragdos,*
[a] *Et dari legem rudibus capillis.*
[b] *Crura diſtincto religauit auro,*
Luteo plantas cohibente ſocco:
Et manu, clauam modò qua gerebat,
Fila deduxit [c] *properante fuſo.*
Vidit [d] *Perſes, ditiſque ferax*
Lydia regni; deiecta feri
Terga leonis, humeriſque, [c] *quibus*
Sederat alti regia cœli,
Tenuem Tyrio ſtamine pallam.
[f] *Sacer eſt ignis, (credite* [g] *læſis)*
Nimiúmque potens. qua [h] *terra* [h] *ſalo*
Cingitur alto, quaque [h] *ætherio*
Candida [h] *mundo ſidera currunt;*
Hac regna tenet puer immitis:
Spicula cuius ſentit in imis
Cærulus vndis grex [i] *Nereidum,*
Flammámque nequit releuare mari.

reſpicias ſeu taurũ vtrique *noua.*
m Europâ quã rapuit; ne mergeretur.
n Luna nocti præfecta, dum amaſio ſuo Endymioni in montib. Aſclenis Latmiiſq; ſaxis in Caria conſopito vacat, Soli currus ſuos regendos tradit, & *hoc propter Lunæ coitum fingitur.*
o Lunę, ipſe Sol quadrigis aſſuetus.
p Circulo terrę propiori.
Thyeſt. v. 818.
q Mutato auriga Sole ſc. maiori lumine.
r Vid. Hercul. Fu. verſ. 465.
ſ Annulos in quibus ſmaragdi.
a incõptos capillos concinnari & reticulo implicari.
b Suras altè vinxit cothurnis auro diſtinctis. c Celeriter agitato. d Alij leg. *Perſis.* Herc. Fu. v. 68. f Ignis amoris eſt ſacer. vel, execrãdus. g Eius vim expertis. h In mari, terra, cœlo. i Nympharũ maris, quæ Nerei & Doridis filię.

k Ignes ſentit genus aligerum.
Venere inſtincti quàm magna gerunt
Grege pro toto bella iuuenci!
Si l coniugio timuere ſuo,
Poſcunt m timidi prælia cerui;
Et mugitu dant concepti
Signa furoris. tunc n virgatas
o India tigres o decolor horret.
Tunc vulnificos acuit dentes
Aper, & toto eſt ſpumeus ore.
p Pœni quatiunt colla leones,
Cùm mouit amor, tum ſylua gemit
a Murmure ſæuo, amat inſani
b Bellua ponti, c Lucæque boues.
d Vindicat omnes Natura ſibi.
Nihil immune eſt; odiumque perit,
Cum iuſſit amor: veteres cedunt
Ignibus iræ, quid plura canam?
Vicit e ſæuas cura nouercas.
f Altrix, profare quid feras: quonam in loco eſt?

k *Omne adeo genus in terris hominúmq; ferarúmque, Et genus æquoreũ, pecudes, pictæq; volucres, In furias ignémque ruunt, Amor omnibus idem.*
l Ceruæ conſorti fœminæ ſuæ.
m Aliàs timidi, hîc feroces.
n Variegatas, maculoſas.
o Indi nigri, fuſci, nigredinem coloris priuationem ponunt Poëtæ. v. Herc. Fu. 861.
p Libyci, ſup. verſ. 59. Pœni propriè ſunt Carthaginienſes Phœnicibus oriundi, qui Dione duce Africam è Phœniciâ aduenerunt. a Ferarum in ſylua degentium. b Cetus, balæna. c Elephantes, quòd in Lucanis Pyrrhi bello primùm viſos Elephantos voce notâ & obuiâ boues appellarũt Romani: vt & Leones dixerunt viſos. d Sup. v. 337. e *Emphaticè* diras, iniuſtas: terribiles, ſæuas, vincit tamen cura, id eſt, amor *effect.* vt & hic Phœdram. f Verſum hunc aliò transferunt nonnulli, alij hinc ſeq. actum auſpicati, & Phædræ tribuunt, quod non malè. Ceterùm hic rectè collocari poteſt, ſub fine enim Chorus cùm apud Græcos, tum in his Tragicis ſępè mutat iambo cantum, vbi ad alias perſonas ſermonem conuertit.

ACTVS SECVNDVS.

NVTRIX. PHAEDRA.

Amoris morbum, impatientiam & æſtum conqueritur nutrix, mox ipſa prodit Phædra mutatis veſtibus in cinctum Amazonis ceu venatricis; vt Hippolyto placeat.

Nut. S*Pes nulla tantum poſſe leniri malum;*
Finiſque flammis nullus inſanis erit:
Torretur æſtu tacito, & incluſus quoque,
Quamuis tegatur, proditur vultu furor.
Erumpit oculis g *ignis,* h *& lapſa genæ*
Lucem recuſant, nil idem dubia placet;
Artúſque variè iactat incertus i *dolor.*
Nunc vt ſoluto labitur moriens gradu,
Et vix labante ſuſtinet collo caput:
k *Nũc ſe quieti reddit; & ſomni immemor*
Noctem querelis ducit: l *attolli iubet,*
Iterumque poni corpus; & ſolui comas;
Rurſuſque m *fingi: ſemper impatiens ſui*
Mutatur habitus, nulla iã n *Cereris ſubit*
Cura, aut ſalutis, vadit incerto pede,
Iam viribus defecta, non idem vigor,
Non ora tingens nitida purpureus rubor,
a Populatur artus cura: *iam greſſus tremunt;*
Tenerque nitidi corporis cecidit decor,
Et; b *qui tenebant ſigna* Phœbeæ *facis,*
Oculi, nihil gentile nec patrium micant.
Lacrymæ cadunt per ora, & aſſiduo genæ
Rore irrigantur: qualiter Tauri iugis
Tepido madeſcunt imbre perfuſæ niues.
Sed, en, pateſcunt regia faſtigia.

g Ardẽtis cõcupiſcentiæ ſcintillæ, quæ & in iratis elucent.
h Leg. &, *Laſſa.*
i Amor, quem & ſupra furorem, curã, inſaniam dixit.
k Alij, *Nec ſe quieti.*
l In lecto.
m Componi.
n Cibi.
a Conſumit, deſtruit.
b Qui fulgore & radiis eam ſole ortam indicabant, amiſerunt iam generis ſui proprium ſplendorem.

Reclinis

Reclinis ipſa ſedis aurata toro,
Solitos amictus mente non ſanâ abnuit.
Ph. *Remouete, famulæ, purpurâ atque auro illitas*
Veſtes; procul ſit [c] *muricis Tyrij rubor,*
[d] *Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.*
Breuis [e] *expeditos Zona conſtringat ſinus,*
Ceruix monili vacua; nec niueus lapis
Deducat aures, Indici donum maris.
[g] *Odore crinis ſparſus Aſſyrio vacet.*
Sic temerè iacta colla perfundant comæ,
Humeróſque ſummos, curſibus mota citis
[h] *Ventos ſequantur leua ſe pharetræ dabit;*
[i] *Haſtile vibret dextra Theſſalicũ manus.*
Talis ſeueri [k] *mater Hippolyti fuit.*
Qualis, relictis frigidi ponti plagis
Egit [l] *cateruas, Atticum pulſans ſolum,*
Aut Tanais, aut Mæotis, & [m] *nodo comas*
Coëgit, emiſitque, [n] *lunatâ latus*
Protecta peltâ; talis in ſyluas ferar.
Nut. *Sepone queſtus:* non leuat miſeros dolor.
Regina. ſæuis ecquis eſt flammis modus?
[a] *Agreſte placa virginis numen deæ.*
[b] *Regina nemorum, ſola quæ montes colis,*

c Purpurâ è muricis ſucco. vide Thyeſt. 354
d Thyeſt. 378.
e Breues, ſuccinctos, & à latere apertos; quo ad curſum expeditior ſit.
f Nec aures onerẽt elenchis & appẽſę margaritæ quæ paſcuntur cõchiliis in mari Indico.
g Nardo ſeu amomo.
h Ventis diſflant.
i Saniſſam, venabulum.
k Antiope, vt alij Hippolyte, Amazonũ Regina Boſphorũ Thracũ gelu conſtrictũ traiecit, eo, iiſque ſuis Græciam aggreſſa in Atticâ tandẽ deuicta eſt à Theſeo, cui nupta Hippolytũ peperit. l Amazonũ, quæ Tanaim fluuium Scythiæ & Mœotin paludem accolunt. m In nodum collegit, & à tergo demiſit n Scuto breui mediã Lunã referente, v. Med. 214. a Ἀγροτέρᾳ Ἀρτέμιδι venationum Deam, ſibi itaque patrium numen, vt cui Creta propter copioſum venatum ſacra. *vel* ab Agre loco trans Iliſſum vbi Dianæ venatricis ædes. *vel* in gratiam Hippolyti eius comitis placandum, ne obſtet, non, vt faueat. Quid enim Deæ ſemper virgini cum nuptiis & amoribus? amantes tamen fœmina Lunæ vota concipiebant, vt Soli viri. ita Simætha apud Theocr. ἀλλὰ σελάνα φαῖνε καλὸν; b *Vota hæc concipit nutrix Phædra nomine utanti*

Et vna c *ſolis montibus coleris Dea,*
Conuerte triſtes d *omniũ in melius* d *minas.*
O magna ſyluas inter & lucos Dea,
Clarumque cœli ſidus, & noctis decus,
Cuius relucet mundus alterna face,
f *Hecate* g *triformis; en ades cœptis fauens,*
Animum rigentem triſtis Hippolyti doma.
Amare diſcat, mutuos ignes ferat,
Det facilis aures, mitiga pectus ferum;
Innecte mentem: toruus, auerſus, ferox
In iura Veneris redeat: huc vires tuas
Intende. h *ſic te lucidi vultus ferant,*
Et nube rupta i *cornibus puris eas:*
Sic te regentem frena nocturni ætheris
Detrahere nunquam k *Theſſali cantus queant;*
l *Nulluſque de te gloriam paſtor ferat.*
Ades inuocata m *Iam faues votis, dea.*
Ipſum intuor ſolenne venerantem ſacrum,
Nullo latus comitante, quid dubitas? dedit
Tempus, locumque caſus; vtendum artibus.
Trepidamus? haud eſt facile mandatum ſcelus
Audere, verùm iuſta, n *qui reges timet,*
Deponat; omne pellat ex animo o *decus.*
Malus eſt miniſter regij imperij, pudor.

tangens. c Deſertis. d Exitij quod Phædræ im minere ominor. e Cum ſole altera. f Quod centũ victimis placaretur, ex inſtituto Menelai. *vel* quòd inhumatos C. annos errare faciat. *aliis* à centuplicato frugum fœnore, quod à matre acceptum docuit, aut propter plurimas virtutes. g Eſt n. in cœlo Luna, in terris Diana, apud inferos Proſerpina. *vel* τρίμορφος & τρικέφαλος à trina facie, cũ ſurgit aut deſinit in cornua, cum diuidua eſt, cũ plena. *vel* Triuia à triplici curſu ſub Zodiaco ſecundũ longitudinẽ, latitudinẽ, & altitudinem: Triuiis etiã præeſſe fertur, referunt alij ad tres decades menſis, ἱςαμένου, μεσοῦντος, φθίνοντος. h Sic lucida fulgeas precor, nullam patiaris eclipſim. Lunam enim deficientem è cœlo carminibus deuocari vulgo creditũ inf. v.788. i Alinoides enim cornuta apparet, vnde Ægyptiis Iſis ex Io, boſque illi ſacra. k Theſſalia incantamentis famoſa. l Quemadmodum Endymion ſup. v.308. m *Hac enim dicẽti ſuperuenit Hippolytus agreſti Dianæ operaturus.* n Qui principibus morem gerere vult, vti ego Phædræ. o Honeſti rationem.

HIPPOLYTVS. NVTRIX.

Nutrix Hippolyti animum mollire & ad nuptias & delicias vrbanas flectere callidè tentat. Ille vitæ cælibi & ruſtica (quam vrbanæ collatā præfert) inſtitutum immotus tenet.

Hipp. Q*Vid huc ſeniles feſſa moliris gradus,*
O fida nutrix, turbidam frontem gerens,
Et mœſta vultus? ſoſpes eſt certè parens,
Soſpeſque Phædra, [a] ſtirpis & geminæ iugum?
Nut. *Metus remitte: proſpero regnum in ſtatu eſt,*
Domúſque florens ſorte felici viget.
Sed tu beatis mitior rebus veni:
Namque anxiam me cura ſollicitat tui;
Quòd te [b] ipſe pœnis grauibus infeſtus grauas.
[c] Quem fata cogunt, ille cum veniâ eſt miſer:
At ſi quis vltrò ſe malis offert volens,
Séque ipſe torquet, perdere eſt dignus bona,
Queis neſcit vti. *potiùs annorum memor,*
Mentem relaxa; [d] *motibus feſtis facem*
Attolle, [e] *curas Bacchus exoneret graues:*
Ætate fruere: mobili curſu fugit.
Nũc facile pectus, grata nũc iuueni Venus:
Exultet animus. cur toro viduo iaces?
Triſtem iuuentā [g] *ſolue: nunc luxus rape;*
Effunde habenas; [h] *optimos vitæ dies*
Effluere prohibe. propria deſcripſit Deus
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.

a Demophoõ & Antigonus germani mei, quos peperit, Theſeo Phædra, vel, ego & illi vtriuſq; matrimonij liberi.

b Sponte tua, vltro, ſed & hũc verſum vt nothũ reiicit Ioſ. Scal. malè enim pœnas pro laboribus dici.

c Quia ad miſerias natus eſt neque ex iis emergere volet

d Choreis, ſed & *noctib.* legitur; quod de Eleuſiniis poteſt intelligi, de quibus vide quæ ad Herc. Fu. verſ. 300. & v. 844.

e *Diſſipet curas Euius edaces*
Solus perpetuâ mærens carpêre iuuenta?

g Delictis, & voluptatibus.

h auroŕā, ver, florem ætatis.

Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.

Quid te coërces, & necas rectam indolem?
Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit.
Quæcumque lætis tenera luxuriat ſatis:
Arbórque celſo vertice euincit nemus,
Quã non maligna cædit aut reſecat manus.
Ingenia meliùs ª recta ſe in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit.
Truculentus, & ſylueſter, & ᵇ vita inſcius,
Triſtem iuuentam Venere deſerta colis.
Hoc eſſe munus credis indictum viris,
Vt dura tolerent? curſibus domitent equos,
Et ſæua bella Marte ſanguineo gerant?
Prouidit ᶜ ille maximus mundi parens,
Cùm tam rapaces cerneret fati minas;
Vt damna ſemper ſobole repararet noua.
Excedat, agedum, rebus humanis ᵉ Venus,
Quæ ſupplet ac reſtituit exhauſtũ genus;
Orbis iacebit ſquallido turpis ſitu;
Vacuum ſine vllis claſſibus ſtabit mare;
Aleſque cœlo deerit, & ſyluis fera;
ᵈ *Solis & aër peruius ventis erit.*
Quàm varia lethi genera mortalẽ trahunt
Carpuntq; turbã, pontus, & ferrũ, & doli!
ᵉ *Sed fata credas deeſſe; ſic atram Styga*
Iam petimus vltro cœlibem vitam probet
Sterilis iuuentus, hoc erit, quidquid vides,
ᶠ *Vnius æui turba, & ſemet ruet.*
Proinde vitæ ſequere naturam ducem:
Vrbem frequenta, ciuium cœtus cole.
Hip. * *Non alia magis eſt libera, &* g *vitio carens,*
Rituſque meliùs vita quæ h *priſcos colat,*

a Non coacta, non depreſſa, quemadmodũ tu indolem rectam coërces & enecas modò verſ. 453.
b Vitâ frui neſcius.
c Alma omniũ genitrix.
d Vbi defecerit alitum genus in aëre volitantium.
e Fac autẽ nos hic fatorũ caſibus non eſſe obnoxios, tendimus tamen omnes naturæ lege ad finem vel, ſic, i. cœlibem agẽtes vitam non propagamus humanũ genus, adeoque totũ interit.
f Vnius ætatis humanæ.
* *Vita ruſtica eſt ſimplicisſima.*
g Non inſeruiens curis, auaritiæ, ambitioni, inuidiæ, &c. vt in ſequentibus
h Sanctos primorum hominum mores, & Heroum vitã.

Quàm quæ relictis mœnibus ſyluas amat.
Non illum auara mentis inflammat furor,
Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:
Non aura populi, & vulgus [a] *infidu bonis,*
Non peſtilens inuidia, non fragilis fauor.
[b] *Non ille regno ſeruit; aut regno imminẽs,*
Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,
Spei metúſq; liber. haud illum niger,
Edáxque liuor dente degeneri petit.
Nec ſcelera populos inter atque vrbes ſita
Nouit; nec omnes conſcius ſtrepitus pauet.
Haud verba fingit mille non quærit tegi
Diues [c] *columnis; nec* [c] *trabes multo inſolẽs*
Suffigit [d] *auro. non cruor largus pias*
Inundat aras, è fruge nec ſparſi ſacra
[f] *Centena niuei colla* [g] *ſubmittunt boues:*
Sed rure vacuo potitur, & aperto æthere
Innocuus errat. callidas tantùm feris
Struxiſſe fraudes nouit; & feſſus graui
Labore, niueo corpus [h] *Iliſſo fouet.*
Nunc ille ripam celeris [i] *Alphei legit:*
Nunc nemoris alti denſa metatur loca,
Vbi Lerna puro gelida pellucet vado;
Sedémque mutat. hìc aues querulæ fremũt,
Ramique ventis lene percuſſi tremunt,
Vetereſque fagi. iuuit aut amnis vagi
Preſſiſſe ripas, ceſpite aut [m] *nudo* [n] *leues*
Duxiſſe ſomnos; ſiue fons largus citas
Diffundit vndas; ſiue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.
Excuſſa ſyluis poma compeſcunt famem,
Et fraga paruis vulſa dumetis cibos
Faciles miniſtrant. regios luxus procul

a Non meritis præmiis & honore remunerans bonos.
b Malus: Her. Fu. 160
c *Non trabes Hymettiæ premunt columnas vltimâ recisas Africâ.*
d *Non aureum renidet in domo lacunar.* vide Thyeſt v. 455.
e Molâ ex hordeo & ſale cõfecta: qua frõtem victimæ, focum, & cultros aſpergere moris erat. hinc *immolare.*
f Hecatombe, centum boum ſacrificium.
g Vid. quæ ad v. 602 Thyeſt.
h Sup. verſ. 13.
i Vid Thyeſt. verſ 116.
k Ad retia ponenda.
l Fons propè Corinthum gelidus & limpidus, non palus illa in agro Argiuo.
m Nullâ ſtragulâ aut puluinari ſuppoſito.
n Molles faciles, quos *ſuadet inire ſuſurrus* foliorum vento agitatorum, vel

a *Eſt impetus fugiſſe.* b *ſollicito bibant*
Auro ſuperbi. quàm iuuat d *nuda manu*
Captaſſe fontem! certior ſomnuſ premit
Secura duro membra verſantem toro.
Non in receſſu furta & e *obſcuro improbus*
Quærit cubili, ſeque multiplici timens
Domo recondit: æthera ac lucem petit,
Et f teſte cœlo viuit. *hoc equidem reor*
Vixiſſe ritu, prima g *quos miſtos deis*
Profudit ætas. nullus his auri fuit
Cæcus cupido; nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter populis k *lapis.*
Nondum ſecabant credulæ pontum rates:
Sua quiſq; norat maria. non vaſto aggere
Crebráque l *turre cinxerant vrbes latus.*
Non arma ſæua miles aptabat manu,
Nec torta clauſas fregerat ſaxo graui
m *Baliſta portas.* n *iuſſa nec dominum pati*
Iuncto ferebat terra ſeruitium boue.
Sed arua per ſe fœta poſcentes nihil
Pauere gentes. ſylua o *natiuas opes,*
Et opaca dederant antra natiuas domos.
p *Rupere fœdus impius lucri furor,*
Et ira præceps: quæque ſuccenſas agit
Libido mentes. venit imperij ſitis
Cruenta: factus prædà maiori minor;
a *Pro iure vires eſſe. tum primùm manu*
Bellare b *nudâ: ſaxáq; &* c *ramos rudes*
Vertêre in arma. non erat gracili leuis
Armata ferro d *cornus; aut longo latus*

murmur leue fluentis aquæ.
a Libenter fugio.
b Ipſi ſoliciti, v. Thyeſt. v. 451.
c Diuites, potentes, reges.
d Cotyla.
e Multa habenti conclauia & receſſus.
f In aperto, ſub dio.
g Heroas.
h Ab effectu officii enim ignaros & immemores abducit auaritia.
i Quem transferre aut violare nefas. vel, ſuper quem quotãnis Deo Termino vel Ioui terminali fiebãt ſacra ab agrorũ dominis, inter quos fines dirimebantur.
k Terminus.
l Turritis mœnibus.
m Machina lapidum libratoria, muros vrbium concutiens. n Terra adhuc immunis & libera. o Herbas, fraga, glandes, poma, &c. p Simplicem hanc vitam violauere auaritia, ira, libido, dominandi cupido, violentia, &c. a Ius erat in armis. b Inermi. c Sudes, nec eas præuſtas. d *Bona bello Cornus*; haſtis ſc. & iaculis vtilis.

Mucrone cingens enſis; aut e criſtâ caput
Galeæ comantes. tela faciebat dolor.
Inuenit artes bellicus Mauors nouas,
Et mille formas mortis: hinc terras cruor
Infecit omnes fuſus, & f rubuit mare.
Tum ſcelera, dempto fine, per cunctas domos
Iêre: nullum caruit exemplo nefas.
g *A fratre frater, dexterâ nati parens*
Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,
Perimúntque fœtus impiæ matres ſuos.
Taceo nouercas. h *mitius nil eſt feris.*
Sed dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex.
Obſedit animos, cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt,
Et verſa ab imo regna tot populos premunt.
Sileantur aliæ, ſola i *coniux Ægei*
Medea reddit fœminas dirum genus.
Nut. k *Cur omnium ſit culpa, paucarum ſcelus?*
Hip. l *Deteſtor omnes,* l *horreo, fugio,* l *execror.*
l *Sit ratio, ſit natura, ſit durus furor:*
Odiſſe placuit, ignibus iunges aquas;
Et amica ratibus antè promittet vada
Incerta a *Syrtis:* b *antè ab extremo ſinu*
Heſperia c *Tethys lucidum attolet diem;*

e Pinnâ, iubâ, caudâ equinâ ſolebant caſſides coronare, ſimilitudine ductâ à gallorum gallinaceorũ (qui Martis alites) criſtis: necnon cornibus, vt Pyrrhus Epirotarum rex in hoſtium terrorem: *aliĳ* à formâ capitis canini vulpini, lupini, felini, vnde κυνέαι, ἀλωπεκέαι, λυκέαι, γαλέαι. Quæ tamen aliis dicuntur, quòd ex hiſce pellibus confici ſolitæ galeæ. f Prælĳs naualibus. g Hæc vt alia multa ab Ouidio poſt Heſiodum. b Neque enim ferarum animos ad bella, cædes, ſcelera inflammant inceſtæ fœminæ, quemadmodum virorum, ſequitur enim, *Sed dux malorum fœmina.* i Quæ patrem Ætam prodidit, fratrem Abſyrtum diſcerpſit, Peliam à ſuis filiabus iugulari fecit, Creontem cum filia Glaucâ, *vt alĳ, Creusâ* medicatis ignibus abſũpſit, liberos ſuos Mormorum, ac Pheretem in odium Iaſonis coram patre occidit; Fugiens autem Athenas Ægeo nupta Medum peperit, in cuius gratiam Theſeo inſidiata eſt. k *Parcito paucarum crimen diffundere in omnes.* l Auxeſis pathetica. a Herc. Fu. v. 322. b Orietur prius Sol è mari Hiſpanico. vid. Herc. Fu. 373. & Oet 335. c. Herc. Fu. 886

Et ora damis blanda præbebunt lupi;
Quàm victus animũ fœmina mitem gerã,
Nut. *Sæpe* d *obſtinatis induit frenos amor,*
Et odia mutat. e *regna materna aſpice.*
Illæ feroces ſentiunt Veneris iugum.
Teſtaris iſtud, vnicus genitus pùer.
Hip. *Solamen vnum* f *matris amiſſæ fero,*
Odiſſe quòd iam fœminas omnes licet.
Nut. g *Vt dura cautes vndique intractàbilis*
Reſiſtit vndis, & laceſſentes aquas
Longè remittit; verba ſic ſpernit mea.
Sed Phædra præceps graditur, h *impatiens moræ.*
Quò ſe dabit fortuna? quò verget furor?
i *Repente terræ corpus exanimum cadit;*
Et ora morti ſimilis obduxit color.
Attolle vultus, dimoue vocis moras.
i *Tuus en, alumna, temet Hippolytus tenet.*

d Calcitrones ſæpe vlciſcitur amor, non ſec⁹ ac maritũ tuum quam connubium aduerſatam Theſei tamen imperio ſubiecit, vnde tu natus.
e Amazonas quæ vtut connubia aſpernẽtur, quotannis tamen ad ſobolem propagandam viros admittunt.
f Quã amaui vnicam; nunc omnes odio habeo.
g *Nec magis incœpto vultũ ſermone mouetur, quàm ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes*
h Me non expectans.
i *In terrã exanimata cadit Phædra, alleuant eam nutrix & Hippolytus.*

PHÆDRA. HIPPOLYTVS.

NVTRIX.

Iuuenis pudicitiam omni arte oppugnant, nec expugnant: ad fraudem itaque confugiunt, & calumnias.

Ph. Q*Vis* k *me dolori reddit, atque æſtus graues*
Reponit animo? quàm l *bene exciderã mihi?*
m *Cur dulce munus redditæ lucis fugis?*
Aude anime; tenta; perage n *mandatum tuum.*

k Reuocatã ad vitam.
l *Placidè*, ſi amorẽ: *honeſtè*, ſi caſtitatem reſpicias.
n Quod nutrici mandaſti, ipſa

Intrepida conſtent verba. qui timidè rogat,
Docet negare. *magna pars ſceleris mei*
a *Olim peracta eſt: ſerus eſt nobis pudor.*
Amouimus nefanda. b *ſi cœpta exequor,*
Forſan iugali crimen abſcondam face.
Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit.
Age, incipe anime. commodes paulum, precor,
Secretus aures: ſi quis eſt, abeat, comes.
Hip. *En, locus ab omni liber arbitrio vacat.*
Ph *Sed ora cœptis tranſitum verbis negant.*
Vis magna vocē emittit, at maior tenet.
c *Vos teſtor omnes cœlites, hoc, quod volo.*
Hip. *Animúſ-ne cupiens aliquid, effari nequit?*
Ph. Curæ leues loquuntur, ingentes ſtupent.
Hip. *Committe curas auribus, mater, meis.*
Ph. *Matris ſuperbum eſt nomen, & nimium potens:*
Noſtros humilius nomen affectus decet.
Me vel d *ſororem, Hippolyte, vel famulam voca:*
Famulámque potius, omne ſeruitiū feram.
Non me, per altas ire ſi iubeas niues,
Pigeat gelatis ingredi e *Pindi iugis:*
Non, ſi per ignes ire & infeſta agmina,
Cuncter paratis enſibus pectus dare.
f *Mandata recipe ſceptra; me famulam accipe.*
Te imperia regere, me decet iuſſa exequi.
Muliebre non eſt regna tutari patris.
Tu, qui iuuenta flore primæuo viges,

perage.
a Vbi primùm nefariè amare cœpi.
b Si amori meo reſpōderis, forſan, erit, vt non redeûte ab inferis Theſeo, Hippolyto nubam. *ſed interpres omnes ita exponunt:* quod ſi liberi⁹ cum Hippolyto egero, Theſei amori hoc tribuent omnes: etiam ſi vterum ferre cœpero, me grauidam ex Theſeo putabunt.
c *Hac lectio* vos teſt. om. cœl. h. q. vo Me nolle *placet Lipſio vt ſit interruptus verſus ex perturbatione Phædræ. Ioſ. Scal legit.* Voſ. teſ. o. c h. q. v. Me nolle. Hip. cupiēs aliquid effari nequit.
d Sororis a. nomine amicę quandoq; vocabantur: vt & amatores, fratris.
e Herc. Fu. 1285. f Mihi à patre tuo.

Ciues paterno fortis imperio rege.
ſ *Sinu receptam, ſupplicem, ac ſeruam tege.*
Miſerere a *viduæ.* Hip. *ſummus hoc omen deus*
Auertat: aderit ſoſpes actutum parens.
Ph. *Regni* b *tenacis dominus, &* c *tacitæ Stygis,*
Nullam relictos fecit d *ad ſuperos viam.*
e *Thalami remittet ille raptorem ſui?*
f *Niſi fortè amori placidus & Pluto ſedet.*
Hip. *Illum quidem* g *æqui cœlites reducem dabunt.*
Sed, dum tenebit vota in incerto deus,
Pietate caros debitâ fratres colam.
Et te tuebor; eſſe ne viduam putes:
Ac tibi parentis ipſe ſupplebo locum.
Ph. *O ſpes amantũ credula! ô fallax amor!*
h *Satiſ-ne dixit? precibus admotis agam.*
Miſerere; tacita mentis exaudi preces.
Libet loqui, pigétque. Hip. *quodnam iſtud malum eſt?*
Ph. i *Quod in nouercam cadere vix credas malum.*
Hip. *Ambigua voce verba perplexâ iacis;*
Effare apertè. Ph *pectus inſanum vapor*
Amórque torret. intimas ſæuus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat
Viſceribus ignis merſus, k *& venis latens,*
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
Hip. l *Amore nempe Theſei caſto furis.*
Ph. *Hippolyte, ſic eſt: Theſei vultus amo*

ſ *Ambiguè,* ille de cauſa & protectione, hæc de amore intelligit.
a *Et hoc ambiguè:* Phædra enim viduam ſe abſente marito dicit. vi. Herc. Fu. v. 245. & *Agamem* 154 ille patris tanquam mortui omen deprecatur.
b Herc. Fu. v. 678.
c Tacitè fluẽtis. vi Herc. Fu. v. 712. vel propter ſilentes vmbras.
d Ad nos.
e Cõiugis ſuæ raptores dimittet Pluto? ſupra v. 93. & Herc. Fu. 805.
f *Vel ironicè vel* Emphaticè. innuens amori ipſum parcere Plutonem immitem.
g Fidæ illius erga Pirithoũ amicitiæ fautes. h P. è ille & ſimpliciter dixerat, *Parentis ſupplebo locum,* illa accipit ac ſi amori ſuo ceſſiſſet. i Sc. vt priuignum amet. k Quæ à iecore amoris ſede. *vulnus alit venis, &* *caco carpitur igni.* l Simpliciter ille hæc, vel ſimulanter,

Illos priores, quos tulit quondam puer,
m *Cùm prima puras barba ſignaret genas,*
n *Monſtriq; cæcam* o *Gnoßij vidit* p *domũ,*
q *Et longa curuâ fila collegit viâ.*
Quis tum ille fulſit? preſſerant vittæ comã,
Et ora flauus tenera tingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes tori:
a *Tuæve Phœbes vultus, aut Phœbi* b *mei,*
c *Tuuſq; potius: talis, en, talis fuit*
Cum placuit d *hoſti, ſic tulit celſum caput.*
In te magis refulget e *incomptus decor;*
Et genitor in te totus; & torua tamen
Pars aliqua matris miſcet ex æquo decus:
In ore f *Graio* g *Scythicus apparet rigor.*
Si cum parente Creticum intraſſes fretum,
Tibi fila potius noſtra neuiſſes ſoror.
Te, te, h *ſoror, quacunque ſiderei poli*
In parte fulges, inuoco ad cauſam i *parem.*
i *Domus ſorores vna corripuit duas;*
Te genitor, at me natus, en, ſupplex iacet
Allapſa genubus regiæ proles domus,
Reſperſa labe nullâ, & intacta, innocens;
k *Tibi mutor vni; certa deſcendi ad preces:*
Finem hic dolori faciet, aut vitæ, dies.
Miſerere amantis. Hip. *magne regnator Deûm,*
Tam lentus audis ſcelera? tam lẽtus vides?
Ecquando ſæua fulmen emittes manu,

m Cum prima lanugo veſtiret genas læues.
n Minotauri. ſup. verſ. 121.
o Cretenſis, à Gnoſſo Cretæ vrbe.
p Labyrinthũ.
q Athenienſes cùm per inuidiã interfeciſſent Androgeũ fil. Minois quod palæſtrâ omnes viciſſet, à Minoë deuicti cogebãtur quotãnis pendere ſeptena natorũ corpora Minotauro voranda. Huc forte miſſus Theſeus ab Ariadne adamatus accepit filũ quo ſe Labyrintho explicaret, interfecto monſtro.
a Quã tu colis Hippolyte.
b Aut mei, qui ſẽper iuuenis, pulcher, intonſus. inf. v. 751. c Aut potius voltus inſtar tui, ô Hippolyte. d Ariadnæ, vel Antiopæ. ſup. verſ. 396.
e Natiuus, non fucatus, f A Græco patre g A matre Amazone quæ è Scythiâ. h Ariadne à Baccho in cœlum relata i *Placuit domus vna duabus, Me tua forma capit, capta parente ſoror, Theſeides Theſtúſque duas rapuere ſorores.*
k Hactenus caſta, intacta aliis, tuâ primùm cauſâ impudica facta ſum.

l *Si nunc ſerenum eſt? omnis impulſus ruat*
Æther, & atris nubibus condat diem;
Ac verſa retro ſidera obliquos agant
Retorta curſus. túq; ſidereum caput
Radiate Titan, tu nefas ſtirpis tuæ
Speculare? m *lucem merge, & in tenebras*
fuge.
a *Cur dextra, Diuûm rector atque hominum, vacat*
Tua, nec triſulcâ mundus ardeſcit face?
b *In me tona; me fige; me velox cremet*
Tranſactus ignis. ſum nocens; merui mori;
Placui nouercæ. dignus an ſtupris c *ego?*
Scelerique tanto viſus ego ſolus tibi
Materia facilis? hoc meus meruit d *rigor?*
O ſcelere vincens omne fœmineum genus!
O maius auſa e *matre monſtriferâ malum,*
Genitrice peior! illa ſe tantùm ſtupro
Contaminauit, & tamen tacitum diu
Crimen biformi partus exhibuit notâ,
Scelúſq; matris arguit vultu f *truci*
Ambiguus infans. g *ille te venter tulit.*
h *O ter quatérq; proſpero fato dati,*
Quos hauſit, & peremit, & leto dedit
Odium dolúſq;! i *genitor, inuideo tibi.*
Colchide nouercâ maius hoc, maiꝰ malū eſt.
Ph. *Et ipſa noſtra fata cognoſco* k *domus:*
k *Fugienda petimus, ſed mei non ſum potens.*
Te vel per ignes, per mare inſanum ſequar,
Rupéſq;, & amnes, vnda quos torrens rapit.
Quacumq; greſſus tuleris, hac amēs ferar.

l Si non nunc fulminas.
m Ne videas ſcelus neptis tuę Phædrę.
a *Cur agūt ſuperi tanta otia cælo? Fulmina cur ceſſant?*
b Si non in illam?
c Emphaticè. ſic.
d Auſteritas mea & aſperitas.
e Paſiphaë, quę ex promiſcuo cōcubitu Minois & tauri peperit Minotaurum.
f Taurino.
g Qui Minotaurum, inceſtus ſc. & monſtroſus.
h Perfectè. ſeptenariꝰ enim numerus perfectus, τρισμάκαρες ϗ τετράκις. *O terq; quaterq; beati quos peremerūt odia & doli nouercarū!*
i Tibi enim Medea Colchis nupta patri tuo (vt ſup. v. 561.) vitæ inſidias miſto veneno ſtruxit, mihi nouerca mea amorem inceſtum.
k Mater, taurum; ſoror, hoſtem; ego, priuignum.

Iterum, ſuperbe, genubus aduoluor tuis.
HIP. *Procul impudicos corpore à caſto amoue*
Tactus, quid hoc eſt? etiã in amplexus ruit?
Stringatur enſis. merita ſupplicia exigat,
En, [l] *impudicum crine contorto caput*
Laeuâ reflexi. iuſtior nunquam [a] *focis*
Datus tuis eſt ſanguis, [b] *arcitenens Dea.*
PH. *Hippolyte, nũc me compotẽ voti facis:*
Sanas furentem; maius hoc voto meo eſt,
Saluo vt pudore manibus immoriar tuis.
HIP. *Abſcede, viue* [c] *nequid exores. &* [d] *hic*
Contactus enſis deſerat caſtum latus.
Quis eluet me [e] *Tanais? aut quæ barbaris*
[f] *Mæotis vndis Pontico incumbens mari?*
[g] *Non ipſe toto magnus Oceano pater*
Tantũ expiarit ſceleris. [h] *ô ſylua? ô feræ!*
NUT. [i] *Deprehenſa culpa eſt. anime, quid ſegnis ſtupes?*
[k] *Regeramus ipſa crimen, atq; vltro impiã*
Venerem arguamus, ſcelere velandum eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt inferre, cùm timeas, gradum.
Auſæ priores ſimus, an paſſæ nefas,
Secreta cum ſit culpa, quis teſtis ſciet?
Adeſte [l] *Athenæ: fida famulorum manus*
Fer opem: nefandi raptor Hippolytus ſtupri
Inſtat, premitque, mortis intentas metum,
Ferro pudicam terret. en, præceps abijt,
Enſemque trepidâ liquit attonitus fugâ.

l Nouercæ impudicæ.
a Stabant n. ad aram Dianæ ſup. v. 404. & 425.
b ἰοχέαιρα
c Nequid tibi gratum faciã.
d Gladium veluti Phædræ contactu pollutum ſe caſto abiicit. inf. v. 716.
e Vid Herc. Fu. verſ. 1322.
f Palu. influẽs in Pontum.
g Non ipſe Neptunus, vniuerſo mari ſuo. Herc. Fu. verſ. 1327.
h Ad vos propero, *atque hoc dicto excedit.*
i Deprehendit iam Hippolytus culpam alumnæ meæ, quam ad patrem, ſi quando reuerſus fuerit, deferet. Excogita itaque, ô anime aliquam technam, qua præueniamus eum, atque hæc eſt. k Prius arguamus eum nouercę ſtuprum inferre voluiſſe.
l O Athenienſes, *inuocátque quaſi in auxilium ciues & famulos nutrix, lena, proditrix.*

Pignus tenemus ſceleris. hanc mœſtam priùs
Recreate: m *crinis tractus, & lacera coma,*
Vt ſunt, remaneant facinoris tanti notas
Referte in vrbem. Recipe iam ſenſus, hera:
Quid te ipſa lacerãs omniũ aſpectum fugis?
Mens impudicã facere, non caſus, ſolet.

m Sup. verſ. 704.

CHORVS.

Precatur Chorum vt benè cedat Hippolyto forma, quæ pleriſque fuit exitio. Theſei reditum proſpicit.

a *FVgit inſana ſimilis procella,*
Ocyor nubes glomerante b *Coro,*
Ocyor curſum rapiente flamma,
c *Stella cum ventis agitata* d *longos*
e *Corripit ignes.*
Conferat tecum decus omne priſcum
Fama miratrix f *ſenioris æui:*
g *Pulchrior tanto tua forma lucet,*
Clarior quanto micat h *orbe pleno,*
Cùm ſuos ignes coëunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe;
Nec tenent ſtellæ faciem minores:
Qualis eſt primas referens tenebras
Nuncius noctis; i *modò lotus vndis*
k *Heſperus, pulſis iterum tenebris*
k *Lucifer idem.*
Et tu l *thyrſigera Liber ab India,*

a Hippolytus fugit in ſyluas non ſegnior pluuiâ è nube ſolutâ erumpente.
b Thyeſt. verſ. 576.
c Theb. v. 431.
d Diffuſos per longũ tractũ.
e *Cõcipit ignes.* prius enim dixerat *rapiente.* huiuſmodi a. meteora ventorũ impulſu & aëris attritu cõcipiũt ignẽ. Theb. 431.
f Priſci, veteris.
g *Ignes plena nitet quantum inter Luna minores: tantum formoſis formoſior omnibus hic eſt.*
h Plenò iam orbe & Soli oppoſita, per totam lucet noctem, *cùm ſtellis acies obtuſa videtur.*
i Exire enim Oceano videtur, vid. Hercul. Fur. verſ. 25. cuius humore irrigata ſidera paſci magiſque ſplendere credebantur.
k Idem autem Lucifer & Heſperus.
l A Baccho thyrſigero deuicta.

m *Intonſa iuuenis perpetuùm coma,*
n *Tigres* o *pampinea cuſpide territans,*
Ac p *mitra cohibens* q *cornigerum caput,*
Non vinces r *rigidas Hippolyti comas.*
ſ *Nec vultus nimium ſuſpicias tuos.*
Omnes per populos fabula diſtulit,
Phædræ quem Bromio prætulerit ſoror.
Anceps, forma, bonum mortalibus,
Exigui donum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis!
Non ſic prata nouo vere decentia
Æſtatis calidæ diſpoliat vapor;
Sæuit ſolſtitio cùm medius dies,
Et noctem breuibus præcipitat rotis;
a *Langueſcunt folio lilia pallido,*
Et b *gratæ* b *capiti deficiunt roſæ:*
Vt fulgor teneris qui radiat genis.
Momento rapitur; nullaque non dies
c Formoſi ſpolium corporis abſtulit.

m Idem enim cum ſole. vterque itaque intonſus & iuuenis fingitur propter radios. Oed 405.
n Currũ Bacchi trahentes.
o Vitiũ frondib⁹ inuoluto thyrſo.
p Herc Fu. v. 470.
q An à truculẽtia ebriorũ? An quòd cornua veteribus in vſum poculorum? An quòd boues primus iunxit Bacchus, vnde & Oſiris eſt Ægyptiis? An à robore? qua de cauſa Seleuci faciem in ſtatuis cornigeram fuiſſe ſcribit Appianus in Syriacis, quòd taurũ ferocẽ, ſacrificante Alexandro, vinculis ruptis profugũ ſolus cornibus arreptum detinuerit. An κερασφόρος dictus ob galeã capitis arietini formâ (quali Pyrrhum Epirotarum regem vſum fuiſſe refert Plutarchus, nec non Turno *rubræ cornua criſtæ* tribuit Virgilius) inſignem, in honorem patris ſui Iouis Ammonis, cui & ipſe aram & tẽplum ſub arietis ſpecie erexit? An denique à cincinnis ceu crobylis crinium vtrinque in cornuum formã acuminatis atq; retortis? cuiuſmodi comis ſpectabiles incedebant ſacerdotes Lydij & Armenij. Neque alia creduntur Moſis fuiſſe cornua; quæ tamen alij de facie eius intelligunt, quæ קרן id eſt, radiabat, ſplendorem emittebat radiorum qui cornua referrent, à קרם incuruare, vel קרן cornu. r Incõptas. ſ Neque admirere præ huius vultu tuũ, ô Theſeu, quem vt fama eſt, Ariadne Baccho prętulit, cui tamen à Theſeo in inſ. Naxo relicta ab Indis reuertenti nupſit. a *Ellipſis cùm* langueſcunt, vel lege *Lang. fol. vt lil. pal.* b Cuius dolori à calore proficiſcenti medentur. Thyeſt. v. 944. c Aliquid de forma

Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono
Confidat fragili? dum licet, vtere.
Tempus ſed tacitum ſubruit, d horáque
Semper præterit: deterior ſubit.
Quid deſerta petis? tutior auiis
Non eſt forma locis. te e *nemore abditum,*
Cùm Titan medium conſtituit diem,
Cinget turba licens, f *Naiades improbæ,*
g *Formoſos ſolitæ claudere fontibus:*
h *Et ſomnis faciens inſidias tuis*
i *Laſciua nemorum Dea,*
Montiuagique Panes.
k *Aut te ſtelligero deſpiciens polo*
Sidus, l *poſt veteres Arcadas editum,*
Currus non poterit flectere candidos.
Et nuper rubuit; nullaque lucidis
Nubes ſordidior vultibus obſtitit.
At m *nos ſollici lumine turbido,*
Tractam Theſſalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus: tu fueras labor,
Et tu cauſa moræ. te dea noctium
Dum ſpectat, celeres ſuſtinuit vias.
Vexent hanc faciem frigora parciùs,
Hæc ſolem facies rariùs appetat,

demit, minuit. d *Optima quæque dies miſeris mortalibus æui Prima fugit.* e Meridianos æſtus vmbrâ leuantem nemoris. f Fontiũ Nymphæ, à νάεσθαι fluere. g Vt Hylam Med. v. 649. & Narciſsũ vmbram ſuam in fonte cõſpectã amplexatum. h Et te dormientẽ rapiẽt Dryades, Fauni, Satyri. i Variant hîc lectiones, alii ſupplent hos verſus vt ſint Aſclepiadæi, legúntque, *laſciua nemorum multiuaga dea, Panasque Dryades montiuagos petunt*. Verùm nil tanti eſt. quoties enim reperias Choriambicos Dimetros, Acatalecticos ſtatis metris Chori interſeri? k Aut Luna vacabit tuâ formâ capta, vt quondam Endymionis. ſup. v. 308. l Προσέληνοι dicuntur Arcades, ſiue quod idem ſemper incoluerint ſolum, αὐτόχθονες vti Athenienſes. *vel* quod Lunæ curſum Endymiõ Arcas primus inuenerit. vnde & fabulæ locus. m Nos ruboris Lunæ cauſam magicis carminibus imputantes, illi laboranti peluium tinnitu ſuccurrere voluimus, (ſic enim & tubarũ clangore Lunæ eclipſim patienti auxiliari ſe credebat vulgi ſuperſtitio) Tu autem ô Hippolyte, cauſa illi eras ruboris & moræ. vid. ſup. v. 420. & Med. 794.

Lucebit

Lucebit a *Pario marmore clariùs.*
Quàm grata eſt facies torua viriliter,
Et b *pondus veteris triſte ſupercilî!*
Phœbo colla licet ſplendida compares:
Illum cæſaries c *neſcia colligi,*
Perfundens humeros, ornat & integit:
Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens, tu licet aſperos
Pugnaceſque Deos viribus arceas,
d *Et vaſti ſpacio vincere corporis:*
Æquas Herculeos iam iuuenis toros,
Martis belligeri pectore latior
e *Si dorſo libeat cornipedis vehi;*
Frenis Caſtorea mobilior manu
Spartanum poteris flectere f *Cyllarum.*
Armentum digitis tende prioribus
Et totis iaculum dirige viribus;
Tam longè, dociles ſpicula figere,
g *Non mittēt gracilem Cretes arundinem.*
Aut ſi tela modo ſpargere Parthico
In cœlum placeat; h *nulla ſine alite*
Deſcendent, tepido viſcere condita;
Prædam de medijs nubibus afferes.
a Rara forma viris *(ſecula proſpice)*
Impunita fuit. *te melior deus*
Tutum prætereat, formáque nobilis
b *Deformis ſenij limina tranſeat.*

a Porè cādido marmore ex inſ. Paro Cycladum vnâ. b Grauitas & maieſtas quæ in ſuperciliis. c Inornata & incompta. d Heinſ. legit *Nec vaſti ſpatio.* vt ſit ſenſus. Tu alter Diomedes in certamē Martis deſcendere audeas cū ſpe victoriæ, nam & iuuenis iam æquas, &c. Sed & hūc verſum cū duobus antecedētib⁹ reiicit Ioſ. Scal. e Si equitare libeat, ſuperas Caſtorem, qui bon⁹ equis, & peritus equûm domitor. f Equū Caſtori à Iunone datū, quem à Neptuno acceperat, hūc Pollucis fuiſſe refert Virg. 3. Georg. ſed fratrē poni exponit Seruius. h Nec Cretes peritiſſimi ſagittarij longiùs emittēt ſagittā quā tu iaculū. h Quēadmodum ab Eurytione fixa 5. Æneid. *ſub nube colūba Decidit exanimis, vitamq; reliquit in aſtris Aërijs fixámque refert delapſa ſagittam.* a Formoſis vē plurimùm nocuit ſua forma. b Vetus Lipſij codex habuit *Deformis ſenij monſtret imaginem*, quā lectionem exoſculatur Ioſ. Scal. atq; ita exponit hunc locū: ne fortè vindicta faſtus te perſtringat; quoties formæ tuæ in mentē venit, toties repræſenta tibi & de-

Quid ſinat inauſũ fœmina præceps furor?
Nefanda iuueni crimina inſonti parat;
c *In ſcelere quærit crine lacerato fidem.*
Decꝰ omne turbat capitis; humectat genas.
Inſtruitur omnis * *arte fœminea dolus.*
Sed iſte quiſnam eſt, regium vultu decus
Gerens, & alto vertice attollens caput?
Vt ora iuueni paria d *Pirithoo gerit!*
Ni languido candore pallerent genæ,
Staretque recta ſquallor incultus coma.
e *En, ipſe Theſeus redditus terris adeſt.*

formis ſenij imaginem, ne inſoleſcas. *acutum nimis & longè petitum, (quod tanti viri pace dixerim) ſed videris lector.*
c Vnus Lipſij liber habet: *In ſcelera,* alter. *En ſecla!*
* Al. *Fraude.*
d Meritò ſuſpicatur Delrius legendum *Hippolyto*: vt cui hæc conueniunt omnia, Pirithoo nequaquam, qui neque rediit, neque iuuenis, nec ſi rediiſſet, mirũs palleret quàm Theſeus, vterque ab inferis rediens. e Agnoſcit tandem ipſum eſſe Theſeum.

ACTVS TERTIVS.

THESEVS. NVTRIX.

Reuerſus ab inferis Theſeus domeſtici luctus cauſam à nutrice obuiâ ſciſcitatur, illa ſe hoc tantum ſcire reſpondet, Phædram necis conſilium iniiſſe.

Th. T*Andem profugi noctis æternæ plagam,*
Vaſtóq; manes carcere f *vmbrantem polũ.*
Vt vix cupitum ſufferunt oculi diem!
g *Iã quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat,*
h *Parémque toties Libra compoſuit diem;*
Ambiguus vt me ſortis ignotæ labor
Detinuit inter mortis & vitæ mala.
Pars vna vitæ manſit extincto mihi
Senſus, malorum finis Alcides fuit.

f Nigrantem, deteriorẽ, Antarcticum, vid. Herc. Fu. 606. & 1103 Ag. 750.
g Vrbs illa Attica (cuius regis filiũ Triptolemũ Ceres agri colẽdi rationẽ docuit aliiſq; tradere iuſſit) quarto iã meſſem collegit. h Et Libra ſignũ æquinoctiale quater æqua-

a *Qui cum reuulſum* b *Tartaro extraheret canem,*
Me quoq; ſupernas pariter ad ſedes tulit.
Sed feſſa virtus robore antiquo caret,
Trepidatq; greſſus, heu, labor quantus fuit
c *Phlegethonte ab imo petere longinquum æthera,*
Pariterq; mortē fugere, & d *Alcidē ſequi!*
e *Qui fremitus aures flebilis pepulit meas?*
Expromat aliquis. luctus, & lachrymæ, & dolor,
Et limine ipſo miſta lamentatio;
Hoſpitia digna prorſus f *inferno hoſpite.*
Nu. *Tenet obſtinatū Phædra conſiliū necis,*
Fletúſq; noſtros ſpernit, ac morti imminet,
Th. *Quæ cauſa lethi? reduce cur moritur viro?*
Nu. g *Hæc ipſa lethū cauſa maturū attulit.*
Th. *Perplexa magnum verba neſcio quid tegunt.*
Effare apertè, quis grauet mentem dolor.
Nut. *Haud pandit vlli. mœſta ſecretum occulit,*
Statuitq; ſecū ferre, quo moritur, malum,
Iam perge, quæſo, perge: properato eſt opus.
Th. *Reſerate cluſos regij poſtes Laris.*

uit diē nocti. h.c. *quatuor iā annos apud inferos fui.*
a Hercul. Fur. verſ. 805.
b Profundiſſimo inferorum loco. διὰ τὸ πεπαράχθαι ἐκεῖ τὸν ἀέρα. proinde dicitur. Ὅμηρος. & βάθιστον ὑπὸ χθονὸς βέρεθρον.
c Thyeſt. v. 73.
d Magnis paſſibus incedentem, quod ex ratiocinatione Pythagoræ liquet de Herculis ſtatura. vide Thyeſt. verſ 103.
e *Exaudit Phædræ eiulatus.*
f Ab inferis veniente.
g Ne tibi reuerſo deregat factum.

THESEVS. PHAEDRA.

Primùm ſimulat Phædra mori ſe malle, quàm vim ſibi illatam reuelare Theſeo, cui deinde nutrici cruciatum minitanti oſtendit gladium, quem Hippolytus abiectum reliquiſſet.

Th. O *Socia thalami, ſiccine aduentum viri,*
Et h *expetiti coniugis vultum excipis?*

h Expetendi certè.

Quin enſe viduas dexteram? atque animum mihi
Reſtituis? & te quidquid è vita fugat
Expromis? Ph. *eheu, per tui ſceptrum imperi,*
Magnanime Theſeu, pérq; natorũ indolẽ,
Tuóſq; reditus, perque [i] *iam cineres meos,*
Permitte mortẽ. Th. *cauſa quæ cogit mori?*
Ph. [a] *Si cauſa leti dicitur, fructus perit.*
Th. *Nemo iſtud alius, me quidem excepto, audiet.*
Aures pudicas coniugis ſolas times?
Effare; fido pectore arcana occulam.
Ph. [b] Alium ſilere quod voles, primus ſile.
Th. *Leti facultas nulla continget tibi.*
Ph. [c] Mori volenti deeſſe nunquam mors poteſt.
Th. *Quod ſit luendũ morte delictũ, indica.*
Ph. *Quid viuo.* Th. *Lachrymæ nónne te noſtræ mouent?*
Ph. [d] *Mors optima eſt perire, dum lacrymant ſui.*
Th. *Silere pergit. verbere ac vinclis anus*
Altríxq; prodit quidquid hæc fari abnuit.
Vincîte ferro; verberum vis extrahat
Secreta mentis. Ph. *ipſa iam fabor, mane.*
Th. *Quidnam ora mœſta auertis, & lacrymas genis*
Subitò coortas veſte prætenta obtegis?
Ph. *Te, te, creator cœlitũ, teſtem inuoco,*
[e] *Et te coruſcum lucis æthereæ iubar,*
Ex cuius ortu noſtra dependet domus,
Tentata precibus reſtiti: ferro ac minis
Non ceſſit animus; vim tamen corpus tulit.

i Me morti iam deſtinatam.

a Mori ſe velle fingit ne Hippolytum tanquã dedecoris ſui reum apud patrem agat: néve quis ſcias.

b Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris.

c Theb. verſ. 151.

d Hoc enim charitatis argumentum: Sicci autem oculi in funere odium arguũt.

e Et te, ô Phœbe domus noſtræ author, matris meæ ex Crete Nymphâ genitor.

* Stupratoris.

Labem hanc pudoris eluet noſter cruor.
Th. *Quis, ede, noſtri decoris euerſor fuit?*
Ph. *Quem rere minime.* Th. *quis ſit, audire expeto.*
Ph. *Hic dicet enſis, quem tumultu territus*
Liquit ſtuprator, ciuium accurſum timens.
Th. Q*uod facinus, heu me,, cerno? quod monſtrum intuor!*
Regale [a] *paruis aſperum ſignis* [b] *ebur,*
Capulo refulget gentis [d] *Actaæ* [c] *decus.*
Sed ipſe quonam euaſit? Ph. *hi trepidũ fuga*
Videre famuli concitum celeri pede.

a D. Heinſius legi vult *Patriũ* ad *Actaa* nimium referẽs: ſed & vulgaram lectionẽ aſtruet ſequens expoſitio de cicadis. b Manubrium enſis ex ebore cœlato. cui inſculpta -- c Aurea cicada, quo inſigni ac ſymbolo ſe αὐτόχθονας eſſe volebant Athenienſes oſtendere, vertice vel fronte aureas cicadas geſtantes. d Herc Fur. verſ. 1163.

THESEVS.

Agnito enſe deceptus pater, & iratus filio immeto exitium imprecatur.

P*Ro ſancta pietas! pro gubernator poli!*
Et [e] *qui ſecundum in fluctibus regnum tenes,*
Vnde iſta venit generis infandi lues?
[f] *Hunc Graia tellus aluit, an* [g] *Taurus Scythes,*
Colchúſve [h] *Phaſis? redit ad auctores genus;*
[i] *Stirpémq; primam degener ſanguis refert.*
Eſt prorſus iſte [k] *gentis armigeræ furor,*
Odiſſe [l] *Veneris fœdera, & caſtum diu*
Vulgare populis corpus. ô tetrum genus,
[m] *Nulláque victum lege melioris ſoli!*

e Herc. Fur. verſ. 598. f Græcámne educationem ſapiũt iſti mores, an barbaram? g Sup. verſ. 167. h Max. Colchorũ fluuius. i *Hoc imputat matri Antiopæ ſeu Hippolytæ.* k Amazonum ſup. 574.

l Connubia. m *Metaph.* quod in melius ſolum tranſlatum non miteſcis, feritatem non amittis.

Fera quoq; ipſa ⁿ *Veneris euitant* ⁿ *nefas,*
Generiſque leges ᵒ *inſcius ſeruat pudor.*
Vbi vultus ille, & ficta ᵖ *maieſtas viri,*
Atq; habitus horrens, priſca & antiqua appetens,
Morumq; ſenium triſte, aſpectu graue?
q O vita fallax! abditos ſenſus geris,
Animiſque pulchram turpibus faciem induis!
Pudor impudentẽ celat, audacẽ quies,
Pietas nefandum. vera fallaces probant,
Simulantque molles dura. *ſyluarum incola*
Ille efferatus, caſtus, intectus, rudis,
a *Mihi te reſeruas? à meo primum toro,*
Et ſcelere tanto placuit b *ordiri virum?*
Iam iam ſuperno numini grates ago,
Quod c *icta noſtrâ cecidit Antiope manu:*
Quòd non ad antra Stygia deſcendis d *tibi*
Matrem reliqui profugus ignotas procul
Percurre gentes; e *te licèt terra vltimo*
Summota mundo dirimat Oceani plagis;
Orbémq; noſtris pedibus obuerſum colas;
Licèt in receſſu penitus extremo abditus
Horrifera f *celſis regna tranſieris poli;*
g *Hyeméſq; ſupra poſitus, & canas niues,*
Gelidi frementes liqueris Boreæ minas
Poſt te furentes; ſceleribus pœnas dabis.
Profugũ per omnes pertinax latebras premã:
Longinqua, clauſa, abſtruſa, diuerſa, inuia
Emetiemur; nullus obſtabit locus.
Huc vota mittã, tela quò mitti haud queũt.
Scis h *vnde redeã?* i *genitor æquoreus dedit,*

n Illicitam Venerem, inceſtum matrum coitum.
o Inferis etiã vel barbaris.
p grauitas, triſtitia.
q O quàm frõti nulla fides? omnes ſimulãt ac diſſimulant, alij videri volunt quàm ſunt.
a *Emphaticè*, an in patris tui ſolius dedecus?
b Virilitatis tuę primum ſpecimen edere.
c Sup. ver. 225.
d Ne & propriam matrem violaſſes.
e Fugias licèt ad nobis oppoſitos Antipodas.
f Arctici, *qui nobis ſemper ſublimis.*
g Vlteriùs quàm vnde ad nos veniunt hyemes.
h Ab inferno ſcilicèt, quò deſcenſu ac reditu erit faciliùs te perſequi, vel, vt inf. verſ. 949. i Neptunus dedit mihi optionem 3. votorum. inf. 950.

Vt vota k *prono trina concipiam Deo,*
Et l *inuocatâ munus hoc ſanxit Styge.*
En perage donum m *triſte, regnator freti.*
Non cernat vltrà lucidum Hippolytus diẽ,
Adeátque Manes iuuenis irato patre.
Fer m *abominandã nunc opem nato, parens,*
Nũquam a *ſupremum numinis munus tui*
Conſumeremus, magna ni premerẽt mala.
Inter profunda Tartara; & Ditẽ horridũ,
Et imminents regis inferni minas,
b *Voto peperci, redde nunc pactam ſidem,*
Genitor, moraris? cur adhuc vndæ ſilent?
Nunc atra ventis nubila impellentibus
Subtexe c *noctem; ſidera & cœlum eripe.*
Effunde pontum, d *vulgus æquoreum cie,*
Fluctúſque ab ipſo tumidus Oceano e *voca.*

k Fauente, exaudiente. l Herc. Fu. v. 711. m Cùm patet filij necem exoptet. a Ex tribus enim optatis hoc erat vltimum, quod e Hippolyti interitu optauit, primũ quidẽ fecerat in latrones, dum Athenas proficiſceretur dà Troezene vbi natus eſt: ſecũdum, vt è Labyrintho redire poſſet. b Non conſumpſi votum hoc tertium. c Tenebras, caliginem. d Monſtra marina. e In terram. infr verſ. 1030.

CHORVS.

Queritur Chorus, cùm cœli cæterarúmque rerum curſus certo regantur conſilio, non tamen res humanas iuſtè ac rectè cedere, cum bonis malè ſit, malis bene.

** Cur bonis viris accidant mala.* Sen. phil.

O *Magna parens natura deûm,*
Tuque igniferi rector Olympi,
Qui ſparſa cito ſidera mundo
Curſuſque vagos rapis aſtrorum,
f *Celeríque polos cardine verſas;*
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare vias ætheris alti?
Vt g *nunc canæ frigora brumæ*

f Mouentur enim poli cũ vniuerſo, vtcumque Mathematicis dicantur immoti. g Hyeme ſpolientur foliis ſyluæ.

Nudent ſiluas ; [h] *nunc arbuſtis*
Redeant vmbræ ; [i] *nunc æſtiui*
Colla Leonis Cererem magno
Feruore coquant ; [k] *viréſque ſuas*
Temperet annus ? ſed cur idem,
Qui tanta regis, ſub quo vaſti
Pondera mundi librata ſuos
Ducunt orbes ; hominum nimium
[a] *Securus ades ; non ſollicitus*
Prodeſſe bonis, nocuiſſe malis?
[b] Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargítque manu
Munera cæcâ, peiora fouens.
[c] Vincit ſanctos dira libido.
Fraus ſublimi regnat in aula.
Tradere turpi [d] faſces populus
Gaudet ; [e] eoſdem colit, atque odit.
[f] Triſtis virtus peruerſa tulit
Præmia recti, caſtos ſequitur
Mala paupertas : vitioque potens
Regnat adulter.
O vane pudor, falſúmque decus!
Sed quid citato nuncius portat gradu,
* *Reſtátque mœſtus lugubrem vultum gerens ?*

h Vere, redeát arboribus comæ vmbroſæ.

i Æſtate, Sol in Leone fruges torreat.

k Autumnus calorē frigore tēperans fructus maturet.

a *Non curans, negligens.*

b Vitam regit Fortuna non Sapientia; *ex Epicuri ſchola.*

c Violenti & libidinoſi opprimunt innocentes & caſtos.

d Honores honorum inſignia. à Romanis tractū, quorum magiſtratibus præferebantur à lictoribus ſecures faſcibus virgarum inſertæ; conſulibus 12. Dictatori 24 Prætori 6. &c. e Fluctuans, mobilis, inconſtans populus. f Boni pœnas ferunt, iniquam virtuti ſuæ mercedem. g Apoſiopeſis ex interuentu nuncij. * Al. *Rigáſque mœſtis lugubrem vultum genis ?*

ACTVS QVARTVS.

NVNCIVS. THESEVS.

Narrat Theſeo nuncius vt perierit Hippolytus diſcerptus ab equis ſuis, quos terruerat taurus marinus à Neptuno ex Theſei voto immiſſus.

Nun. O h *Sors acerba & dura famulatus grauis,*
Cur me ad nefandos nuncium caſus vocas?
Th. *Ne metue clades fortiter fari aſperas;*
i *Non imparatum pectus ærumnis gero.*
Nun. *Vocem dolori lingua luctifico negat.*
Th. *Proloquere, quæ ſors aggrauet quaſſam domum.*
Nun. *Hippolytus (heu me) flebili leto occubat.*
Th. k *Gnatũ parens obiiſſe iam pridẽ ſcio:*
Nunc raptor obijt, mortis effare ordinem.
Nun. *Vt profug⁹ vrbẽ liquit infeſto gradu,*
Celerem citatis paſſibus curſum explicans,
Celſos ſonipedes ocyus ſubigit iugo.
Et ora frenis domita ſubſtrictis ligat.
Tum a *multa ſecum effatus, & patrium ſolum*
Abominatus, ſæpe genitorem ciet,
Acérque habenis loxa permiſſis quatit;
Cùm ſubito vaſtum tumuit ex alto mare,
Creuítque in aſtra; nullus inſpirat ſalo
Ventus; quieti nulla pars cœli ſtrepit,
Placidúmque pelagus propria tẽpeſtas agit.
Non tantus auſter Sicula diſturbat freta.
Nec tam furenti pontus exurgit ſinu,
Regnante b *Coro, ſaxa cũ fluctu tremunt,*

h Seruitutis, quę adigis ſeruos ad triſtia non rarò miniſteria.

i Aſſuetum ærũnis & prę paratũ: vt qui *Omnia præcepi atque animo mecum ante peregi.*

k Iamdudum periit mihi filius vbi primũ officii & pietatis immemor vxori patris ſtuprum inferre conat⁹ eſt. Illo n die nocẽs moritur quo peccat: iã tãdem raptorem periiſſe audio.

a Apud Euripidem enim, vnde totus hic deſumptus eſt actus, ait, Ζεῦ μηκέτ' ἄλλο, ἀχακὸς πέφυκ' ἀνὴρ Αἴσθου δ' ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ, &c.

b Thyeſt. v. 576.

Et cana ſummum ſpuma c *Leucatẽ ferit.*
Conſurgit ingens pontus in vaſtũ aggerem,
Tumidúmq; monſtro pelagus in terrã ruit.
d *Nec iſta ratibus tanta conſtruitur lues;*
Terris minatur, fluctus haud curſu leui
Prouoluitur, e *neſcio quid onerato ſinu*
Grauis vnda portat ; * *quæ nouum tellus caput*
Oſtendit aſtris, Cyclas exoritur noua.
f *Latuere nube numen Epidauri Dei,*
Et ſcelere petræ nobiles Scironides,
Et quæ duobus terra comprimitur fretis.
Hæc dum ſtupentes querimur, en totũ mare
Immugit, omnes vndiq; ſcopuli adſtrepunt:
a *Summum cacumen rorat expulſo ſalo.*
Spumat, vomitque vicibus alternis aquas.
Qualis per alta vehitur Oceani freta,
Fluctus refundens orbe b *Phyſeter capax.*
Inhorruit concuſſus vndarum globus,
Soluítque ſeſe, & c *litori inuexit malum*
Maius timore, pontus in terras ruit,
Suúmque monſtrum ſequitur, os quaſſat tremor.

c Promõtoriũ Acarnaniæ. *Leucatæ nimboſa cacumina montis.*

d Nec tamen nauigantibus exitiũ ab hoc monſtro paratur, ſed terris.

e Nõ ſine ſtupore expectabamus ſi qua noua inſula è mari exurgẽs augeret numerum Cycladum.

* Neſcio quæ nouum tellus, &c.

f Lipſ. legit *Latuere rupes numen.* Ioſ. Scal. legendum vult, *nomen*; vt ſit Helleniſmus pro nomine πέτραι τ' ϑιοικαι Ἐπιδαύριοι Heinſius *Latuere rupes nomine Epidauri Dei*; habet certè Euripides, ὡς ἀφῃρέϑη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα, τοὐμὸν εἰσορᾶν. Ἔκρυπτε δ' ἰσθμὸν καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ *ſenſus erit itaq;* ingẽs ille fluctus è cõſpectu noſtro ſuſtulit rupes Epidauri celebris tẽplo Æſculapij, & ſaxa Scironia latrociniis & ſupplicio Scironis (Herc. Fu. 216.) famoſa, ipſumque Iſthmon inter Ægæum & Ionium.

a *Heinſius legit* Summ. cac. ror. exp. ſalo Spumas, vomitque vicibus alternis aquas. Sed *quid ſi tranſponatur cum verſu ſequente, eſt enim*—b—φυσητὴρ piſcis è balænarũ genere, qui è fiſtulis quibuſdam in vertice fluctus efflat (vnde & nomen illi inditũ à φυσάω) qui in formam columnæ ſublari ac deinde rarefacti nubis ſpeciem præ ſe ferunt ; *atque hoc aſtruit vulgatam lectionem* τῷ Nube, ſup. v. 1019. c Veniens monſtrum in terram eiecit.

Th. *Quis habitus ille corporis vaſti fuit?*
Nun. *Cærulea taurus colla ſublimis gerens,*
Erexit altam fronte viridanti iubam:
Stant hiſpidæ aures: cornibus varius color:
Et quem feri [d] *dominator habuiſſet gregis,*
Et quē [e] *ſub vndis natus: hinc flāmā vomit;*
Oculi hinc relucent: cærulâ inſignis notâ
Opima ceruix arduos tollit toros:
Naréſq; hiulcis hauſtib⁹ patulæ fremunt:
Muſco tenaci pectus ac palear viret;
Longum rubenti ſpargitur [f] *ſucco latus.*
Tum ponè tergus, [g] *vltima in monſtrū coit*
[g] *Facies, & ingens bellua immenſam trahit*
Squammoſa partem. talis extremo mari
[h] *Piſtrix citatas ſorbet aut reddit rates.*
[i] *Tremuere terræ: fugit attonitū pecus*
Paſſim per agros; nec ſuos paſtor ſequi
Meminit iuuencos: omnis è ſaltus fera
Diffugit; omnis frigido exanguis metu
Venator horret. ſolus immunis metu
Hippolytus arctis continet frenis equos,
Pauidóſq; notæ vocis hortatu ciet.
Eſt alta ad Argos collibus ruptis via,
[a] *Vicina tangens ſpacia ſuppoſiti maris:*
Hic ſe [b] *illa moles acuit, atque iras parat.*
Vt cepit animos, ſeque prætentans ſatis
Proluſit [c] *ira; præpeti curſu euolat,*
Summam citato vix gradu tangens humū,
Et torua currus ante trepidantes ſtetit.
Contrà feroci [d] *gnatus inſurgens minax*
Vultu, nec ora mutat, & magnum intonat,
Haud frangit animū vanus hic terror meū;
[e] *Nā mihi patern⁹ vincere eſt tauros labor.*

d Taurus.

e Vitulus marinus.

f Legitur & *Fuco.*

g Vltima forma id eſt poſterior pars deſinit in piſcem. ſic Virgil. de Scylla, *pectore virgo Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix,* & de Tritone. *Frons hominē præfert in piſtrin deſinit aluus.* nam & Piſtrix dicitur.

h monſtrum marinum tantæ magnitudinis vt abſorbeat naues. Plin. 26.

i Vide Virbiū hæc de ſe narrantem. 15. *Metamorph.* Ouid.

a Prope litus.

b Monſtrum marinum.

c Al. *iræ.*

d Tuus, ô Theſeu.

e Hæreditario iure mihi debetur hic labor, nam & pater taurum Marathonium ſuperauit, Minotaurum interfecit.

Inobſequentes protinus frenis [f] *equi*
Rapuere currum: iámque deerrantes via,
Quacunque pauidos rapidus euexit furor,
Hac ire pergunt, ſeque per ſcopulos agunt.
At ille, qualis turbido rector mari
Ratem retentat, ne det obliquum latus,
Et arte fluctus fallit; haud aliter citos
Currus gubernat: ora nunc preſſis trahit
Conſtricta frenis, terga nunc toto frequens
Verbere coërcet. ſequitur g *aſſiduus comes*
Nunc æqua carpens ſpatia, nunc contrà obuius
Oberrat, omni parte terrorem mouens.
Non licuit vltrà fugere: nam toruo obuius
Incurrit ore corniger ponti horridus.
Tum verò pauidâ [h] *ſonipedes mente exciti*
Imperia [h] *ſoluunt, ſeque luctantur iugo*
Eripere, rectique in pedes iactant onus.
a *Præceps in ora gnatus, implicuit cadens*
b *Laqueo tenaci corpus: & quantò magis*
Pugnat; ſequaces hos magis nodos ligat.
Senſere pecudes facinus, & [c] *curru leui,*
Dominante nullo, qua timor iuſſit, ruunt.
Talis per auras non ſuum agnoſcens onus,
[d] *Solique falſo creditum indignans diem,*
Phaëthonta currus [e] *deuio excuſſit polo.*
Latè [f] *cruentat arua, & illiſum caput*
Scopulis reſultat. auferunt dumi comas:
Et ora durus pulcha g *populatur lapis:*
Peritque multo vulnere infelix decor.
Moribunda celeres membra prouoluūt rotæ,
Tandémq; raptum h *truncus ambuſta ſude*
Medium per inguen ſtipite eiecto tenet;
Paulumque domino currus affixo ſtetit.
Hæſere biiuges vulnere, & pariter moram

f Equos.

g Taurus maximus.

h Hinc ἱππόλυτος d. & qui prius *Demophoon*. ſed à Diana, ſeu Æſculapio vitæ redditus, *Virbius*.

a *Al. In lora præceps fuſus impl.*

b Loris equorum.

c *Sed leue pondus erat. nec quod cognoſcere poſſet Solis equi, ſolitáque iugum grauitate carebat.*

d Phaëthonti Solis currum occupanti.

e Quo ipſe Phaethon deuius errauit,

f Hippolytus.

g Lacerat, diripit.

h Corpus palo vel ſtipite hærens paulùm morabatur equos, diſrupto mox corpore curſum peragunt equi.

Dominûmque rumpunt. inde ſemianimem ſecant * AL, erecto.
Virgulta: acutis aſperi vepres rubis,
Omniſque truncus corporis partem tulit.
Errant per agros funebris, [i] *famuli manus,*
Per illa, qua diſtractus Hippolytus, loca
Longum cruentâ tramitem ſignat notâ:
Mœſtaq; domini membra veſtigant canes.
Necdum dolentum ſedulus potuit labor
Explere corpus. hoccîne eſt formæ decus?
Qui modò paterni clarus imperij comes,
Et certus hæres, ſiderum fulſit modò;
a *Paſſim ad ſupremos ille colligitur rogos,*
Et funeri confertur. Th ô nimium potẽs,
b Quanto parentes ſanguinis vinclo tenes
Natura! quàm te colimus inuiti quoque?
Occidere volui noxium; amiſſum fleo.
Nun. c Haud quiſquam honeſtè flere, quod voluit, poteſt.
Th. *Equidem malorum maximum hunc cumulum reor,*
d *Si abominanda caſus optata efficit.*
Nu. *Et ſi odia ſeruas, cur madet fletu gena?*
Th. e *Quod interemi, non quod amiſi fleo.*

i Appoſitiuè, multitudo famulorum.

a Sparſim, vndecunque collig.

b Cedit ira naturæ legibus, nec ipſe Theſeus à lacrymis ſe continet.

c Non ſatis honeſtè flere licet, quod ipſe voluiſti.

d Si quod accidens fecerit pœnitere eius rei quam quis prius optarit.

e Quòd ego pater cauſa fuerim necis filio, nõ quòd ille perierit.

COHORVS.

Sublimis fortunæ inſtabilitatem & pericula, humilis ſecuritatem canit, Hippolyti mortem deflet.

QVanti caſus humana [f] rotant!
Minùs in paruis Fortuna furit,
Leuiúſque ferit leuiora Deus.

f Alludit ad Fortunæ, quæ vulgo fingitur, rotam.

Seruat placidos obſcura quies,
Præbet ſomnos caſa ſecuros.
g *Admota ætheriis culmina ſedibus*
Euros excipiunt, excipiunt Notos,
Inſani Boreæ minas,
Imbriferúmque Corum.
h *Humida vallis raros patitur*
Fulminis ictus: i *tremuit telo*
Iouis altiſoni Caucaſus ingens,
Phrygiúmq. nemus matris Cybeles.
Metuens cœlo Iupiter alto
Vicina petit. non caput vnquam
Magnos motus humilis tecti
Plebeia domus.
Circa regna tonat.
Volat ambiguis
Mobilis alis a hora, nec vlli
Præſtat velox Fortuna fidem.
b *Qui clara videt ſidera mundi,*
Nitidúmque diem nocte relictâ,
Luget mœſtos triſtis reditus,
Ipſoque magis flebile Auerno
Sedis patriæ videt hoſpitium.
c *Pallas Actææ veneranda genti,*
Quòd d *tuus cœlum ſuperóſque Theſeus*
Spectat, & fugit Stygias paludes,
e *Caſta nil debes* f *patruo rapaci:*
g *Conſtat inferno numerus* f *tyranno.*
Quæ vox ab altis flebilis tectis ſonat?
Strictóque vecors Phædra quid ferro parat?

...arum æ- faſtigia.

...n vallibus ...n colligũ aquæ.

...pſa enim al- ...tudo attonat ...umma: Cau- ...aſum, Acro- ...ceraunia, Idã ...iniectum Pe- ...lion Oſſæ, Gi- gantes.

a Al. *Hera.* i. Fortuna de qua hoc loco, de hora nihil. *Vóſne velit, an me regnare hera, quidve ferat ſors.*

b Theſeo ab inferis reuerſo luctuoſus contigit reditus, & neſcio an infernâ ſede flebilius patriæ hoſpitiũ.

c Vide ſup. verſ. 108. & Herc. Fu. 912. d Athenarum rex, quæ ſub tuo præſidio. e O Pallas ven. &c. ſupra verſ. 108. & Hercul. Fur. 912. f Plutoni. g Loco Theſei inde reuerſi ceſſit illi Hippolytus.

ACTVS QVINTVS.

THESEVS. PHAEDRA. CHORVS.

Phædra Hippolyti innocentiam, ſuas calumnias reuelat: ipſaque ſuâ ſe manu occidit, pater non ſine luctu filio iuſta perſoluit, nouercæ negat.

Th. Q*Vis te dolore percitam inſtigat furor?*
Quid enſis iſte? quid-ve vociferatio?
Plantúſque ſupra h *corpus inuiſum volũt?*
Ph. *Me, me, profundi ſæue dominator freti*
Inuade, & in me i *monſtra cœrulei maris*
Emitte: quidquid intimo Tethys ſinu
Extrema geſtat, quidquid Oceanus vagis
Complexus vndis vltimo fluctu tegit.
O dire Theſeu ſemper, ô nunquam ad tuos
Tutò reuerſe! k *gnatus & genitor nece*
Reditus tuos luêre: peruertis domum,
a *Amore ſemper coniugũ, aut* b *odio nocens.*
Hippolyte, c *tales intuor vultus tuos?*
Taléſq; d *feci? membra quis ſæuus* e *Scinis,*
Aut quis f *Procruſtes ſparſit? aut quis* g *Creſſius*
h *Dædalea vaſto clauſtra mugitu replens,*
g *Taurus biformis, ore cornigero ferox*
Diuulſit? heu me! quò tuus fugit decor,
Oculique, i *noſtrum ſidus! exanimis iaces?*
Ades parumper, verbáque exaudi mea.

h Artus paſſim collectos Hippolyti, quem modò oderas, vel mihi inuiſi.
i Quæ modò in Hippolytũ miſiſti, iamq; iuſtiùs in me.
k Filius nunc: pater Ægeus olim, qui ex editiſſima turre nauis tuæ vela nigra proſpiciens, ac te periiſſe inde cõiiciens, quia in mandatis dederat vt victor aut incolumis albis redires velis, ſe in mare deiecit.

a Mei, criminationi meæ nimis credule.
b Antiopes. ſup. verſ. 225.

c Laceros, fœdatos. d Falſo inſimulãdo te. e Latro Corinthius, qui pinubus intortis alligatos homines diſcerpebat, vide quę ad v. 226. Herc. Fu. & inf. v. 1218 f Thyeſt. 1047. g Minotaurus. ſup. v. 646. qui humanâ carne veſcebatur. h Labyrinthum à Dędalo factum, *ibidem*. i Quos inſtar gemini ſideris ſuſpiciebam.

k Nil turpe loquimur, hac manu [...]
Soluam, & nefando pectori ferrū inſeram,
Animáque * Phœdram pariter, ac ſcelere
exuam;
Et te per vndas, pérque Tartareos lacus,
Per Styga, per l amnes igneos amēs ſequar.
Placemus vmbras. m capitis exuuias cape,
Laceraque frontis accipe abſciſſam comā.
Non licuit animos iungere; at certè licet
Iunxiſſe fata. n morere, ſi caſta es, viro;
Si inceſta, amori. coniugis thalamos petam
Tanto impiatos facinore? hoc deerat nefas,
o Vt vindicato ſancta fruereris toro?
O mors amoris vna ſedamen mali;
O mors, pudoris maximum læſi decus;
Confugimus ad te: pande placatos ſinus.
Audite Athenæ, túque funeſtâ pater
p Peior nouercâ, falſa memoraui, & nefas,
q Quod ipſa demēs pectore inſano hauſerā,
Mentita finxi: falſa puniſti pater;
Iuueniſque caſtus crimine a inceſta iacet,
Pudicus, inſons, b recipe iam mores tuos,
Mucrone pectus impium c iuſto patet,
Cruórque ſancto ſoluet d inferias viro.
e Quid facere rapto debeas nato parens,
Diſce ex nouerca: cōdere Acherōtis plagis.
Th. Pallidi fauces f Auerni, Vóſque g Tænarei ſpecus,

per. / set. / bōta / 73. / s, mo- / fuit in / ami / teſtari / necnon / hono- / defūcto- / que faciē / e comâ / iſſa & / isâ, in / allorem ſc. / liatâ natu- / ſuperfluo / e ornatu. / Si non ſtu- / rata ficti cri- / minis reum / Hippolytum / egiſti, more- / re, vt viro ſa- / tisfacias; ſi nō / caſta ſed ince- / ſta fuiſti, mo- / rere, vt ſequa- / ris amatorem. / o Vt illæſa / fruereris The- / ſeo iniquę tuę / criminationis / vindice; ſed & / hunc locū Del- / rius inſpicatur.

p Nimis facilis & credule querelæ nouercali. q Quod ipſa conceperam. a Mei inceſtæ. b Recipe ô Hippolyte iuſtam caſtitatis tuæ famam. c Mei meritæ. d Vid. Theb. 172. e Mori diſce ex me quo dicto, gladio incumbit. f Stagni Campani propè Cumas, dict. quaſi ἄορνον, quod propter tetrum odorem nulla auis ſuperuolitare poſſit, propter quam graueolentiam & hic deſcenſus ad inferos eſſe credebatur. g Herc. Fu. verſ. 586.

Vnda

Vnda h *miſeris grata Lethes, voſque* i *torpentes lacus,*
Impium capite, atque merſum premite perpetuis malis.
k *Nunc adeſte ſæua ponti monſtra, nunc vaſtum mare,*
Vltimo quodcunque l *Proteus æquorum abſcondit ſinu.*
Méque m *ouantem ſcelere tanto rapite in altos gurgites.*
Tuque ſemper, genitor, n *iræ facilis aſſenſor meæ,*
Morte dignum facinus auſus, qui o *noua natum nece*
p *Segregem ſparſi per agros: quique dum falſum nefas*
Exequor vindex, ſceleſtus incidi in verum nefas.
q *Sidera &* q *manes, &* q *vndas ſcelere compleui meo.*
Ampliùs ſors nulla reſtat; regna me norunt p *tria.*
In hoc redimus? patuit ad cœlum via,
r *Bina vt viderem funera, & geminam necem?*
ſ *Cœlebs, &* ſ *orbus, funebres vnâ face*
Vt concremarem prolis ac thalami rogos?
t *Donator* u *atræ lucis, Alcide,* x *tuum*
Diti remitte munus, ereptos mihi
Reſtitue manes, impius fruſtra inuoco
Mortẽ relictam. y *crudus, & leti artifex,*
z *Exitia machinatus inſolita, effera,*

h Quę ærumnarũ obliuionis artem docet. Herc. Fu. 679.
i Cocytus Herc. Fu. 685. & Styx. *ibid.* v. 712.
k Iuſti⁹ in me quàm nuper in Hippolytũ.
l Oceani & Tethyos fili⁹ Phocarum paſtor & cuſtos.
m Modò lætantem.
n Exaudiendo vota.
o Nã filius abſens patris votis, in ſolo ſali monſtro, auriga propriis equis periit.
p Separatum, ſolum.
q Propter temeritatẽ meã pater deiecit ſe in mare. ſup. v. 1160. ad inferos deſcendi comes Pirithoi adulteri, iamque terram pollui nefariâ filij innocentis cæde r Filij & vxoris. ſ Filio & coniuge priuatus. t Herc. Fu. 805. & ſup. 840. u Funeſtæ & miſeræ. x Triſtior enim mihi ſupereſt vita quàm mors & inferi. y *Hæc ad ſe.* z Quæ filio iniuſtè machinatus es. *vel*, quæ tyrannis latronibuſque inflixiſti.

Nunc tibimet ipſe iuſta ſupplicia irroga.
a *Pinus coacto vertice attingens humum*
Cœlo remiſſum findat in geminas trabes;
Mittátque præceps ſaxa per b *Scironia.*
c *Grauiora vidi, quæ pati cluſos iubet*
d *Phlegethon, nocentes igneo cingens vado.*
Quæ pœna maneat memet, & ſedes, ſcio.
Vmbræ nocentes cedite; ceruicibus
His his repoſitum degrauet feſſas manus
Saxum, e *ſenis perennis Æolij labor:*
Me ludat f *amnis ora vicina alluens.*
Vultur relicto tranſuolet g *Tityo ferus,*
Meumque pœna ſemper accreſcat iecur.
Et tu h *mei requieſce Pirithoi pater:*
i *Hæc incitatis membra turbinibus ferat*
Nunquam reſiſtens orbe reuoluto rota.
Dehiſce tellus; recipe me dirum k *chaos,*
Recipe: l *hac ad vmbras iuſtior nobis via eſt.*
Gnatum ſequor: ne metue, qui manes regis;
m *Caſti venimus, recipe me æterná domo*
n *Non exiturum, non mouent Diuos preces:*
At ſi rogarem o *ſcelera, quàm proni forent!*
Ch. *Theſeu, querelis tempus æternũ manet.*
Nunc p *iuſta gnato ſolue, & abſconde ocyùs*

vt in ſequentibus, & vide quæ ad v. 226. Herc. Fu.

a Sup. v. 1164.

b Sup. v. 1020.

c Et tamen his grauiora apud inferos vidi ſupplicia, quæ merui, & quæ me manent.

d Thyeſt. 73.

e Siſyphi fil. Æoli. hic Atticã latrociniis infeſtans à Theſeo interfectus, apud inferos hâc pœna dãnatur, vt ſaxũ ingens ad ſummi mõtis verticẽ voluat, quod repentè dilabitur. *Aut petis, aut vrges rediturũ Siſyphe ſaxum.* f Eridan. infern. in quo Tantalus. Herc. Fu. 751. g Qui, cùm Latonæ ſtuprum inferre conaretur, Apollinis telis confixus ad inferos demiſſus eſt, vbi humi per nouem iugera exporrectus, iecur immortale, vt potè cum Luna ad pœnas renaſcens, vulturi depaſcendum præbet.
h *Emphaſin habet*, mihi chari Pirithoi pater, i. Ixion.
i Vt Ixionis, vide Herc. Fu. 749. k Herc. Fu. 609. & Thyeſt. 810. l Quàm quæ Hippolyto.
m Non vt olim rapturi Proſerpinam cum Pirithoo.
n Vt nuper cum Hercule. o Quod feci in tertio voto contra filium. ſup. 940. quàm faciles exaudirent? p Exequias debitas.

Diſperſa fœdè membra laniatu effero,
Th. *Huc, huc reliquias vehite cari corporis.*
q *Pondúſque, & artus temerè congeſtos date.*
Hippolytus hic eſt? facinus agnoſco meum.
Ego te peremi. neu nocens tantum ſemel
Solúſve fierem, facinus auſurus parens,
a *Patrem aduocaui. munere en patrio fruor.*
O triſte b *fractis orbitas annis malum;*
Complectere artus, quodque de gnato c *eſt ſuper,*
Miſerande mœſto pectore incumbens foue.
Diſiecta, genitor, membra laceri corporis
In ordinem diſpone, & errantes loco
Reſtitue partes. fortis hic dextra locus;
Hic læua frenis docta moderandis manus
Ponenda. læui lateris agnoſco notas.
d *Quàm magna lacrymis pars adhuc noſtris abeſt?*
Durate trepidæ lugubri officio manus,
Fletúſque largos ſiſtite arentes genæ,
Dum membra gnato genitor annumerat ſuo,
Corpúſque e *fingit.* f *hoc quidem eſt forma carens,*
Et turpe multo vulnere ambeſum vndiq;,
Quæ pars tui ſit dubito, ſed pars eſt tui.
Hic hic repone; non ſuo, at vacuo loco.
Hæc illa facies igne ſidereo nitens,
h *Inimica flectens lumina? huc cecidit decor?*

q Neq; enim formam habent.

a Neptunum, à quo compreſſa Æthra, cùm Ægæo non conciperet, Theſeum peperit Plutarch. in Theſeo.

b Ætate & ærumnis.

c Supereſt, reſtat. *Apoſtrophe.*

d Multi enim artus, multæ corporis particulæ abſunt, quæ ſi poſthac inuentæ fuerint, cum lacrymis mihi componendæ ſunt, ſic infra v. 1269. *ſepè efferendus.*

e Componit. Et hoc verè eſt mortuũ componere.

f Membrum.

g Deeſt enim pars quæ proprium locum ſuppleat.

h Etiam nouercæ.

O dira fata numinum! O ſæuus i *furor!*
k *Sic ad parentem gnatus ex voto redit?*
l *En hæc ſuprema dona genitoris cape,*
Sæpe efferendus. interim m *hæc ignes ferant.*
Patefacite acerbâ cæde funeſtam domum,
n *Mopſopia claris tota lamentis ſonet.*
Vos apparate regij flammam rogi:
At vos per agros corporis partes vagas
Anquirite. o *iſtam terra defoſſam premat,*
p *Grauiſque tellus impio capiti incubet.*

i Nouercæ amor ira mea! k tam fœdè lacer, tam crudeliter laniatus? l Hæc funeri tuo ſoluta exequiarum iuſta, *Seu potius*, En quali dono compleuit mihi votum ſupremum, id eſt, tertium Neptunus? vt ſæpe ſit efferendus mihi filius. ſup. verſ. 1256.

m Hæc crementur, comburantur. *pro more ſepeliendi apud veteres*, Thyeſt. 745. n Athenæ. ſup. verſ. 120. o Phædram.

p Cui malè volebant, terram grauem & tumulum oneroſum precabantur veteres, quò anima, quam ſepulchro vnà cum corpore condi credebant, depreſſa ad beatorum ſedes tardè aut ægrè deuolaret, atque ægrè vltrò citróque ad ſepulchra commearet in ſolennibus funereis: vt contra, cui benè volebant, *tenuem & ſine pondere terram precabantur, leuem ceſpitem aut cippum, vt molliter oſſa cubarent.*

OEDIPVS.

PERSONÆ.

OEDIPVS.	IOCASTA.
CHORVS.	CREON.
TIRESIAS.	MANTO.
SENEX.	PHORBAS.
NVNCIVS.	

ARGVMENTVM.

Graſſante Thebis dira peſtilitate mittitur Delphos Creon conſulturus Apollinem. refert expiandum Laij necem interfectoris exilio. qui cùm ignoraretur, Tireſias fruſtra extiſpicia aggreſſus, per Necromantiam Laij vmbrâ euocatâ intelligit ipſum eſſe regem Oedipum. Negat primùm ille, ſed poſtea, diſquirens, inuenit ſe filium eſſe Laij quem interfecerat, & Iocaſtæ quam in vxorem duxerat. Effoſſis itaque præ pudore atque irâ oculis in exilium abit, & Iocaſta ſe gladio confodit.

ACTVS PRIMVS.

OEDIPVS. IOCASTA.

Oedipus de peſtilentiæ ſæuitia conqueritur.

a *IAm nocte pulſa* b *dubius effulſit dies,*
Et nube mœſtum ſqualidâ exeritur iubar,

a Lipſ. è vet. codice legit, *Iam nocte Titan dubius expulsâ redit*, ad cauendam inanem repetitionem τοῦ *Dies* in quinto verſu. b Diluculum, cre-

Luménque flamma triſte luctifera gerens
Proſpiciet auida peſte [c] *ſolatas domos;*
[d] *Stragémque, quam nox fecit, oſtēdit dies,*
Quiſqu mae regno gaudet ? ô fallax bonum;
Quantū malorū frōte quàm blād ' regis!
[e] Vt alta ventos ſemper excipiunt iuga;
Rupémque ſaxis vaſta dirimētem freta,
Quamuis quieti, verber t fluctus maris:
Imp ria ſic excelſa fortunæ obiacent.
Quàm bene [a] *parentis ſceptra Polybi fugeram,*
Curis ſolutus, exul intrepidus, vagans!
Cœlum Deóſque teſtor, [b] *in regnum incidi.*
Infanda timeo; ne mea genitor manu
Perimatur; hoc me [c] *Delphica* [c] *laurus monent,*
Aliudque nobis indicant maius ſcelus.
[d] *Eſt maius aliud patre mactato nefas?*
Prô, miſera pietas! eloqui fatum pudet.
[e] *Thalamos parentis Phœbus, & diros toros*
Gnato minatur, impiâ inceſtos [f] *face.*
Hic me paternis expulit regnis timor:
[g] *Non ego penates profugus exceſſi meos.*

puſculum, vel *dubium*, id eſt nubilus, qui nō exhalet vapores, nō attenuet nec expurget corruptū aëra: huc enim coaceruantur, *Mæſtū* *ſqualida, triſte, luctifera flāma* e Viduatas, deſtitutas incolis. d Cadauerum eorū qui perierunt hac nocte. e *Perflant altiſſima venti.* vid. v. 1115. Hippol. a Sic enim putabat. Oraculo itaque accepto fore vt patris àſe necari thalamos conſcēdens fœdaret, Corintho in exilium profugit, cætera. vide verſ. 245. Thebaid. b Præter & votum in regnum hoc Thebanum deueni c Oraculum Apollinis Delphici, Laurus autem Apollini ſacra: *Clarij laurus, μαντικὸν φυτὸν, venturi præſcia Laurus*, in igne crepitans fauſtum portendere tacita, inauſpicatum credebatur: hinc δάφνη ex δα intenſiuâ, & φωνεῖν: nec non folia puluillo ſubiecta credebantur vera conciliare ſomnia, vt & manducata ἐνθουσιάζειν, vnde vaticinantes dicti ſunt δαφνηφάγοι. qua & coronati præcinebant vates, & circa templum Delphicum Lauri copiosè creſcebant, inf. verſ. 228. d Hic verſus in nonnullis lib. tribuitur Iocaſtæ.
e Modò verſ. 12.
f Vid. Thab. 263. & 507. g Non mutabam ſolum propter ſcelus

Parum ipſe fidens mihimet, in tuto tua,
Natura poſui iura, cùm magna horreas,
Quæ poſſe fieri non putes, metuas tamen.
Cuncta expaueſco, méque non credo mihi.
h *Iamiam aliquid in nos fata moliri parãt.*
Nam quid rear, quod iſta i *Cadmeæ lues*
Infeſta genti, ſtrage tam latè edita
Mihi parcit vni? cui reſeruamur malo?
Inter ruinas vrbis, & k *ſemper nouis*
Deflenda lacrymis funera, ac populi ſtruẽ,
Incolumis adſto. l *ſcilicet Phœbi reus,*
Sperare poteras ſceleribus tantis dari
Regnum ſalubre? m *fecimus* 1 *cœlum nocens.*
n *Non aura gelido lenis afflatu fouet*
Anhela flammis corda: non Zephyri leues
Spirant 2 *ſed* a *ignes auget æſtiferi Canis*
Titan, b *Leonis terga Nemeæi premens.*
c *Deſeruit amnes humor, atque herbas color.*

aliquod admiſsũ aut puſillanimitatẽ; ſed ne quando (vt prædictum erat) naturæ iura violarem per parricidiũ aut inceſtum.
h Etiã in hac peſte videntur fata magnum aliquod malũ mihi machinari, cùm mihi vni parcatur.
i Thebanæ, à Cadmo conditore.
k Propter cõtinua funera.

l *Ironicè*, quaſi verò Phœbi oraculo in tãta ſcelera dãnat⁹, ſalubre regnũ ſperare audeam: imò ſcelere meo corruptus eſt aër. m Scelere inf. verſ. 631. & Octau. 231. 1 Aër autem corrumpitur à terrenis & inferioribus expirationibus, endemiis 2 A malignâ qualitate ex certa ſiderum configuratione. 3 A vehementi temporum tẽpeſtatumque mutatione, vnde qualitatum exuperantiæ & inæqualitates epidemiæ, quæ omnia cùm hic concurrant, grauis eſt peſtilentia n Aura non refrigerat corda æſtuantia, ſed & peſtifera aura pariter cum ſpiritu in pulmones hauſta in cor penetrat, quod affectioni præparatum propter plethoram, cacochymiam, vel obſtructionem labe, factat arteriarum ſpiritum.

a Quin & Sol primam Leonis partem ingreſſus, Canis ſidus ardentiſſimum, quod exoritur. 29. Gra. Cancri æſtum & calorem adauget. b Herc. Fu. 215. c Vnde & ſtella fulgida in Canis ſidere Sirius dicitur nonnullis, à σειριᾶν, id eſt, ſiccare, arefacere, quod aliis ἀπὸ τοῦ σαίρειν, quòd canes præ ſiti hiſcere faciat.

Arétque d *Dirce, tenuis* e *Iſmenos fluit,*
Et tingit inopi nuda vix vndà vada.
Obſcura cœlo labitur Phœbi f *ſoror;*
Triſtíſque g *mundus* h *nubilo pallet nouo.*
Nullum ſerenis noctibus ſidus micat.
Sed grauis & ater incubat terris vapor.
Obtexit arces cœlitũ, ac ſummas domos
i *Inferna facies,* k *denegat fructum Ceres;*
Adulta & altis flaua cum ſpicis cremat,
Arente culmo ſterilis emoritur ſeges.
Nec vlla pars immunis exitio vacat:
Sed omnis ætas pariter & ſexus ruit,
Iuuenéſque ſenibus iungit, & gnatis patres
Funeſta peſtis, vna fax thalamos cremat:
l *Fletuque acerbo funera & queſtu caret.*
m *Quin ipſa tanti peruicax clades mali*
n *Siccauit oculos: quodq; in extremis ſolet,*
n *Periere lacrymæ. portat hũc* o *æger parens*
p *Supremum ad ignem; mater hunc amens gerit,*
Properátque, vt alium regerat in eundem rogum.
Quin luctu in ipſo luctus exoritur nouus,
q *Suæque circa funus exequiæ cadunt:*
Tum propria flammis corpora r *alienis cremant.*
Diripitur ignis, nullus eſt miſeris pudor.
ſ *Non oſſa tumuli ſancta diſcreti tegunt.*
a *Arſiſſe ſatis eſt, pars quota in cineres abit?*

d Herc Fu.915. Theb. 20. & 116.
e Iſmenos de quo in Herc. Fu 333. fluit tenuis
f Luna.
g Cœlum, vt Herc Fu.18 v. & alibi non rarò.
h Alij leg. *nub. pal one.*
i Tenebræ infernales, vide Herc Fu.705.
k Segetes iam ſpicatæ ardore exareſcunt, & robigine torrentur.
l Eodem rogo cremantur maritus & vxor
m Nemo ſupereſt qui defleat funera, *qui lacryment, deſunt.*
n A vehementi morbi incẽdio; ſiue quòd iam malis obdurati, cũ lacrymas inter ſymptomata & notas peſtis ponant medicorũ filij. o Pater, & ipſe æger. p Rogũ. q Qui funus curabant ſeq; [illegible] turque, in ipſo officio offerẽdi moriuntur. r Alteri cadaueri incenſis. *Etiam reuerentia nulla eſt, D q; rogis pugnant. alienisq; ignibus ardent.* ſ Singulis tumulis vrniſ-ve non conduntur ſancto ritu ſinguli. a Vſtulata tantũ ſunt corpora, non cinefacta.

b *Deeſt terra tumulis: iam rogos ſylua negant.*
Non vota, non ars vlla correptos leuant.
c *Cadunt medentes, morbus* d *auxilium trahit.*
e *Affuſus aris ſupplices tendo manus,*
Matura poſcens fata, præcurram vt prior
Patriam ruentem, né-ve poſt omnes cadam;
Fiámque regni funus extremum mei.
O ſæua nimium numina! ô fatum graue!
Negatur vni nempe in hoc populo mihi
Mors f *tam parata? ſperne letali manu*
Contacta regna, linque lacrymas, funera,
g *Tabifica cœli vitia, quæ tecum inuehis*
Infauſtus hoſpes: profuge iamdudum ocyus,
h *Vel ad parentes.* IO. *quid iuuat, coniux, mala*
Grauare queſtu? i *regium hoc ipſum reor,*
Aduerſa capere: quóque ſit dubius magis
Status, & cadentis imperij moles labat;
Hôc k *ſtare certo preſſius fortem gradu.*
Haud eſt virile, terga Fortunæ dare.
OEd. *Abeſt pauoris crimen, ac probrum procul,*
Virtuſque noſtra neſcit ignauos metus.
Si tela contrà ſtricta, ſi vis horrida
Mauortis in me rueret: aduerſus feros
Audax gigantes obuias ferrem manus.
Nec Sphinga l *cæcis verba nectentem modis*
Fugi, cruentos vatis infandæ tuli
Rictus, & m *albens oſſibus ſparſis ſolum.*
Cúmque è a *ſuperba rupe, iam* b *prædæ imminens,*

b *Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.*
c *Inque ipſos ſæua medentes Erũpit clades, obſuntque autoribus artes.*
d Auxiliatorẽ, medicum.
e Ego itaque (inquit) aduolutus ad aras ſupplex.
f Tam ad manum cæteris.
g Sup. verſ. 36.
h *Emphaſis.* Si non aliò patet miſero profugiũ, vel ad Polybũ & Meropem profuge, *quos ſuos eſſe putabat parentes.* ſup. verſ. 12. & Theb. 245.
i Virtutem ego maximè regiã puto æquanimitatem, & ad res aduerſas benè præparatum pectus.
k *Metaph.* à militibus quibus loco in acie occupato cedere eſt in glorium.
l Ποικιλοδὸν σφίγγα. Theb. 120. m Interfectorũ, qui ęnigma nõ ſoluiſſent. a Quâ toties victrix cõſederat, vel præalta vnde *alij leg.* ſupernâ. b Mihi

c *Aptaret alas, verbera & caudam mouẽs,*
d *Saeui leonis more, concuteret minas;*
e *Carmen popoſci, ſonuit horrendum; inſuper.*
f *Crepuere malæ: ſaxáque impatiens moræ*
Reuulſit vnguis, viſcera exſpectans mea.
Nodoſa ſordis verba, & implexos dolos,
Ac triſte carmen alitis ſolui feræ.

IOC. g *Quid ſera mortis vota nunc demẽs facis?*
Licuit perire, laudis hoc precium tibi
Sceptrum, & perempta Sphingis hæc merces datur.

OEd. h *Ille, ille dirus callidi monſtri cinis*
In nos rebellat, illa nunc Thebas i *lues*
Perempta perdit vna. k *iam ſupereſt ſalus,*
Si quam ſalutis Phœbus oſtendit viam.

quem ſperabant prædam. c *Al. Aptaret alas verbere.* d *Qui viſo cõminus hoſte Sub ſedit dubius, totam dum colligit iram: Mors vbi ſe ſana ſtimulauit verbere cauda,* &c. e Ænigmaticum. *Qui bipes & quadrupes foret, tripes vnus & idem* Theb. 119. f Frendebat. g Si ita vitæ pertæſum eſſet, expeditam tamen mortem tunc effugere voluiſti; cur nunc regno hoc méque ipſâ potitus præmiis, mortem optas? h Peſte hac pœnas repoſcit quòd tum non perierim. i Sphinx. k Solam ſedandæ peſtilitatis ſpem (ſi qua ſit) expectamus ab Apolline, cuius oracula ſciſcitatum miſſus eſt Creon. ſed & ipſe Apollo λοίμιος, ἰήιος, ἀκέσιος: Sol enim aëra rarefacit & expurgat.

CHORVS.

Luis grauitatem deplorat Chorus è Thebanis.

Occidis l *Cadmi generoſa proles*
Vrbe cum tota, viduas colonis
Reſpicis terras: miſeranda m *Thebe,*
Carpitur leto tuus ille, Bacche,
Miles, extremos comes vſque ad Indos,
Auſus Eois equitare campis,

l Thebani. Herc Fu. 914. & 259. m *Vſitatior pluralis Thebæ.* Sed & nomen ſumpſiſſe à veteri illa Thebe Ægyptiâ, vnde Cadmum oriundum aſſerunt nonnulli, potiùs crediderim, quàm à Thebâ, Promethei

Vigere & mundo tua ſigna n *primo.*
o *Cinnamis ſyluas Arabum* p *beatas*
Vidit, & q *verſas equitis ſagittas,*
q *Terga fallacis metuenda Parthi.*
Litus intrauit pelagi r *rubentis.*
Promit hic ortus, aperítque lucem
Phœbus, & flammâ propiore nudos
Inficit Indos.
b *Stirpis inuictæ genus interimus.*
Labimur ſæuo rapiente fato.
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœſti, ſeriéſque triſtis
Hæret; & turbæ tumulos petenti
Non ſatis c *ſeptem patuere portæ.*
d *Stat grauis ſtrages, premitúrque iuncto*
Funere funus.
e *Prima vis tardas tetigit bidentes;*
Laniger pingues f *malè carpſit herbas.*
g *Colla tacturus ſteterat ſacerdos;*
Dum manus certum parât alta vultus,
h *Aureo taurus rutilante cornu*
Labitur ſegnis: patuit ſub ictu
Ponderis vaſti reſoluta ceruix.
Nec cruor ferrum maculauit atrâ
Turpis è plaga ſanies profuſa eſt.

vel Aſopi filiæ.
n Orienti.
o Aliiſq; aromatum ſpeciebus.
p Felicis Arabiæ.
q Thyeſt. verſ. 383.
r Her. Fu. 901. & Thyeſt 370 vnde Bacchus vitam in Græciam tranſtulit.
a Vide quæ ad verſ. 600. Thyeſt.
b Milites Bacchi Indiæ victoris vel pubes Martia ab Hermione Martis filiâ, Cadmi vxore. vel è Spartanis oriundi, quos ſocios in vrbe condẽdâ Cadmus ſumpſit.
c Extra vrbem enim efferebantur, vrebantur, ſepeliebantur. d Longè latéque patet ſtrages. plenus eſt ſtratis cadaueribus locus. e Pecudes priùs inficiuntur peſte quàm homines, quia deiectæ ad paſtum, & in terram pronæ τοὺς νοσώδεις ἐκεῖθεν ἀτμοὺς trahant. & ex his primùm quibus odorãdi præſtantia, vt canes & muli, οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο ϗ κύνας ἀργούς. *vel etiam* quòd iis cerebri maior caliditas quàm homini. f In ſuam perniciem.
g *Stans hoſtia ad aram Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros,* &c. Ouid. Metamorph. 7.
h Diis ſuperis immolabantur victimæ coronatæ, vittatæ, cornibus auratis, & frontem bracteis aureis ornatæ.

Segnior curſu ſonipes [i] *in ipſo*
Concidit gyro dominúmque prono
Prodidit armo.
Incubant pratis pecudes relicta:
Taurus armento pereunte marcet.
Deficit paſtor grege diminuto,
Tabidos inter moriens iuuencos.
k *Non lupos cerui metuunt rapaces.*
Ceſſat irati fremitus leonis;
Nulla villoſis feritas in vrſis.
a *Perbibit peſtem latebroſa ſerpens;*
Aret, & ſicco moritur veneno.
Non ſylua ſuâ decorata comâ
Fundit opacis montibus vmbras.
Non rura virent vbere gleba.
Non plena ſuo vitis Iaccho
Brachia curuat
Omnia noſtrum ſenſere malum.
b *Rubere Erebi clauſtra profundi*
c *Turba ſororum face Tartarea:*
d *Phlegethónque ſuâ motam ripâ*
e *Miſcuit vndis Styga Sidoniis.*
Mors alta auidos oris hiatus
Pandit, & omnes [f] *explicat alas.*
g *Quique capaci turbida cymbâ*
Flumina ſeruat durus ſenior,
Nauita [h] *crudus, vix aſſiduo*
Brachia conto laſſata refert,
Feſſus turbam vectare nouam.

i *Tremulo medios abrumpit poplite gyros,* ait Lucan. 6.
k *Non Lupus inſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum Cura domat: timidi damæ ceruíque fugaces Nunc interq; canes & circum tecta vagantur.* Virgil. Georg. 3.
a Ex aëre corrupto. alij legunt *Perdidit.* q.d. vtque feræ rabiem, ita ſerpentes virus ſuum amittebant, & ipſæ maiori cedentes.
b *Sæuit & in lucem Stygiis emiſſa tenebris Pallida Tiſiphone, morbos agit ante.* 3. Georgic.
c Furiarum agmina Hercul. Fur. 87.
d Flu. ardens Thyeſt. 73. atque huius, propter ardorem peſtilentiæ, meminit.
e Miſcet terras infernales aquas Thebanis, Cadmus a. è Sidone venit. Herc. Fur. 916.
f *Metaph. vel quod* Mors, vt & ſomnus frater eius, alata fingitur, vt quæ celeriter & inopinatò veniat.
g Charon Stygius portitor.
h *Nam cruda Deo viridiſque ſenectus.*

i *Quin Tænarij vincula ferri*
Rupiſſe canem fama, & noſtris
Erraſſe locis; mugiſſe ſolum;
Vaga per lucos ſimulacra virûm
k *Maiora viris: his Cadmeum*
Niue diſcußâ tremuiſſe nemus,
Bis turbatam ſanguine m *Dircen:*
Nocte ſilenti a *Amphionios*
Vlulaſſe canes.
b *O dira noui facies leti,*
Grauior leto! c *piger ignauos*
Alligat artus c *languor; & ægro*
d *Rubor in vultu;* e *maculæque caput*
Sparſere leues: tum f *vapor ipſam*
Corporis arcem flammeus vrit;
g *Multóque genus ſanguine tendit.*
h *Oculique rigent, &* i *ſacer ignis*
Paſcitur artus. k *reſonant aures,*
l *Stillátque niger naris adunca*
Cruor, & venas rumpit hiantes.
m *Intima creber viſcera quaſſat*
Gemitus ſtridens. n *tunc amplexu*

i Fama eſt Cerberum rupiſſe ferream catenã qua ligatus eſt ad Tænarũ, de quo in Her. Fu. 589 cui fabulæ occaſionẽ ferũt dediſſe ſerpentem quendã in Tænaro, quem quod mortis è veſtigio necat, quidã canẽ nominarunt, atque hunc ab Hercule ad Euriſtheum productum. k Thyeſt. 672. & quæ ſeq. à verſ. 666. l Thebanum, in quo Cadmus ſerpentem interfecit, terræ motu tremuiſſe. m Theb. 20 & 126. manaſſe fontes ſanguine. a Thebanos ab Amphione Her. Fu. 260. & 914. b *Deſcribit peſtis notas & ſymptomata.* c Infecto corde, vires omnes præcipuè vitales infringuntur, & ſpiritus languent. d *Flammæq; latentis* (id eſt, vehementis caloris morbi) *Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus igni.* e Puſtulæ, & exanthemata purpurea, nigra, viridia. f Tetri vapores & calidi ſublati cerebrum incendunt, grauantq; caput, in quo tanquam in arce & ſpiculâ locauit Deus ſenſuum organa, mentiſq; & rationis ſedem. g *Tumēt diſtētæ ſanguine genæ.* h *Oculos ſtupor vrget inertes.* i Eryſipelas, herpes, quem, cum tumor ſit è feruenti ſanguine ortus, pro peſte ponit, vel peſtis comite. k *Sollicitæ porro plenæq; ſonoribus aures.* Lucret. l *It naribus ater Sanguis*, propter corruptionem & humorum aduſtionem. m *Imaque longo Ilia ſingultu tendunt*, ob ventriculi conuulſionem. n Interiùs æſtuãtes refrigerium petunt, marmora amplexantes, & humi ſtrati. *Non ſtra-*

Frigida preſſo ſaxa fatigant,
o *Quos liberior domus elato*
Cuſtode ſinit petit iſ fontes,
Alitúrque ſitis latice ingeſto.
Proſtrata iacet turba per aras,
Orátque mori. ſolum p *hoc faciles*
Tribuere Dei. delubra petunt;
q *Haud vt voto numina placent,*
Sed iuuat ipſos ſatiare Deos.
Quiſnam ille propero regiam greſſu petit?
Adeſtne r *clarus ſanguine, ac factis Creon?*
An æger animus falſa pro veris videt?
Adeſt, petitus omnibus votis Creon.

ACTVS SECVNDVS.

OEDIPVS. CREON.

Reuerſus Delphis Creon nunciat iubere Deum vt mors Laij expurgetur, nec prius ceſſaturam peſtem quàm in exilium mittatur interfector eius; de quo quia non nominatur, ambigitur.

Oed. HOrrore quatior, a *fata quò vergant, timens,*
Trepidúmq; b gemino pectus euentu labat.
Vbi læta duris miſta in ambiguo iacent,
Incertus animus ſcire cùm cupiat, timet.
Germane noſtræ coniugis, feſſis opem
Si quam reportas, voce properatâ edoce.
Cr. *Reſponſa dubia ſorte* c *perplexâ latent.*

tum non vlla pati, &c Ouid. 7. Metam. *Nec ſit Corpꝰ humo gelidú, ſed humus de corpore feruet*
o Ægri aſſumptâ libertate ex morte moderatorum qui eos curabant, *Fontibus & fluuiis puteiſq; capacibus hærent, Nec ſitis eſt extincta prius quã vita bibendo.*
p Mori.
q Deploratâ quidem ſalutis ſuæ ſpe, ſed vt Diis exprobrarent crudelitatem.
r Iocaſtæ frater.
ſ Sup. v. 109.

a Reſponſum Apollinis fatidicum.
b Felici, in infelici.
c Namque obſcuris vera inuolués ambages canit Apollo, ab obſcuritate & ἀμφιβολογίᾳ reſpõſorum λοξίας cognominatus, vnde Cru-

OEd. Dubiam ſalutem qui dat afflictis, negat.
Cr. c *Ambage nexa Delphico mos eſt Deo*
Arcana tegere. OEd. *fare; ſit dubium licet:*
d *Ambigua ſoli noſcere Oedipodæ datur.*
Cr. *Cædem expiari regiam exilio Deus,*
Et interemptum Laïum vlciſci iubet.
Non antè e *cælo lucidus curret dies,*
Hauſtúſque tutos ætheris puri dabit.
OEd. *Ecquis peremptor incliti regis fuit?*
Quẽ memoret, ede, Phœbus; vt pœnas luat.
Cr. *Sit, precor, dixiſſe tutum; viſu & auditu horridum.*
Torpor inſedit per art⁹, frigid⁹ ſanguis coit.
Vt ſacrata templa Phœbi ſupplici intraui pede,
Et pias, numen precatus, rite ſummiſi manus:
f *Gemina* g *Parnaſſi niualis arx trucem ſonitum dedit,*
Imminẽs Phœbea h *laurus tremuit, & mouit domum,*
Ac repente i *ſancta fontis lympha Caſtalij ſtetit.*
Incipit k *Lethea vates* l *ſpargere horrentes comas,*
Et pati a *commota Phœbum, contigit nondum* a *ſpecum,*

ſerian⁹ codex habet, *Ambageſlexa*, quem tamen alii ita dictum autumant ab obliquo ſolis curſu, vel tranſuerſis radiis. d Quod dudũ in Sphingis ænigmate feci. e Vide ſup. v. 36. & 109. f Duo vertices Tithoreus & Hyampeus, *qui Phœbo Bromióque ſacri.* g Mõtis Phocidos, dicti à Parnaſſo Neptuni filio, vel potiùs à Deucalionis arcâ, quã λάρναχα vocãt, huc primũ à diluuio delatâ. h Sup. verſ. 16. i Fontis ad radicẽ Parnaſſi Muſis ſacri. k Virgo, ſeu mulier Phœbas numine inflata, furens, decoris & ſui oblita, nam λήθη obliuio eſt, vide Herc Fu. 679. l *Non compta manſere coma, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument, maiórque videri, Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando. Iam propiore Dei.* a Temulenta ſpiritu, quem ἆσθμα δαιμόνιον vocant, exhalante è ſpecu Delphico, quo cùm paſcentes non procul ab ipſo ſpecu. capras ſuas correptas laſciuire animaduertiſſet paſtor quidam Coretas nomine, & ipſe periculũ

Emicat vaſto fragore maior humano ſonus.

b MITIA CADMEIS REMEABVNT c SIDERA THEBIS,
SI PROFVGVS d DIRCEN ISMENIDA LIQVERIS HOSPES,
e REGIS CÆDE NOCENS, PHOEBO IAM NOTVS ET INFANS.
NEC TIBI LONGA MANENT SCELERATÆ GAVDIA CÆDIS:
f TECVM BELLA GERES; GNATIS QVOQVE BELLA RELINQVES,
g TVRPIS MATERNOS ITERVM REVOLVTVS IN ORTVS.

OEd. h *Quod facere monitu cœlitum iuſſus paro,*
Functi cineribus regis hoc decuit dari,
Ne ſancta quiſquam ſceptra violaret dolo.
i Regi tuenda maxime regum eſt ſalus.
Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.

Cr. *Curam perempti* k *maior excuſſit timor.*

OEd. *Pium prohibuit vllus officium metus?*

Cr. *Prohibent* k *nefandi carminis triſtes minæ.*

OEd. *Nunc expietur numinum imperio ſcelus.*

rei factur' acceſſit, ingreſſuſque afflari & futura præcinere cœpit, atq; hinc extructũ eſt inibi adytũ, in quo & pegma, quo inſcẽſo vaticinaretur Phœbades. Innitebatur id triplici baſi, propterea illi tripodis nomen eſt inditũ, hinc & Pythius dictus à πύθοιος, id eſt afflatu ex putredine terræ orto. b Rite autem hoc carminis genere refert Creõ reſponſum; nã Hexametrũ Pythio Apollini debetur, *hæc dicta per carmina ſortes* : ἐξ' ἔπος dictum quòd hoc carminis genere ἔπεμπε τὰ σφάγματα τοῖς χρησμοῖς, vel etiam κατ' ἐξοχήν. c Sanitas & aëris puritas è miti & benignâ ſiderum configuratione, ſup. verſ. 36. d Thebas, iuxta quas fons Dirce, cuius aqua in Iſmenum fluit. e Vide Theb. 241. Quæ OEdipo euenerunt, namque & ipſe ſibi oculos effodit, filiiſque duellum ortum eſt de regno. g Per inceſtum matrimoniũ. *videtúrque hic verſus locũ habere ante duos verſus præced.* h Vindictã, quam oraculo monitus paro, oportuit iam tùm ſub ipſo regis funere peractam fuiſſe. i Cędęm regis vlciſci, regni & iuſtum & vtile. k Nę, ex oraculo, Laij interfector

Quiſquis

Quiſquis Deorum regna placatus vides
a *Tu, tu, penes quem iura præcipitis poli;*
b *Túque, ô Sereni maximum mundi decus,*
c *Bis ſena curſu ſigna qui vario regis,*
d *Qui tarda celeri ſæcula euoluis rotâ:*
e *Sorórque fratri ſemper* f *occurrens tuo,*
Noctiuaga Phœbe; g *quique ventorum potens*
Æquor per altum cœrulos currus agis;
Et h *qui carentes luce diſponis domus;*
Adeſte: cuius Laius dextrâ occidit,
i *Hunc non quietum tecta, non fidi lares,*
k *Non hoſpitalis exulem tellus ferat.*
Thalamis pudendis doleat, & prole impiâ.
Hic & parentem dextera perimat ſua;
Faciátque (num quid grauius optari poteſt?)
l *Quidquid ego fugi. non erit veniæ locus.*
Per regna iuro, quæque nunc hoſpes regò,
Et quæ reliqui, pérque penetrales Deos:
Per te, m *pater Neptune, qui fluctu breui*
n *Vtrimque noſtro geminus alludis ſolo:*
Et ipſe noſtris vocibus teſtis veni,
Fatidica vatis ori o *Cirrheæ mouens.*
p *Ita molle ſenium ducat, & ſummum diem*
Securus alto degat in ſolio parens,
Soláſque Merope nouerit Polybi faces,
Vt nulla ſontem gratia eripiet mihi.

Iocaſtam duceret. a Iupiter, b Phœbe, ſeu ſol. c Qui luſtras duodecim ſigna zodiaci circuli obliqui. Vide quæ v. 834. Thyeſt. d Phœbe, ſeu Luna, quę propter coniunctionē ſoli occurrere videtur. Ibid. 836. e Neptunus, non Æolus. f Pluto. g Quas inſcius interfectoris Laii imprecatur, in ſuū ipſius caput ceciderant, vel etiā caſuræ erant oēs hæ diræ. h Nec enim admiſerunt eū Atheniēſes, vt habet Sophocles in Oedip. Colonæo.

i Parricidium & inceſtum quæ ſe effugiſſe credit. ſup. verſ. 12. k Ωκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται, *Oceanusq; pater rerum*, ex opinione Thaletis qui omnia ex aquis putauit generari, cùm nihil ſine humore naſci poſſit. l Iſthmo in quo Corinthus, ſuum, vt credidit ſolum. m A Cirrha Phocidis oppido, vbi Apollinis oraculum, id eſt, ipſe Apollo veni teſtis; per te iuro. n Sic pater meus (vt putauit) Polybus non à me interficiatur, imo in longum feliciter extendat æuum: & Merope (quæ & aliis Peribæa) mater non mihi nupta, ſola ſciat nuptias Polybi vt ego non pé-

Sed quo nefaſtum facinus admiſſum loco eſt,
Memorato. aperto Marte, an inſidiis iacet?
Cr. g *Frondifera* h *ſanctę nemora Caſtaliæ*
i *petens,*
Calcauit altis obſitum dumis iter,
i *Trigemina quà ſe ſpargit in campos via.*
Secat vna gratum Phocidos Baccho ſolum,
Vnde altus k *ima deſerit, cœlum petens*
Clementer arcto colle, Parnaſſus l *biceps.*
At vna bimares m *Siſyphi terras adit,*
n *Olenia in arua: tertius trames caua*
Conualle ſerpens, tangit o *errantes aquas,*
Gelidúmque dirimit o *amnis Elei vadum:*
Hic p *pace fretum, ſubita prædonum manus*
Aggreſſa ferro, a *facinus* b *occultum tulit.*
In tempore ipſo, c *ſorte Phœbea excitus.*
Tireſia tremulo tardus accelerat gradu,
Coméſque Manto luce viduatum trahens.

percero interfectori Laij. g Laurifera ſup. verſ. 16. h Sup. v. 229. i Laïus ad oraculum Delphicū proficiſcēs, qua triuiū ducit Thebas, Corinthum,& in Atticam. k Valles, planitiem. l Sup.ver.227. m Cercyrā in Iſthmo primùm cōdidit Siſyphus latro Æoli filius; deinde aucta ab Ephyre Oceani filiâ Ephyra dicta eſt, ad ſummum à Corintho Marathonis filio Corinthus nominata. n Bœotiam vbi Olenus vrbs. o Alphei, vid. Thyeſt.119. p Atque ita paucis ſtipatū. a Cædem regis. b Sine indicio. c Oraculo Phœbi monitus & iuſſus. d Filiáque patrem ducens.

OEDIPVS. TIRESIAS.
MANTO.

Tireſias per aruſpicium eruere Laij interfectorem tentat, ſed re propter triſtia extiſpicia infectâ ad necromantiam ſe conuertit.

OEDIPVS.

SAcrate diuis, f *proximum Phœbe caput,*
Reſponſa ſolue; g *fare quem pœna petat.*

e Ω πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε ἄῤῥητά τ', οὐράνιά τε, &c. Soph. in Oedipo tyranno, vnde pleraque huius Tragœd. deſumpta ſunt. f In diuinatione Apollinis ſecundum, nam & Tireſiæ oraculum fuit.
g Diuina & indica quis ſit ille Laij interfector, quem fata ad pœnas poſcant.

Tir. h *Quod tarde fatum, lingua quòd quærit moras,*
Haud te quidem, magnanime, mirari addecet:
Viſu carentem magna pars veri latet.
Sed quò vocat me patria, quò i *Phœbus, ſequar.*
Fata eruantur, ſi foret viridis mihi
Calidúſq; ſanguis, k *pectore excuterē Deū:*
Appellite aris candidum tergo bouem,
Curuóque nunquam colla depreſſum iugo.
Tu lucis inopem, gnata, genitorem regens,
Manifeſta ſacri ſigna fatidici refer.
Man. l *Opima ſanctas victima ante aras* m *ſtetit.*
Tir. *In vota ſuperos voce ſolenni voca,*
Aráſque dono thuris n *Eoi extrue.*
Man: *Iam thura ſacris cœlitū ingeſſi focis.*
Tir. *Quid flamma?* o *largas iámne comprendit dapes?*
Man. p *Subito refulſit lumen, & ſubito occidit.*
Tir. *Vtrúmne clarus ignis, & nitidus ſtetit,*
Rectúſque purum q *verticem cœlo tulit,*
Et ſummā in auras fuſus explicuit q *comā?*
An latera circa ſerpit incertus via,
Et a *fluctuante turbidus fumo labat?*
Man. *Non vna facies mobilis flammæ fuit:*
b *Imbrifera qualis implicat: varios ſibi*
Iris colores, parte quæ magnâ poli
d *Curuata picto* d *nunciat nimbos ſinu:*

h *Excuſat ſe vates per ſeniū & cæcitatē non valere vaticinio, velle autem exquirere per extiſpicia.*
i Sup.ver.288. Phœbi oraculum.
k Conceptum pectore numē Phœbi excutere laborarē, id eſt, vaticinarer, cùm autē non valeā ſufferre furorē, & impetum inſidentis Dei, ſiſtite ante aras bouem candidum, iniugem; Diis ſuperis hoſtiam.
l Herc. F. 908.
m *Rituale.* placida, non reluctans. inf. verſ. 336.
n Sabæi.
o An carnes impoſitas auidè depaſta eſt? *quod lætum ſignum.*
p *Signum triſtē Oedipo portendens ſubitā ruinam è ſtatu regio, quo ſubitò euectus fuerat.* q Flammas. a Non rectâ aſcendente. b Pluniæ prænuncia, nube iam in pluuiam reſolui paratâ. c Puniceum, viridem; cœruleū. d In arcum curuata ſemicirculo minorem, cuius ratio eſt cùm roſcidus humor

Quis deſit illi, quiſue ſit dubites color:
Cærulea fuluis miſta oberrauit notis;
Sanguinea rurſus; vltimùm a *in tenebras abit.*
Sed ecce pugnax ignis b *in partes duas*
Diſcedit, & c *ſe ſcindit vnius ſacri*
Diſcors fauilla. genitor, horreſco intuens,
d *Libata Bacchi dona permutat cruor,*
e *Ambitque denſus regium fumus caput.*
Ipſoſque circa ſpiſſior vultus ſedet.
Et nube denſa ſordidam lucem abdidit.
Quid ſit, parens, f *effare.* Tir. *quid fari queam*
Inter tumultus mentis attonita vagos?
Quid nam loquor? ſunt dira, g *ſed in alto, mala.*
Solet ira certis numinum oſtendi notis.
Quid iſtud eſt, quod eſſe prolatum volunt,
h *Iterùmque volunt, & truces iras tegunt?*
Pudet Deos i *neſcio quid. huc propere admoue,*
Et ſparge ſalſa colla k *taurorum* l *molâ.*
m *Placidóne vultu ſacra, & admotas manus*
Patiuntur? Man. *altum taurus attollens caput,*
Primos ad ortus poſitus, n *expauit diem;*
Trepidúſque vultum ſolis, & radios fugit.

quaſi ſubiectũ tùm ſolis quaſi efficiẽtis ſuperior pars, quorũ vtrunq; pyramidale. a Flamma hęc nigra apparet vel extinguitur, quod *Pyromanticè cæcitatẽ Oedipo prædicit.* b *Quod deſignat fratres Etheoclẽ & Polynicem in viuis diſcordes, mutuiſq; vulneribus occubituros, atq; vbi eidem rogo imponentur, flammã ſe diuiſuram.* c *Horrendũ dictu, latices nigreſcere ſacros, Fuſaque in obſcœnũ ſe vertere vina cruorem.* d Hoc etiam è Capnomantiâ regi cęcitatem portendit. e Diuinare. f Sed obſcuritatis caligine tecta, ne eruẽda facilè. g Sequentia enim ſigna offuſcant priora, & hũc referri poteſt illud verſ 320. *vltimum in tenebras abit* h *Inceſtum innuitur OEdipi cum matre.* i Maſculi & fœmellæ, vt apparebit ex ſeq. verſ. 337 & 341. *quorum ille OEdipum, hæc Iocaſtam refert* k Vid. Hippol. 497. l Piaculare enim ſacrum & ingratũ cenſebatur, ſi hoſtia aris admota refugeret, reluctaretur, mugitum icta daret, aut non placidè & rectè caderet. l *Hoc etiam Hieroſcopio regis cæcitas prædicitur,*

Tir. [a] *Vnóne terram vulnere afflicti petiit?*
Man. [b] *Iuuenca ferro ſemet* [c] *oppoſito induit,*
Et vulnere vno cecidit: [d] *at taurus, duos*
Perpeſſus ictus, huc & huc dubius ruit,
Animámq; feſſus vix reluctãtem exprimit.
Tir. *Vtrum citatus vulnere anguſto micat,*
An lentis altas irrigat plagas cruor?
Man. [e] *Huius per* [f] *ipſam, quâ patet pectus,* [g] *viam*
Effuſus [h] *amnis huius* [k] *exiguo graues*
Maculantur ictus [i] *imbre: ſed verſus retro*
Per ora multus ſanguis, atque oculos redit.
Tir. [m] *Infauſta magnos ſacra terrores ciet.*
Sed ede certas viſcerum nobis notas.
Man. *Genitor, quid hoc eſt? non leui motu, vt ſolent,*
Agitata trepidant [n] *exta, ſed totas manus*
Quatiunt: [o] *nouiſque proſilit venis cruor.*
[p] *Cor marcet ægrum penitus, ac merſum latet;*
Liuéntque venæ; [q] *magna pars fibris abeſt;*
Et [r] *felle nigro tabidum ſpumat iecur.*
Ac, ſemper omen vnico imperio graue,
En [ſ] *capita paribus bina conſurgunt toris;*
[u] *Sed vtrumq; cæſum tenuis abſcondit caput*
Membrana, latebram rebus ocultis negans.

a Quoto mallei ictu cadunt victimæ? *hoc enim obſeruatũ in aruſpicinâ.*
b *Sic Iocaſta vno vulnere ſe occidit.*
c Al. *Impoſito.*
d Oedipus binis vulneribus oculorum cæcus errauit, & vix tandem apud *συμπαθὲς ϑεὰς* mortem oppetiit.
e Vulnus.
f Copia ſanguinis.
g Modico cruore.
h. *Terruit ipſe color vatem, &c.* Lucan. 1. *Et ominoſa hac exta.*
i Thyeſt. 383.
k *Iuuenum Etheocl. & Polynicu*, vel lege *nouuſque*, id eſt, non ſolitus & vſitati coloris.

l *Oedipus.* m *Fratrum concordia deficit.* n *Odio fratrum.*

o In extis obſeruabant maximè ſummitates fibrarum, τὰ κυρτὰ, & iecoris caput, quod ex natura vnum, ſi quando duo reperirentur, ominoſum, & præter naturam, *ſed & imaginaria erant capita. de quibus mox.*

p Sed vtrunque caput iecinoris, quod triſte eſt oſtentum, cum deliteſcat in tenuis membranæ inuolucris, velle Deos hæc in præſens celari ſignificat, verùm paruo interiecto tempore nata fore.

o *Hoſtile valido robore inſurgit latus,*
o *Septémque venas tendit. has omnes retro*
Prohibens reuerti p *limes* q *obliquus ſecat.*
Mutatus ordo eſt; ſede nil propria iacet;
Sed acta r *retro cuncta. Non* ſ *animæ capax*
In parte dextra pulmo ſanguineus iacet.
Non læua cordis regio; a *non molli ambitu*
Omenta pingues b *viſcerũ obtendunt ſinus:*
Natura verſa eſt? nulla lex vtero manet.
Scrutemur vnde tantus hic extis rigor:
Quod hoc nefas? c *conceptus innuptæ bouis,*
Nec more ſolito poſitus, alieno in loco
Implet parentẽ. mẽbra cum gemitu mouet,
Tremulo rigore debiles artus micant;
Infecit atras liuidus fibras cruor,
c *Tentántq; turpes mobilem trunci gradum;*
Et inane ſurgit corpus, ac ſacros petit
Cornu miniſtros; viſcera effugiunt manum.
d *Neque ipſa, quæ te pepulit, armenti grauis*
Vox eſt, nec vſquam territi reſonant greges.
Immugit * *ara ſegnis, & trepidant foci.*
Oed. *Quid iſta ſacri ſigna terrifici ferant,*
Exprome: voces aure non timidâ hauriam.
e Solent ſuprema facere ſecuros mala.
Tir. f *His inuidebis, quibus opem quæris, malis.*

o Aruſpices quidem mente & imaginatione diuidebant exta duas in partes; hanc amicis tributã *Familiarem*, illam inimicis *Hoſtilem* vocabant, deinde ex vtriuſq; partis habitu euẽtura coniiciebant. hic itaq; ariolatur de viribus aduerſæ partis. ſc. Polynicis cum ſex aliis ducibus, *quos 7. venæ denotant.*

p Fiſſum, ſeu linea commẽtitia ex mente aruſpicis, exta bipartito diuidens.

q Hoſtilis, vel tranſuerſus cùm ſit, oſtendit hoſtes non reuerſuros, *ceciderunt autem duces ante Thebas ad vnum Adraſtum.* r Inuerſa. ſ Spiritus & aëris vitalis capax. a Manu tentans viſcera, ex diſtento, & rigido vtero concepiſſe forſan iuuencam miratur. inf. v. 373. *atque hæc intellige de Iocaſtæ partu ex illicito concubitu.*

b Ioſ. Scalig. legit *viſceri.* c Victimæ femineæ ſurgere & effugere conantur, ſed fruſtrà. d Nec mugitus quẽ audis, boum eſt, ſed ſanguinis in aris. * Al. *aris ignis.* e Extrema mala timorem tollunt, deſperatoſque reddunt. f Hæc mala magna quidem ſunt, non tamen extrema: quin imo, ſi cum imminentibus conferantur, vna ſunt, atque ita erit cur his præſentibus inuideas.

Oed. g *Memora, quod vnum ſcire cœlicolæ volunt*
Contaminarit rege quis cæſo manus.
Tir. *Nec* h *alta cœli pinna quæ lenis ſecat,*
Nec i *fibra viuis rapta pectoribus poteſt*
Ciere k *nomen. alia tentanda eſt via.*
l *Ipſe euocandus noctis æternæ plagis*
Emiſſus Erebo, vt cædis auctorem indicet.
Reſeranda tellus. Ditis implacabile
Numen precãdum. m *populus infernæ Stygis*
Huc extrahendus. ede, cui mandes ſacrum.
a *Nam te, penes quem ſumma regnorum eſt, nefas*
Inuiſere vmbras. Oed. b *Te, Creo, hic poſcit labor,*
Ad quem ſecundum regna reſpiciunt mea.
Tir. *Dum nos profundæ clauſtra laxamus Stygis,*
c *Populare Bacchi laudibus carmen ſonet.*

g Effare tantùm quod oraculum patefieri vult, quis Laïum interfecerit. h Augurium. alij ne ſit iambus in quinto loco leg. *quæ læuiſecat*, vt ſit ordo, nec pinna quæ ſecat alta cœli læui, &c. de læui autẽ cæli parte, vide Thye. 595. i Aruſpicina. k Regicida nomen. l Per necromantiam, vel Sciomantiam euocandus eſt ab inferis Laïus, vel vmbra Laij. m Vmbræ. a Ex religione hoc, an ex adulatione? an fortaſſe reſpexit poëta ad ritum Romanorum, apud quos Diali Flamini non licuit locum, in quo buſtum erat, ingredi, nec mortuum attingere? b Sufficit huic negotio Creonta. c Pop. Thebano peculiare & ſolenne. nam & Bacchus Thebanus.

CHORVS.

Canit Chorus dithyrambum, qui Bacchi geſta, & inuenta continet.

E*Ffuſam* d *redimite comam nutante* * *corymbo,*
Lucidum cœli decus, huc ades votis,

* Vide inf. verſ. 414. d O Bacche redim. com. *atque hac tranſpoſitio præferenda vulgatæ lectioni, vbi Chorus populares, ſeque*

Mollia [a] *& Niſæis armata brachia* [b] *thyrſis,*
Quæ tibi nobiles Thebæ, Bacche, tua
Palmis ſupplicibus ferunt.
Huc aduerte fauens [c] *virgineum caput,*
[d] *Vultu ſidereo diſcute nubila,*
Et [e] *triſtes Erebi minas,*
[f] *Auidúmque fatum.*
Te decet vernis comam [g] *floribus cingi,*
Te caput [h] *Tyriáos bibere mitrâ,*
[i] *Ederáue mollem baccifera*
Religare frontem.
Spargeer effuſos ſine lege crines,
Rurſus [k] *adducto reuocare nodo.*
[l] *Qualis iratam metuens nouercam*
Creueras, falſos imitatus artus,
Crine flauenti ſimulata virgo,
Luteam veſtem retinente Zona.
Vnde tam molles placuere cultus,
Et ſinus [m] *laxi, fluidumque* [n] *ſyrma?*
Vidit aurato reſidere curru,
[o] *Veſte cùm longa regeres leones,*
[p] *Omnis Eoæ plaga vaſta terræ,*
Qui bibit [q] *Gangem,* [r] *niueumque quiſquis*

in vicem horta tur, & tertium huius Chori carmen eſt: ſecundum verò tertio loco ponitur ſic. *Mollia*, &c. *Lucidum*, &c.

a Decē Niſæ ſunt quoties autē nullo adiecto reſtringitur, Arabiæ illa intelligēda eſt, propè quā in antro Bacchus à nymphis eſt enutritus, vel Indica à Libero patre condita. b Bacchꝰ enim idē cum Sole, qui *crinitus* ſc. radiis: *perpetuò Iuuenis* quia in curſu conſtās, & omnia viuificans; *formoſus*, quippe omnia illuſtrans. Et hicritè inuocatur quia λοίμιος, vt ſup verſ. 39. & 109. c Herc. Fu. 473. d Sup. 160. & deinceps. e Mortem inſatiabilem. f Vnde ἄνθιος dictus. g Purpureâ, *vel* Lydiâ Herc. Fur. 470. h Hederâ quæ corymbos nigros fert, ſe Bacchus coronauit, vel propter ſimilitudinem quā habent folia, & fructus cum vite: vel quod corollæ hederaceæ inſitâ frigiditate vapori reſiſtunt, viniq; potentiā ſiſtunt. i Collecto in nodum, & in terga reiecto. k Qualis infeſtā pellicibus Iouiſq; filiis Iunonem metuens; virginis os habitumq; gerens latebras in antro Nyſæo. ſup. 405. l Diſcincti. m Herç. Fur. 474. n Cùm ſyrmate veſte longa & muliebri indutus regeres leones currū tuū trahentes, vt & tigres. & lynces o Orientales mundi partes, India maximè, & Scythia ſup. verſ. 114. p. Indiæ flu. q Armeniæ flu. niuibus auctum, vel frigidum, additu. *Frangit*, vel gelu con-

Frangit a *Araxem.*
Te ſenior turpi ſequitur b *Silenus aſella,*
c *Turgida pampineis redimitus tempora ſertis.*
d *Condita laſciui deducunt* e *orgia* f *myſtæ.*
Te g *Baſſaridum comitata cohors,*
Nunc h *Edonÿ pede pulſauit*
Sola i *Pangai, nunc Threicio*
Vertice Pindi; nunc k *Cadmeas*
Inter matres impia l *Mænas*
Comes m *Ogygio venit* n *Iaccho,*
o *Nebride ſacrâ præcincta latus.*
Tibi comota pectora p *matres*
Fudere comam: thyrſumque leuem
Vibrante manu, iam poſt laceros
Pentheos artus q *Thyades* *œſtro*
Membra remiſſa, r *velut ignotum*
Videre nefas.
Ponti regna tenet nitidi ſ *matertera Bacchi,*
Nereidumque choris Cadmeia cingitur Ino.
Ius habet in fluctus magni puer aduena ponti.

ſtrictū; vel ratibus ſecat, vel reſpicit ad nomen fluuij ab ἀῤῥάσσω frango. a Alumnus & nutritor Bacchi. b *Inflata heſterno vt ſemper Iaccho.* c Nonniſi initiatis reuelāda, variis obſita frondibus; nō ſub dium rapienda. d Bacchanalia, ab ὀργῆς furore, vel τῶν ὀρῶν montibus, qui reſonant nocturno Bacchantium clamore, vel ἀπὸ τῦ εἴργειν ab arcēdo à myſteriis profanos. e Myſteriorū periti, initiati ſacris à μύω. f Bacchi miniſtrorum, ἀπὸ τῦ βάζειν à vociferando, vel à vulpinis pellibus quibus cingebantur, Baſſares enim Thracibus ſonat vulpes (qua ratione & ſcortum deducitur, & Baſſa. is pro meretrice ſæpe vſurpatur) *alii* à demiſſa, & talari veſte qua induebantur Bacchi miniſtri. g Thraci ab Edone monte. h Thraciæ promontorij Macedoniam verſus. i Thebanas. k Baccha à μαίνεσθαι. l Thebano ab Ogyge rege. m Baccho, ἀπὸ τῦ ἰάκχειν, à vociferatione ebriorum. n Hinnuli pelle Baccho ſacrâ qua ipſe amiciebatur, vnde νεβρώδης dictus, & νεβριδόπεπλος. o Thebaid. verſ. 17. p Bacchico furore percitæ, à θύω, feror impetu. q Furore Bacc. *Metaph.* ab aſilo, inſecto volatili quod pecudes infeſtat. r Sanæ menti reſtitutæ lugebant facinus, quod furiatæ admiſiſſent. ſ Ino. Thebaid. 23.

z *Cognatus Bacchi, numen non vile, Palæmon.*
* *Te Tyrrhena, puer, rapuit manus,*
Et tumidum Nereus poſuit mare,
Cærula cum pratis mutat freta.
Hinc verno platanus folio viret,
Et Phœbo a *laurus carum nemus:*
Garrula per ramos auis obſtrepit.
Viuaces ederas ramus tenet.
Summa ligat vitis b *carcheſia.*
c *Idæus prora fremuit leo.*
Tigris puppe ſedet d *Gangetica.*
Tum pirata freto pauidus natat,
Et noua demerſos facies habet:
Brachia prima cadunt prædonibus,
Illiſumque vtero pectus coit:
Paruula dependet lateri e *manus,*
Et dorſo fluctum f *curuo ſubit,*
g *Lunata ſcindit cauda mare,*
Et ſequitur f *curuus fugientia carbaſa delphin.*
Diuite h *Pactolus vexit te Lydius vnda,*
Aurea torrenti deducens flumina ripa.
Laxauit victos arcus, Geticáſque ſagittas,
Lactea i *Maſſagetes qui pocula ſanguine miſcet.*
k *Regna ſecurigeri Bacchũ ſenſere Lycurgi.*
Senſere terræ l *te Ducûm feroces:*
Et quos vicinus Boreas feris

z Sororinus Palæmon, factus Deus maris Portumnus, ibid.
* Piratæ Tyrrheni rapuerāt Bacchũ in nauim, dumque ipũ ligare vellent, Bacchus piratas in furorem vertit, quo correptis, mare viſum eſt pratum florib. & arboribus conſitum, mali in vites verti, remi in ſerpētes, iamq; leo viſus eſt prorā obſidere, tigris puppim, quo attoniti deiiciunt ſe in mare, & Delphines facti ſunt: alii aliàs hanc fab. narrant.
a Sup. verſ 16.
b Summā mali partem.
c Horrendus, qualis in Ida monte Phrygiæ. d Indica à Gange fl. e Pinnæ loco manuum. f Ex hominibus facti Delphines incurui. g *Falcata nouiſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.* h Pact. Lydiæ fl. vexit te rectorem vndâ auriferâ. i Scythiæ pop. *qui lac commixtum potant cum ſanguine equino.* k Thracia vide Herc. Fu. verſ. 902. l Vide Thyeſt. 369. ſic Horat. *te Dacus, te profugus Scytha.*

m *Arua mutantes* : n *quaſque Mæotis*
Alluit gentes frigida fluctu:
o *Quaſque deſpectat vertice ſummo*
Sidus Arcadium. geminumque plauſtrũ.
Ille diſperſos domuit p *Gelonos:*
Arma detraxit q *trucibus puellis:*
r *Ore deiecto petiere terram*
a *Thermodontiadæ graues cateruæ,*
Poſitis tandem leuibus ſagittis,
Mites factæ. ſacer & b *Cithæron*
Sanguine inundauit,
c *Ophioniáque cæde.*
d *Prœtides ſyluas petiere, & agros.*
e *Præſidem Bacchum coluit nouerca.*
f *Naxos* g *Ægeo redimita ponto*
Tradidit thalamis virginem relictam,
Meliore penſans damna marito.
Pumice ſicco,
h *Fluxit* i *Nyctileus latex*;
k *Garruli gramen ſecuere riui,*
Niueique lactis candida fontes,
Et miſta odoro l *Leſbia cum thymo.*
Ducitur magno m *noua nupta cœlo.*
Solenne Phœbus n *carmen*

m Herc. F. 352.
n Scythię pal*.
o Etſi qui directè ſubiacẽt vrſis ſideribus Borealibus.
Herc Fu verſ. 6. & 118.
q Amazonib. Hippolyt 397.
r Mortem oppetiere. Herc. Fur. 895.
a Her. Fu. 245.
b Mons propè Thebas.
c Thebanâ, ab Ophione ſuperſtite ex iis qui è ſerpentis dentibus nati ſunt, Herc. Fu. 259. *hoc eſt*, Pẽthei & comitum Bacchi contemptorũ ſang.
d Prœti Argiuorum regis filiabus quæ Iunonis formæ ſuam præferebant, eædémq; Bacchum colere recuſabant, inieci furorem liber, vt ſibi vaccæ viſæ in ſyluas fugerẽt, & *implerent falſis mugitibus agros*. hæc vltio Iunoni vſque adeò grata, vt deinceps priuigno conciliata faueret e Bacchum Naxi inſulæ deum tutelarem. f Hippolyt. 757. g Theb. 313.
g Bacchus è terra aquam elicuit, lac, vinum, mel. Eurip. Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι.
i Vinum. Nictilei nomen Baccho indictum à Nocturnis orgiis,
Nyctiliúmque patrem nocturnáque ſacra precante.
k *Dulci labentes murmure riui* l Fragrantia vina è Leſbo inſ.
λέσβιον εὐώδη νέκταρος ἄγω, ἀμβροσίᾳ ὅμοιον.
m Ariadne Baccho nupta, & in cœlum relata.
n Epitalamium χαμαικοιμητικόν.

Edit infuſis humero capillis.
Concutit [o] *tædas* [p] *geminus Cupido.*
Telum depoſuit Iuppiter igneum,
[q] *Oditque Baccho veniente fulmen.*
[r] *Lucida dum current annoſi ſidera mundi,*
Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem;
Lunáq; dimiſſos dum plena recolliget ignes,
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus;
[ſ] *Altaque cæruleum dum Nerea neſciet Arctos,*
Candida formoſi venerabimur ora [t] *Lyæi.*

o Faces nuptiales (de quibus Thebaid. 263. & 507.) præferebat
p Mutuus *vel* vt verſ. 274. Hippolyt.
q Semeles, infauſtiq; concubitus memor.
r Semper itaq; Bacchum venerabimur.
ſ Thyeſt. 476.
t Λύω, vt Liber. *Quòd curis ſoluat corda, Lyæus erit.*

ACTVS TERTIVS

OEDIPVS. CREON.

Indicat regi Creon ex necyomantia, ceu manium ſciomantia, intellexiſſe ſe interfectorem Laij OEdipum fuiſſe, ille fretus opinione ſuâ de Polybo patre, negat, & poſt iurgia Creontem in carcerem coniici iubet.

OEDIPVS.

ETſi *ipſe vultus flebiles præfert notas,*
Expone cuius capite placemus deos.
Cr. *Fari iubes, tacere quæ ſuadet metus.*
OEd. [a] *Si te ruentes non ſatis Thebæ mouent,*
At ſceptra moueant lapſa cognatæ domus.
Cr. *Neſciſſe cupies, noſſe quæ nimium expetis.*
OEd: [b] Iners malorum remedium ignorantia eſt.

a Si non publicæ ſalutis cauſâ mihi tamen qui ſororem tuam duxerim tuæque familiæ hoc tribue cui fruſtra erit regnum, vbi perierint omnes ſubditi.
b Ignauum vel inops neque enim qui ignorat malum, remedium curat

Itáne & ſalutis publicæ indicium obrues?
Cr. Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.
OEd. *Audita fare, vel malo domitus graui.*
Quid arma poſſint Regis irati, ſcies.
Cr. Odere reges dicta, quæ dici iubent.
OEd. *Mitteris Erebo* [c] *vile pro cunctis caput,*
Arcana ſacri voce ni retegis tua.
Cr. *Tacere liceat: nulla libertas minor*
A rege petitur. OEd. *Sæpe vel lingua magis*
Regi atque regno [d] *muta libertas obeſt.*
Cr. *Vbi non licet tacere, quid cuiquã licet?*
OEd. [e] Imperia ſolui qui tacet iuſſus loqui.
Cr. *Coacta verba placidus accipias, precor.*
OEd. *Vlline pœna vocis expreſſæ fuit?*
Cr. *Eſt procul ab vrbe lucus ilicibus niger,*
[f] *Dircæa circa vallis irrigua loca.*
Cupreſſus altis exerens ſyluis caput
Virente ſemper [g] *alligat trunco nemus,*
Curuóſque tendit quercus & putres [a] *ſitu*
Annoſa ramos. huius abrupit latus
Edax vetuſtas: illa iam feſſâ cadens
Radice, [b] *fulta pendet alienâ trabe,*
Amara baccis laurus; & tiliæ leues,
Et [c] *Paphia myrtus; & per immenſum mare*
[d] *Motura remos alnus; & Phœbo obuia*
[e] *Enode Zephyris pinus opponens latus.*
Medio ſtat ingens arbor, atque vmbrâ graui
[f] *Syluas minores vrget; & magno ambitu*
Diffuſa ramis, vnda defendit nemus.

c Velut deuotũ Diis manibus pro ſalute publica.
d Tacendi libertas.
e Imperium detrectat, & non paret.
f Dirces fontis *Th.* 10. & 126.
g Amplectitur nemus ſemper virẽte trunco.

a Lanugine, muſco.
b Proximæ arboris trunco innixa.
c Veneri (quẽ Paphii religioſiſſimè poſt Aſſyrios colunt) delicatiſſimæ Deæ arbuſcula perpetuo virore ſpectabilis, foliorum ſpecie, odoréque ſuauiſſimo præſtantiſſima ſacrata.
d Nauigiis apta; *Alnus amica fretis.*
e Ad ſolẽ modicè inclinat, vel denſiſſimo cacumine ſyluis ſolem præcludens.
f Arbores.

Triſtis ſub illa g *lucis & Phœbi inſcius;*
Reſtagnat h *humor, frigore æterno rigens;*
Limoſa pigrum circuit fontem palus.
Huc, vt i *ſacerdos intulit ſenior gradum,*
Haud eſt moratus. præſtitit k *noctem locus.*
Tunc l *foſſa tellus, & ſuper* m *rapti rogis*
Iaciuntur ignes, ipſe n *funeſto integit*
Vates amictu corpus, & o *frontem quatit.*
Lugubris imos palla perfundit pedes.
Squallente cultu mœſtus ingreditur ſenex.
Mortifera canam taxus aſtringit comam.
p *Nigro bidentes vellere atque* p *atra boues*
q *Retro trahuntur, flamma prædatur dapes,*
r *Viuumque trepidat igne ferali pecus.*
Vocat inde ſ *manes;* t *teq; qui manes regis,*
Et u *obſidentem clauſtra lethalis lacus:*
Carménque magicum x *voluit, & rapidè minax*
Decantat ore, quidquid aut placat leues,
At cogit vmbras. d *irrigat ſanguis focos,*
c *Solidáſque pecudes vrit, &* d *multo ſpecum*
Saturat cruore. libat & d *niueum inſuper*
Lactis liquorẽ; fundit & Bacchum manu

g Nec lucem, nec ſolem excipiens.
h Fons.
i Tireſias.
k Diis ſuperis ſub naſcentis ſolis ortũ, inferis ſub occaſum ſolis ſacra fiunt.
l Diis ſuperis in aris extructis: terreſtribus in terra inferis terrâ effoſsâ ſacra faciebant.
m Sacra feralia igne tantũ è rogis rapto accẽdere moris erat.
n Nigro, impuro, vt contrà, Diis ſuperis operantes, candido, puro.
o Funeſtam, feralem, vt pote taxum, ſeu cupreſſum. vel lege *Frontem quatit*. quod mœſti & irati ſolent. inf. verſ. 555. & 913. p Diis inferis nonniſi furuæ hoſtiæ immolantur, triſtes ſc. & luctuoſæ. q Superorum victimas ſolebant ἀνερύειν. id eſt, retrorſum flectere iugula, & ſurſum verſus conuertere: inferorum verò κάτω σφάζοντες τρίχας capite terram verſus inclinato ſtatuere. r Infra verſ. 564.
ſ Vmbras. t Summane, Pluto. u Cerberum.
x Immurmurat, reuoluit carmina magica. c In ſacris inferis integra, & ſolida hoſtia comburebatur.
d Sanguine, lacte, & vino foſſam perfundit, aquam addit Homer. Odyſſ. λ. πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι.

Euâ. [f] *canitque rurſus; &* [g] *terram*
intuens.
Grauiore manes voce & attonitâ ciet.
Latrauit [h] *Hecates turba. ter valles cauæ*
Sonuere mœſtùm. toto ſuccuſſo ſolo
Pulſata tellus. [i] *audior; vates ait;*
Rata verba fudi. rumpitur cæcum [k] *Chaos,*
Itérque [l] *populo Ditis ad ſuperos datur.*
Subſedit omnis ſylua, & erexit comam;
[n] *Duxere rimas robora; & totum nemus*
Concuſſit horror. terra [o] *ſe retro dedit,*
Gemuitque penitus. ſiue tentari abditum
[p] *Acheron profundũ mente non æquâ tulit:*
Siue ipſa tellus, vt daret * *functis viam,*
Compage rupta ſonuit: aut ira furens
Triceps catenas Cerberus mouit graues.
Subitò dehiſcit terra, & immenſo ſinu
Laxata patuit. ipſe [q] *pallentes deos*
Vidi inter vmbras: [r] *ipſe torpentes lacus,*
Noctémque veram. gelidus in venis ſtetit,
[ſ] *Hæſitque ſanguis. ſæua proſiluit* [t] *cohors,*
Et ſtetit in armis omne vipereum genus
Fratrum, caterua dente Dircæo ſatæ,
Auidúmq; populi [u] *peſtis* [x] *Ogygij malum.*
Tú torua [a] *Erinnys ſonuit, & cæcus Furor,*

e Infetis ſc. vt pote malis inuergens; ſuperis contrà & bonis dextrâ.
f Cùm primo carmine non aduenissent.
g Deiecto in terram vultu, nõ oculis, cùm cæcus fuerit Tireſias.
h. Canes *Sub pedibus mugire ſolum, & iuga cœpta moueri Syluarum, viſæque canes vlulare per vmbrã, Aduentãte deâ.*
i Hecate de qua verſ. 411. Hippol. Huic autem deæ canes immolarunt priſci, quòd ipſorum latratus incantationes ſoluere, & monſtroſas viſiones credebatur. Ipſa itaque Lycophroni θεὰ κυνόσφαγος, & Canis Ἑκάτης δεῖπνον dicebatur.

i Impetraui.
k Herc. Fur. 609. Thyeſt ſt. 830.
l Manibus, vmbris.
m Folia. *Metaph.* præ horrore ſc.
n Diffindebantur.
o Recedit hiatum factura.
p Rex vel leges Acher. id eſt, inferni.
* Mortuis, defunctis.
q Plutonem & Proſerpinam.
r Cocytum. Herc. Fur. 685. & Styga ibid. 712.
ſ *Coit formidine ſanguis.*
t Furiarum, vt verſ. 590 & draconigenûm fratrum, qui ex draconis dentibus nati, quos Cadmus ſeminauerat, Ouid. lib. 3. Metam.
u Draco in nemore ad fontem Dircen. Herc. Fur. verſ. 156.
x Thebani, ab Ogyge rege.
a Vide Thyeſt. v. 96. & Herc. Fur.

Horrórque, & vnà quidquid æterna creant,
Celántque tenebræ; Luctus a *euellens comam.*
Ægréque laſſum ſuſtinens Morbus caput,
Grauis Senectus ſibimet, & b *pedes;*
Metus.
Nos liquit animus. ipſa, quæ ritus ſenis,
Arteſque norat, ſtupuit. intrepidus parens,
c *Audaxque damno, conuocat Ditis feri*
d *Exangue vulgus: illico* e *nebulæ leues*
Volitant & auras f *libero cœlo trahunt.*
g *Non tot caducas educat frondes Eryx;*
Nec vere flores h *Hybla tot medio creat,*
Cùm examen alto nectitur denſum globo;
Fluctúſq; non tot frangit Ionium mare;
k *Nec tanta gelidi* i *Strymonis fugiens minas*
Permittat hyemes ales, & cœlum ſecans
Tepente Nilo penſat Arctoas niues:
Quot ille m *populos vatis eduxit* n *ſonus:*
Pauidæ latebras nemoris vmbroſi petunt
Animæ trementes: primus emergit ſolo
o *Dextra ferocem cornibus taurum premens*
Zetus; manúque ſuſtinet læua chelym,
Qui ſaxa dulci traxit p *Amphion ſono.*
Intérque natos q *Tantalis tandem ſuos*
r *Tutò ſuperba fert caput faſtu graui,*
Et numerat ſ *vmbras.* t *peior hac genitrix adeſt:*

93. & deinceps.
a Hoppolyt. 1176.
b Anxius, ſuſpenſus, in dubio.
c Tireſ. orbitate oculorum audacior, nec timens quæ non vidit.
d Leues vmbræ.
e Nō incluſo, vt ſuo inferno
f Μυρία ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα. Ho. β. & emenda hunc verſum, legeque, *Non tot caducas Oeta frontes educat.*
g Mons Siciliæ thymo & ſalicibus abundans, apibus itaq; nobilis.
h Βοτρυδὸν, cū in morem vuę cōglobatæ ramo defluunt, *Soléntque lentis vnam demittere ramis.*

i Nec tot grues (ſiue aues aliæ) hyeme è regionibus frigidis fugiunt ad auras tepidiores. *Ingenti clangore grues æſtiua relinquunt Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.*
k Fl. Macedoniam à Thracia diuidentis. l Vmbras populorum, præcipuè Thebanorū. m Incantatio. n Thebaid. 10. o Herc. Fur. 260. p Niobe Tantali filia. q Secura de liberis quibus non poteſt amplius orbari. r Liberorū, etiam vmbris eorū gaudēs ipſa vmbra, namque affectus *nec ipſa in morte relinquunt.* ſ Quæ filium

Furibunda u *Agaue; tota quam ſequitur* x *manus*
y *Partita regem. ſequitur & Bacchas lacer*
a *Pentheus, tenetque* b *ſæuus etiam nunc minas.*
Tandem, vocatus ſæpè, ludibundum extulit
Caput, atque ab omni deſidet turba procul,
Celatque ſemet. inſtat, & c *Stygias preces*
Geminat ſacerdos, donec in apertum efferat
Vultus opertos Laïus. fari horreo.
d *Stetit per artus, ſanguine effuſo horridus,*
Pædore fœdo ſquallidam obtectus comam,
Et ore rabido fatur: e *O Cadmi effera,*
Cruore ſemper læta cognato domus,
Vibrate thyrſos. f *enthea gnatos manu*
Lacerate potiùs. maximum Thebis ſcelus
g *Maternus amor eſt.* h *patria, non ira Deûm,*
Sed ſcelere raperis. i *non graui flatu tibi*
Luctificus Auſter, nec parum pluuio æthere
Satiata tellus halitu ſicco nocet:
Sed rex cruentus; præmia qui ſæuæ necis
Sceptra, & k *nefandos occupat thalamos patres,*
Inuiſa proles, ſed tamen peior parens
* *Quàm gnatus: vtero rurſus infauſto grauis,*
l *Egit qui in ortus ſemet; & matri impios*
Fœtus regeſſit; quique nec mos eſt feris,

ſuũ interfecit. u Theb 17. x Bacchantiũ multitudo. y Diſcerpens Penthea. a Theb. 17. b Auſter⁹, abſtemius, Thebanis Bacchi cultum interdicens. c Exorciſmos, adiurationes infernas, vel per Styga. d Laius ſtetit horridus, effuſo ſanguine per artus. e O Thebani, etiã à draconigenis fratribus qui mutuis ſe vulneribus peremerũt, in veſtrosq́; ſæui, Bacchicho furore perciti, occidite potiùs filios propriâ manu (vt Agaue aliæq; impiæ Mænades in Orgiis) quàm permittatis vt viuant in priuatam veſtræ domus perniciem & publicum malum, quod fecit OEdipus meus filius. f Numinis furoris Bacchici impetu afflatâ, adactâ. g Iocaſtæ in filium. h O patria. i Sup. verſ. 36. k Maius enim ſcelus liberos è matre ſuſcepiſſe, quàm patrem interfeciſſe. * Et ſic ipſe OEdipus peior pater dicitur dum liberos è matre ſuſcipit, quàm filius, dum patrem interficit. l *Matris concubitu qui ſemet in ortus Vertit, & indignum regerit ſua pignora matri.*

I

Fratres ſibi ipſe genuit; m implicitum ma-
lum;
Magiſque monſtrum n ſphinge perplexum ſua.
Te te, cruenta ſceptra qui dextra geres,
Te pater inultus vrbe cum tota petam,
Et mecum Erinnys pronubas thalami trahã,
Traham ſonantes o verbera; inceſtam do-
mum
Vertam, & Penates a impio Marte obteram.
Proinde pulſum finibus regem ocyus
Agite exulem, quodcunque funeſto gradu
Solum relinquet, vere florifero virens
Reparabit herbas, ſpiritus b puros dabit
Vitalis aura; veniet & ſyluis c decor.
Lethum, luéſque, mors, labor, tabes, dolor,
Comitatus illo dignus, excedent ſimul.
Et ipſe rapidis greſſibus d ſedes volet
Effugere noſtràs: ſed graues pedibus e moras
Addam, & tenebo: repet incertus via,
Baculo ſenili triſte prætentans iter.
g Præcidite terras, auferam cœlum pater.
OEd. Et oſſa, & artus gelidus inuaſit tre-
mor.
Quidquid timebam facere, feciſſe arguor.
h Tori iugalis abnuit Merope nefas
Sociata Polybo: ſoſpes abſoluit manus
Polybus meas: vterque defendit parens
Cædem, ſtuprúmque: quis locus i culpa eſt
ſuper?
k Multo antè Thebæ Laïũ amiſſum gemũt.
Bœota greſſu quàm meo tetigi loca.

m Ænigma magis implicitũ quam illud Sphingis quod ipſe ſoluit.
Thebaid. 137.
n Thebaid. 105.
o Flagella.
Thyeſt. 96.
a Inter fratres Polynic. & Etheoc.
b Non corruptos & peſtilẽtes vt nũc vide ſup. verſ. 36.
c Frondes, folia.
d Thebas, vitámq; ipſam.
e Senium, laſſitudinem, cæcitatem, natã, quæ mori non ſinat.
g Vos, ô Thebani, eiicite eũ terrâ, ego pater eius arcebo cœlo.
h Mater mea (vt credidit) patri etiamdũ viuo matrimonio iuncta conuincit me non eſſe parricidam illum, & inceſtum.
i Supereſt culpæ. *Anaſtrophe.*
k Et longè antè quàm ego Thebas aduenerim, Laïus eſt interfectus.

l *Falſáſne ſeniŏr, an deus Thebis grauis?*
Iam, iam tenemus callidi m *ſocios doli,*
Mentitur iſta n *præferens fraudi deos*
Vates, tibíque ſceptra deſpondet mea.
Cr. *Egón', vt ſororem regia expelli velim?*
Si me fides ſacrata cognati laris
Non contineret in meo certum ſtatu;
Tamen ipſa me a *Fortuna terreret, nimis*
Sollicita ſemper: liceat b *hoc tutò tibi*
Exuere pondus, ne recedentem opprimat.
Iam te minore tutior pones loco.
OEd. *Hortaris etiam, ſponte deponam vt mea*
Tam grauia regna? Cr. c *ſuadeam hoc illis ego,*
In vtrunque queis eſt liber etiã nunc ſtatus.
Tibi iam neceſſe eſt ferre fortunam tuam.
OEd. d Certiſſima eſt regnare cupienti via,
Laudare modica, & ocium, ac ſomnum * ſequi.
Ab inquieto ſæpè ſimulatur quies.
Cr. *Parúmne me tam longa defendit* e *dies?*
OEd. f *Aditum nocẽdi perfido præſtat dies.*
Cr. *Solutus onere regio, regni bonis*
Fruor, domúſque ciuium cœtu viget;
Nec vlla g *vicibus ſurgit* g *alternis dies,*
Qua nõ h *propinqui munera ad noſtros lares*

l Numnã deceptus eſt Tireſias? an vltrà peſtem etiam Thebæ debẽt offenſo Deo pati ſeditionẽ ex concitatione in regem, ſub hoc prætextu falſo Laij à me interfecti?
m Tireſiã & Creonta.
n Prætexens.
a Regni, præcipuè Thebani. Herc. Fu. 385.
b Deponere regnũ iã tibi tutius eſt, quã nimis tardè recedẽtem ab eo opprimi.
c Dubiis rebus inuẽta eſt oratio ſuaſiua, neceſſariò manet te tua fortuna.
d Satis callidè regnum ambis, qui (quod faciunt ambitioſi, ſegnitiem laudantes, & in otium ſimulatum recedentes, donec occaſionem rei gerendæ repererint) vitæ quietæ ſtudium præ te fers, imperium tamen captas. * Al *loqui*. e Mei iam diu notitia vel experientia. legitur & *fides*. f Imò nocendi occaſionem & viam miniſtrat perfido diuturna experientia, *vel* fides habita. g Noctem ſubſecuta, vel alterna dies. h Affinis regis, id eſt, munera à rege propinquo.

[h] *Sceptri redundent; cultus, opulenta dapes.*
Donata multis gratia noſtra ſalus.
Quid tam beata deeſſe fortuna rear?
OEd. *Quòd* res ſecundæ non habent vnquam modum.
Cr. *Incognita igitur vt nocens cauſa cadam?*
OEd. [i] *Num ratio vobis reddita eſt vitæ meæ?*
Num audita cauſa eſt noſtra Tireſiæ? tamen
Sontes videmur. [k] *facitis exemplum; ſequor.*
Cr. *Quid ſi innocens ſum?* OEd. dubia pro certis ſolent
Timere reges. Cr. qui pauet vanos metus,
Veros fatetur, OEd. [l] quiſquis in culpa fuit,
Dimiſſus odit omne, quod dubium putat.
Cr. *Sic odia fiunt.* OEd. [a] Odia qui nimium timet,
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus.
Cr. [b] Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,
Timet timentes: metus in auctorem redit.
OEd. *Seruate ſontem ſaxeo incluſum ſpecu:*
Ipſe ad penates regios referam gradum.

i Expurgaui me apud vos criminis, & tamen parricidij & inceſtus me inſimulatis.

k Præbuiſtis mihi legem, exēplū quod ſequar. vos itaque etiamſi inſontes cōdemno.

l Quicumque culpæ accuſatus, quāuis ex principis gratiâ, vel fictâ ſuâ purgatione ſit dimiſſus: malè tamē ſibi conſcius principis animum ſui modulo metiens non verè conciliatur, ſed odit dubium amicum. Lipſ. legit *quiſquis in culpa fuit Dimiſſus, odit omne quod dubium putat.* a Theb. 654. & Herc. Fu. 352. b Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

Chorvs.

Excuſat OEdipum Chorum transferendo culpam in mala Thebarum fata, quæ ab ipsâ inauſpicatâ boue Thebanos vſque vexarint.

c *NOn tu tantis cauſa periclis,*
d *Non hæc Labdacidas premunt*
Fata ſed veteres deûm
Iræ ſequuntur. Caſtalium nemus
Vmbram Sidonio præbuit hoſpiti,
Lauitque Dirce Tyrios colonos:
Vt primùm magni datus Agenoris,
Feſſus per orbem f *furta ſequi Iouis,*
Sub g *noſtræ ramis conſtitit* g *arboris,*
h *Prædonem numerans ſuum;*
i *Monitúque Phœbi, iuſſus erranti*
Comes iræ vaccæ, quam non flexerat
Vomer, aut tardi iura curua plauſtri,
Deſeruit fugas, k *nomenqte genti*
Inauſpicatâ de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monſtra ſemper
Protulit tellus, aut l *anguis imis*
Vallibus editus m *annoſa ſupra*
Robora ſibilat, ſupráque pinus,
Supra n *Chaonias celſor arbores*

c Nõ tu, OEdipe.
d Nec tantum Labdaci progeniẽ Laïum, OEdipũ, &c.
e Cadmus fil. Agenoris regis Phœnicũ, quorum præcipuæ vrbes Tyros & Sidũ, miſſus à patre quęſitum Europam à Ioue ſub ſpecie tauri raptã, appulit Phocidam, conſedítq; nõ procul à Parnaſſo. vid. ſup. verſ. 112.
f Sororẽ à Ioue raptã, Hippolyt. 302. g Nemoris iam Thebani. h Numerans ſpatia à ſe menſa prædonem inſequuto. alij leg. *memorans*, id eſt, meditatus vbinam inueniret prædonem. i Oraculo Phœbi iuſſus vrbem condere in quo loco iuuenca iniugis, quam caſu oblatam ſequeretur, conſideret, Thebas condidit. vid. ſup. 112. k Regionem illam, quæ priùs Aonia dicta eſt, à boue illã Bœociam appellauit, alij tamen dictam volunt à Bœoto Neptuni & Arnes filio. l Draco, ſerpẽs quẽ, cum Cadmi comites aquatũ miſſos interfeciſſet, ipſe Cadmus occidit. m *Ac mediâ plus parte leues erectus in auras Deſpicit omne nemus.* Ouid. 3. Metam. vnde fabulam hanc petas. n Quercus altas, quales alunt Chaoniæ nemora glan-

Cœruleum erexit caput,
Cum maiore ſui parte recumberet:
Aut fœta tellus, impio partu
Effudit a arma.
Sonuit reflexo claſſicum cornu,
b Lituúſque adunco ſtridulos cantus
Eliſit ære. c ante b non linguas
Alias, & arma vocis ignota
Clamore primum hoſtico experti,
Agmina campos d cognata tenent.
Dignáque iacto e ſemine proles
Vno ætatem permenſa die,
Poſt Luciferi nata meatus,
Ante Heſperios occidit ortus,
Horret tantis f aduena monſtris,
Populíque timet bella recentis:
Donec cecidit ſæua iuuentus;
g Genitrixque ſuo reddi gremio
Modò productos vidit alumnos.
h Hac tranſierit ciuile nefas.
Illa i Herculeæ norint Thebæ
Prælia fratrum.
Quid k Cadmei fata k nepotis,
Cum viuacis cornua cerui
Frontem ramis texere nouis,
Dominúmque canes egere ſuum?
Præceps ſyluas montéſque fugit
Citus Actæon, agilíque magis
Pede per ſaltus & ſaxa vagus
Metuit a motas Zephyris a plumas,
Et, quæ b poſuit, retia vitat:

diſera. a Armatos homines, qui vt primum terrâ nati ſunt, bella ſibi indixere, mutuíſq; vulneribus periere omnes ad quinq;. Herc. Fu. 219. b Litu⁹ incuruus aheneus. c Linguâ ſuâ, vocéque tum primū experti vſique in bellica acclamatione ἐλελεῦ. d Terrâ nati fratres. e Serpētis dētibus. Herc. Fu. 259. f Cadmus aduena Tyrius. g Terra filios cæſos recepit. h Atq; vtinam hic finis ſit inteſtinis & ciuilibus Thebanorum bellis! i Natus Thebis iā tum erat Hercules, ſed nondum regnârat. Megaram enim duxit poſt obitū Polynicis & Etheoclis. k Actæonis, quem, quòd in fonte Dianam nudam vidiſſet, Dea in ceruum conuertit, vndę præda ſuis canibus factus eſt. a Lineā formidinē. vide Hippolyt. 46. b Nuper ipſe venator.

Donec placidi fontis in vndâ
Cornua vidit vultúſque feros,
Vbi virgineos fouerat artus
c *Nimium ſæui Diua pudoris.*

Thebanos iras deorum arguit.

ACTVS QVARTVS.

OEDIPVS, IOCASTA.

Suſpicari iam incipit OEdipus ne ille fortè quem olim Delphos petens occidiſſet, Laius fuerit: quærit itaque ab Iocaſta de Laij ætate, necis tempore, & alijs circumſtantiis.

OEd. *CVras reuoluit animus, & repetit metus.*
Obiiſſe noſtro Laium ſcelere autumant
d *Superi* e *inferique, ſed animus contrà innocens,*
Sibique meliùs, quàm deis notus, negat.
Redit memoria f *tenue per veſtigium,*
Cecidiſſe noſtri g *ſtipitis pulſu obuium*
h *Datumque Diti, cùm prior iuuenem ſenex*
Curru ſuperbus pelleret, Thebis procul,
i *Phocea trifidas regio quà ſcindit vias.*
Vnanima coniux, explica errorem, precor,
k *Quæ ſpatia moriens Laius vitæ tulit?*
Primóne in æuo viridis, an fracto occidit?
Ioc. *Inter ſenem iuuenémque, ſed* l *propior ſeni.*
OEd. *Frequénſne turba regiũ cinxit latus?*
Ioc. *Plures fefellit error ancipitis viæ:*
Paucos fidelis curribus iunxit labor.
OEd. *Aliquiſne cecidit regio fato comes?*

c Pudoris ſui nimis ſæua vindex, quæ quũ erratum tam crudeliter vlta ſit, graues in

d Apollo. *vel* homines in ſuperis, Tireſias & Creon.

e Laius ceu vmbra Laij inferis euocata.

f Per obiectũ leue.

g Clauæ, Iocaſta tamẽ eoſem fuiſſe dicit inf. verſ. 1034. atq; ipſa in Thebaide.

h Demiſſum Orco, id eſt, interfectum.

i Sup. 277.

k Quæ ſpatia vitæ? id eſt, quam ætatem?

l Μέγας χνοάζων, &c.

a Polyphontē præconem.
b Ἀνδρεία fortitudo, vnica quondam virtus habita.
c Mesſe.
d Ante annos decem.

Ioc. a *Vnum fides,* b *virtuſque conſortem addidit.*
OEd. *Teneo* c *nocentem : conuenit numerus, locus.*
Sed tempus adde. Ioc. d *decima iam metitur ſeges.*

SENEX OEDIPVS.

E ſine à Merope & Corinthijs miſſo, qui OEdipum de Polybi morte edoceat, rogétque, ad gubernacula regni ſuſcipienda veniat, diſcit OEdipus ſe non verè eſſe Polybi filium. nimiâ itaque curioſitate ſuâ veros inuenit parentes.

f Ludificando me, & ambiguum tenēdo. vel ſecundum iam regnum perniciosè mihi ingerendo.

Sen. *Corinthius te populus in regnum vocat*
Patrium, quietem Polybus æternā obtinet.
OEd. *Vt* f *vndique in me ſæua fortuna irruit!*
Ediſſere agedum, quo cadat fato parens?
Sen. *Animā ſenilem* g *mollis exſoluit ſopor.*
OEd. *Genitor ſine vlla cæde defūctus iacet.*
Teſtor, licet iam tollere ad cœlum piè
h *Puras, nec vlla ſcelera metuentes manus.*
Sed i *pars magis metuenda fatorum manet.*
Sen. *Omnē paterna regna diſcutiunt metū,*
OEd. *Repetam paterna regna, ſed matrem horreo.*
Sen. *Metuis parentem, quæ tuum reditum expetens*
Sollicita pendet; OEd. *ipſa me pietas fugat.*
Sen. *Viduam relinques?* OEd. k *tangis, en, ipſos metus.*
Sen. *Effare, merſus quis premat mentem timor:*

g Θνήσκει δ' ὁ; ὕπνῳ δεδμημένος, &c., σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

h Parricidium non metuentes.
i De inceſtis matris nuptiis.

k Rem tetigiſti, tetigiſti vlcus, hoc enim eſt quod metuo, ne fato ductus eā viduam ducam.

l *Præſtare tacitam regibus ſoleo fidem.*

OEd. *Connubia matris Delphico monitu tremo.*

Sen. *Timere vana deſine, & turpes metus*
Depone. Merope vera non fuerat parens.

OEd. m *Quod ſubdititius præmium gnati petit?*

Sen. *Regnum ſuperbum:* n *liberi adſtringunt fidem,*

OEd. *Secreta thalmi, fare,* o *quo excipias modo.*

Sen. p *Hæ te parenti paruulum tradunt manus.*

OEd. *Tu me parẽti tradis? at quis me tibi?*

Sen. *Paſtor niuoſo ſub Cytheronis iugo.*

OEd. *In illa temet nemora quis caſus tulit?*

Sen. *Illo ſequebar monte cornigeros greges.*

OEd. *Nũc adice certas corporis noſtri notas.*

Sen. *Forata ferro geſſeras veſtigia,*
a *Tumore nactus nomen, ac vitio pedum.*

OEd. *Quis fuerit ille, qui meũ dono dedit*
Corpus, requiro. Sen. b *regios pauit greges,*
Minor ſub illo turba paſtorum fuit.

OEd. *Eloquere nomen.* Sen. c prima langueſcit ſenum
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu.

OEd. *Poteſne facie noſcere ac vultu virũ?*

Sen. *Fortaſſe noſcã. ſæpe iam ſpatio obrutã*
Leuis exoletam memoriam reuocat nota.

OEd. d *Ad ſacra & aras omne compulſum pecus*

l Quod fecerat pri⁹ in OEdipi genere velut regio ſimulãdo & celãdo.

m In quẽ finẽ aſciuit me filiũ ſuppoſititium Merope non vera parens?

n Quo firmiùs retineret tyrãnidem, quã firmat certa ſucceſſio retinétque populũ in fide ne quãdo interfecti regis liberi ſint vltores. *alij leg.* Regũ ſuperbũ, *alij* ſuperbam.

o Vnde tu noris me eſſe ſubdititium.

p Tradiderunt te meç hæ manus paru. pa.

a Οἰδῶν τῶ πόδε, ſc ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν

b Regius paſtor ſummus.

c An prima inter animæ potentias deficit, cum ætas illa in continuo deflexu rerum ſpecies nequeat retinere: an primo quidẽ obiectũ nõ agnoſcit, poſtea reminiſcitur? vt ait verſ. 828.

d Sub prætextu ſacrificij, veluti eximendæ ſint egregiæ victimæ, paſtores acceſſit.

Duces ſequantur. ite properè, accerſite,
e *Famuli penes quos ſumma conſiſtit gregum.*
Sen. f Siue iſta ratio, ſiue fortuna occulit,
Latere ſemper patere, quod latuit diu.
Sæpe eruentis veritas patuit * malo.
OEd. 2 *Malum timeri maius* g, *his aliquod poteſt?*
Sen. *Magnum eſſe, magnâ mole quod petitur, ſcias.*
OEd. *Concurrit* h *illinc publica,* i *hinc regis ſalus,*
k *Vtrimque patria.* Sen. *contine medias manus,*
l *Vt nil laceſſas,* ipſa ſe fata explicant.
m Non expedit concutere felicem ſtatum.
OEd. n Tutò mouetur quidquid extremo in loco eſt,
Sen. *Nobilius aliquid genere* o *regali appetis?*
Ne te parentis pigeat inuenti, vide.
OEd. a *Nec pœnitendi ſanguinis quæram fidem:*
Sed noſſe certum eſt. ecce grandæuus ſenex,
Arbitria ſub quo regij fuerant gregis,
b *Phorbas. referſne nomen, aut vultū ſenis?*

e Paſtores & bubulci.
f Suadet ſenex ne nimis curioſè id ſcrutetur quod notum in malum ſuū redire poſſit.
* Vel hic verſ. eſt conteſtatio inter ſenem & OEdipum, qua diſſuadere ſenex conatur OEdipo ne ſui generis veritatem nimis inquirat, quippe ea cognita regno Corinthio priuaretur: & eſt hoc quod vocat malum, ſed OEdipus inquirit propter.
2 Parricidium & inceſtum peiora.
3 Regni amiſſione.
g Parricidio & inceſtu.

h Sciendo. vt euitetur peſtis vel ambiguè loq. necdum intelligit ſenex quid velit OEdipus. i Neſciendo.
k Salute, vel rége amiſſo. Etiamſi nihil moueas, fatum (quod ſeries eſt & connexio quædam cauſarum quâ fit quicquid fit) ſe declarabit. m Τὸ καλὸν κείμενον οὐ κινητέον. n Sed meum ſtatum infeliciſſimum puto, mouebo itaque vt certum ſciam.
o Polybi enim filius iam crederis.
a Nec eo animo de inueniendo laboro, vt inuenti pœniteat.
Aliis *Ithimales* dictus,

Sen. *Arridet animo forma: nec notus ſatis,*
Nec rurſus iſte vultus ignotus mihi.
Regnum obtinente Laio famulus greges
Agitaſti opimos ſub Citharonis plaga?

PHORBAS. SENEX. OEDIPVS

Ph. *LÆtus Citharon pabulo ſemper nouo*
Æſtiua noſtro prata ſummittit gregi.
Sen. *Noſciſne memet?* Ph. *dubitat anceps memoria.*
OEd. *Huic aliquis à te traditur quondam puer?*
Effare. dubitas? cur genas mutat color?
Quid verba quæris? d veritas odit moras.
Ph. *Obducta longo temporum tractu moues,*
OEd *Fatere ne te cogat* * *ad verum dolor.*
Ph e *Inutile iſti munus infantem dedi.*
Non potuit ille luce, non cœlo frui.
Sen. *Procul ſit omen: viuit, & viuat precor.*
OEd. *Supereſſe quare traditũ infantẽ negas*
Ph. *Ferrum per ambos tenue trãſactũ pedes*
Ligabat artus: vulneri innatus tumor
Puerile fœdâ corpus vrebat f *lue.*
Sen. *Quid quæris vltra? fata iam accedunt propè.*
OEd. g *Quis fuerit infans, edoce.* Ph. *prohibet fides.*
OEd. h *Huc aliquis ignem. flamma iam excutiet fidem.*
a *Per tam cruentas vera quærenti vias,*
Ignoſce quæſo, ſi ferus videor tibi,
Et impotens. Ph. *iam parta vindicta in manu eſt.*

c Suppeditat.

d Vera relaturo ad manum verba ſunt, nec morâ eſt opus.

* Al. *ad neruum.*

e Non diu victurum, ſauciũ ſc plantis perforatis.

f Putredine.

g Quibus parẽtibus ortus.

h *Cruciatus & tormenta minitatur.*

a In quibuſdã lib. duo iſti verſ. tribuuntur Phorbanti, q. d. ſi ferus fuerim in te exponẽdo, ignoſce quæſo, aut ſi tormentorum metu arcana prodã: cape itaq; indicium.

OEd. *Dic vera. quiſnam, quóne generatus patre?*
Qua matre genitus? Ph. *coniuge eſt genitus tua.*
OEd. *Dehiſce tellus. túque* [b] *tenebrarum potens,*
In Tartara ima, rector umbrarum rape
[c] *Retro reuerſus generis ac ſtirpis vices.*
Congerite, ciues, ſaxa in [d] *infeſtum caput;*
Mactate telis. [e] *me petat ferro* [f] *parens;*
Me natus. in me coniuges arment manus,
Fratréſque; & æger populus [g] *ereptos rogis*
Iaculetur ignes. ſaculi crimen vagor,
Odium Deorum, iuris exitium ſacri;
[h] *Qua luce primùm ſpiritus hauſi rudes,*
Iam morte dignus. redde nunc animos, [i] *parens.*
Nunc aliquid aude ſceleribus dignum tuis.
[k] *I, perge. propero regiam curſu pete,*
Gratare matri, [l] *liberis auctâ domo.*

b Pluto. c Me, qui aduerſus naturæ leges ſum reuerſus in propriæ matris vterū, ſup 618. d Alij hab. *inceſtum.* e Cauſam huius peſtilitatis. f Omnes parētes, liberi, coniuges, fratres me petant, qui iura illorum violauerim. g In me velut inferis deuotū piaculū. vide ſup. verſ 550. vel in peſtis, funerū, rogorum cauſam. h Theb. 224. i Per indignationem ſibi ſe ex matre parentem exprobrat k Sarcaſticè l Ob domum auctam liberis à te filio ex matre. Ioſ. Scal. legit *liberis auctæ modo.* Al. auctam domum, vel intelligit matrem ſuam auctam liberis comperto ſe filio, ſic apud Terent. Cremes ait damno auctus ſum, filia, quam ignorabat reperta.

CHORVS.

Varietati obnoxium arguit Chorus excelſum ſtatum. mediam itaque fortunam optat, cuius laudes canit. à ſimilitudine nauis modico vento acta, & exemplo Icari.

* *Medio tutiſſimus ibis.*

* *FAta ſi liceat mihi*
Fingere arbitrio meo,
Temperem Zephyro leui

Vela, ne preſſa graui
Spiritu antenna tremant.
Lenis ac modicùm fluens
Aura, nec vergens latus,
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me mediâ vehat
Vita decurrens viâ.
a *Gnoſſium* b *regem timens;*
Alta dum demens petit,
c *Artibus fidens* c *nouis,*
Certat & veras aues
Vincere, ac c *falſis nimis*
Imperat pennis d *puer,*
e *Abſtulit nomen freto.*
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter
Nube ſub mediâ ſtetit,
f *Alitem expectans ſuum:*
Qualis accipitris minas
Fugit, & ſparſos metu
Colligit fœtus auis:
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer,
Comes audacis viæ.
Quidquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco.
Sed quid hoc? g poſtes ſonant;
h *Mœſtus & famulus manu*

a Dędal⁹ Hymetionis fil. damnatus ab Areopagitis, quòd occidiſſet Talum ſororis filium, in Cretã migrârat: ibi quia vaccam fabricaſſet ligneã, à Minoë rege Labyrintho ceu turri incluſ⁹ terrâ marique fugã interdictam per aëra tentauit; alas itaq; confecit ſibi & filio, quib⁹ ipſe euolauit Sardiniam, inde, Cumas Icarus autem dũ patris monita nõ audiens nimis altè volat, pẽnis à ſole liquefactis in mare decidit, quod ab illo nomen tulit.
b Minoem regem Cretæ, in qua Cnoſſus vrbs.
c *Pennis nõ homini datis.* d Icarus. e Pars illa maris Ægæi ab Icari caſu Icarium mare dicta eſt, vt & inſula in eodẽ mari Icaria, quæ priùs ἰχθυόεσσα. Al nomen eripuit freto. f Icarum, qui more auiũ volabat. g Crepant regiæ fores exeunte nuncio, vide Herc. Oet. verſ. 254. h Antiquatã hanc exoletarũ editionũ lectionem reducit approbátque P. Scriuerius; damnatam quidem I. Grutero non cõcoquenti locutionis formulam, *manu quaſſet caput.* Præfert itaq;

Regius quaſſat caput.
Ede quid portes noui.

illã lect. *poſtes ſonat Regius famulus manu, Mæſtus & quaſſans caput* Verũ quia *ſonare poſtes manu* vix Latinè ſonet: quid ſi vnâ & alterâ in voce *manu* literis mutatis, legamus: *poſtes ſonant: Regius famulus venit, Mæſtus & quaſſans caput* quem verborum ordinem in vulgatis libb. obſeruatum inuertere coguntur, qui vt retineant *manu, Mæſtus* transferunt in locum τοῦ *Regius.*

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS.

Nuncius OEdipi excæcationis conſilium & modum narrat.

PRædicta poſtquam fata, & infandum a *ſcelus*
Deprendit, ac ſe ſcelere conuictũ OEdipus
Damnauit ipſe; regiam infeſtus petens
Inuiſa propero tecta penetrauit gradu;
Qualis per arua Libycus inſanit leo,
Fuluam minaci fronte concutiens iubam:
Vultus furore toruus, atque oculi truces,
*Gemitus, & altum murmur, & * gelidus fluit*
Sudor per artus. ſpumat, & voluit minas,
Ac merſus altè magnus exundat dolor.
Secum ipſe ſæuus grande neſcio quid parat;
Suiſque fatis ſimile. b *Quid pœnas moror?*
c *Vt hoc ſceleſtum pectus aut ferro petat,*
Aut feruido aliquis igne, vel ſaxo domet?
Quæ tigris, aut quæ ſæua viſceribus meis
Incurret alis? ipſe tu d *ſcelerum capax*
e *Sacer Cithæron, vel feras in me tuis*
Emitte ſyluis, mitte vel rabidos canes.
Nunc redde f *Agauen, anime, quid mortem times?*

a Quidam. *Genus* legunt, & intelligunt de natis ex matre liberis.

* Al. Gelidus volat. &c.

b Verba OEdipi.

c An pœnas aliũdè expectẽ?

d Agaues & cęterarum Bacchiarum.

e Ioui. *vel* Bacchi ſacris. *vel* execrande.

f Sup verſ. 616. & Theb. 17.

Morſ innocentem ſola fortunæ eripit.
Hæc fatus, aptat impiam capulo manum,
Enſemque ducit. Itáne tam magnis g *breues*
Pœnas ſceleribus ſoluis? atque vno omnia
Penſabis ictu? moreris: hoc patri ſat eſt.
Quid deinde matri? quid malè in lucem editis
Gnatis? quid ipſi, quæ tuum magnâ luit
Scelus ruinâ, flebili patriæ dabis?
a *Soluenda non eſt illa, quæ leges ratas*
Natura in vno vertit OEdipode, b *nouos*
Commenta partus, ſuppliciis eadem meis
Nouetur iterum viuere, atque iterum mori
Liceat; renaſci ſemper: vt toties noua
Supplicia pendas. vtere c *ingenio miſer.*
Quod ſæpe fieri non poteſt, fiat diu.
Mors eligatur longa, quæratur via,
Qua nec ſepultis miſtus, & viuis tamen
Exemptus erres: morere, ſed d *citra patrē.*
Cunctaris, anime? ſubitus an vultus grauat
Profuſus imber, ac rigat fletu genas?
Et flere ſatis eſt? hactenus fundent leuem
Oculi liquorem. ſedibus pulſi ſuis
Lacrymas ſequantur. hi e *maritales ſtatim*
Fodiantur oculi. dixit, atque irâ furit.
Ardent minaces igne truculento genæ;
Oculique f *vix ſe ſedibus retinent ſuis.*
Violentus, audax, mutus, iratus, ferox;
Tantùm cruentus gemuit; & dirum fremens
Manus in ora torſit. at contrà truces
Oculi ſteterunt, & ſuam intenti manum
f *Vltrò inſequuntur. vulneri occurrunt ſuo.*
Scrutatur auidus g *manibus vncis lumina.*
Radice ab imâ funditus vulſos ſimul.

g Facilis & ſimplicis mortis.

a Non æquum eſt vt natura, quæ me produxit in dedecus ſuum, iura ſua per parricidium & inceſtum violaturum, ſoluat me vnica & ſimplici nece tot ſceleribus functum.

b Filios ex matre.

c Vtere eo ingenio ad pœnas excogitādas, quo vſus es quondā in Sphingis ænigmate ſoluēdo.

d Nō vno ictu vt Laïus.

e Ερωτος αἰτίου καὶ γάμου ἀνομίμου δᾳδοῦχοι. ex conſpectu enim amor. hi quibus placuit mater, vel qui illius amorem conciliauere.

f Conſcij & in pœnas parati.

g Digitis, vnguibus.

Euoluit h *orbes. hæret in vacuo manus;*
Et fixa penitus vnguibus lacerat a *canos*
Altè receſſus luminum, & a *inanes ſinus;*
Sæuitque fruſtra, plúſque quā ſat eſt, furit;
b *Tantum eſt periclum lucis.* c *attollit caput,*
Cauíſque luſtrans orbibus cœli plagas,
d *Noctem experitur: quicquid effoſſis malè*
Dependet oculis, rumpit; & victor deos
Cōclamat omnes; Parcite, en patriæ, precor:
Iam e *iuſſa feci. debitas pœnas tuli.*
Inuenta thalamis digna nox tandem meis.
f *Rigat ora fœdus imber, & lacerum caput*
Largum reuulſis ſanguinem venis vomit.

h Κύκλους ita Soph. ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων. Sphærica autem ſeu orbicularis forma oculo data eſt, quo celeriùs & facilliùs reuolutus obiecta apprehendat, vtque ſufficiat cuiuis quantitati capiendæ, perpendicularibus lineis à viſis in centrum oculi concurrentibus. *vel* orbes hic cape ſinus, in quibus oculi. a Etiam in oculorum ſinus & globos. cum ſatis fuiſſet araneæ telam; vel pupillam effodiſſe. b In tantum lucem exodit, tam attentè cauet ne quid ſibi lucis relinquatur. c More luſtrantis & ſuſpicientis d An penitus ſit cæcus. e Quod voluiſtis, credo legendum *iuſta*, vt Theb. verſ. 175. & infra verſ. 998. f Hæc nuncius ex ſua perſona.

CHORVS.

Chorus iſte ex diſciplina Stoicorum (qui omnia, imò Deum ipſum ſubijciunt ineuitabilibus fatis) excuſari OEdipum vult.

FAtis agimur: cedite fatis:
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati g ſtamina fuſi.
Quidquid patitur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex h alto:
Seruátque ſua decreta g colus
i Lacheſis. k durâ reuoluta manu
Omnia certo tramite vadunt:
l Primúſque dies dedit extremum.

g Herc. Fu. verſ. 558.
g Fato ſeu prouidētiâ diuinâ. *vel vt illi*, ex conſtellatione.
i Vna è Parcis, fatum.
k Inexorabili, immutabili.
l Horoſcopus genethliac⁹ ex ſitu & cōſenſu

m Non

m Non illa Deo vertiſſe licet,
n Quæ nexa ſuis currunt cauſis.
It cuique ratus, prece non vllâ
Mobilis, ordo. *multis ipſum*
Timuiſſe nocet, multi ad fatum
Venere ſuum, dum fata timent.
Sonuere fores, atque ipſe ſuum
Duce non vllo molitur iter
Luminis orbus.

ſiderũ in natiuitatis horâ.
m *Quod fore paratum eſt, id ſummum exuperat Iouem.* Stoicè.
n Quæ proueniunt ex ſerie & ordine cauſarum.

OEDIPVS. CHORVS. IOCASTA.

Iocaſta ſe interficit. OEdipus excæcatus in exilium abit.

OEd. B*Ene habet, peractum eſt, iuſta perſolui patri.*
Iuuant tenebræ, quis Deus tandem mihi
Placatus a *atrâ nube perfundit caput?*
Quis ſcelera b *donat? conſcium euaſi diem.*
Nil, parricida, dexteræ debes tuæ.
Lux te refugit, vultus OEdipodem c *hic decet.*
Ch. *En ecce, rapido ſæua proſiluit gradu*
Iocaſta vecors: d *qualis attonita & furens*
Cadmea mater abſtulit gnato caput,
Senſit-ve raptum, dubitat, afflictum alloqui
Cupit, pauetque, iam malis ceſſit pudor.
Ioc. e *Cupiunt, & horrent ora, nam quid te vocem?*
Gnatũ-ne? dubitas? gnatus es: gnatũ pudet.
Immitis, oro, gnate, f *quô auertis caput,*
Vacuóſque vultus? OEd. g *quis frui & tenebris vetat?*

a Cæcitatis caligine.
b Dono remittit?
c Emphaticè.
d Qualis Agaue, vbi furens filio caput abſtuliſſet móxque ad ſe reuerſa facinus ſenſiſſet, attonita ſtetit; talis hîc Iocaſta vid. ſup. v. 443.
P. Scriuerius habet. *Senſim ve raptum traxit.*
e Alloqui te cupio, horreo tamen. P. Scriuerius legit, *ſed hærent ora.*
f *Auditâ Iocaſtâ auertit ſe OEdipus;*

g Quiſnam eſt qui interdicit mihi fructũ capere, quẽ ex cæcitate

h Quis reddit oculos? matris en, matris ſon?
i Perdidimus operam, congredi fas amplius
Haud eſt, nefandos diuidat vaſtum mare,
Dirimátque k tellus abdita: & quiſquis ſub hoc
In alia verſus ſidera, ac ſolem l auium
Dependet m orbis, alterum ex nobis ferat.
Ioc. *Fati iſta culpa eſt: nemo fit fato nocens.*
OEd. *Iam parce verbis, mater, & parce auribus,*
Per has reliquias corporis trunci precor,
Per a inauſpicatum ſanguinis pignus mei,
Per omne noſtri nominis b fas & c nefas.
Ioc. d *Quid, anime, torpes? ſocia cur ſcelerum dare*
Pœnas recuſas? omne confuſum perit,
Inceſta, per te iuris humani decus.
Morere, ac nefaſtum ſpiritum ferro exige;
Non ſi ipſe mundum concitans diuûm ſator
Coruſca ſauâ e tela iaculetur manu,
Vnquam rependam ſceleribus pœnas pares
Mater nefanda; mors placet: mortis via
Quæratur, agedum, commoda matri manum,
Si parricida es, f reſtat hoc operi vltimum.
Rapiatur g enſis, hoc iacet ferro meus
h *Coniux, quid illum nomine haud vero vocas?*
Socer eſt, vtrúm-ne pectori infigam meo
Telũ? an patenti conditũ iugulo imprimam?
Eligere neſcis i vulnus, hunc, dextra, hunc pete
Vterum capacẽ, qui virum & gnatum tulit.

percepiſſe mihi viſus ſum?
h Quis per aures ingerit mihi mala quorũ notas ne viderẽ, effodi mihi oculos?
i Nil profeci oculos eruendo, cũ etiãnũ audiam, vide Theb. 226.
k Alterũ Hemiſphærium.
l Legunt quidam *aliũ*, alij *alterũ*, vt ſit—
m—Alterum orbis lat⁹ aliis ſiderib⁹ notũ vtque dicunt poëtæ, *alio ſole calens*; *Et alio ſub ſole iacens.*
a Infelicẽ prolem, liberos.
b Matris & filij.
c Vxoris, mariti, &c. nefanda inter nos nomina.
d *Se ad pœnas de ſe ſumendas excitat.*
e Fulmina.
f Vt matrem etiam occidas.
g Quẽ modò OEdipus abiecerat. h Laïus coniux meus, imò ſocer, namque filio eius nupſi. i Locum vulneri.

Ch. *Iacet perempta. vulneri immoritur manus;*
Ferrúmque ſecum nimius eiecit cruor.
Oed. [k] *Te fatidice, te præſidem veri Deû*
Compello. ſolum debui fatis patrem.
Bis parricida, plúſq; quàm timui, nocens.
Matrem peremi; ſcelere confecta eſt meo.
O Phœbe mendax, fata ſuperaui impia.
Pauitante greſſu ſequere fallaces vias,
Suſpenſa plantis efferens veſtigia.
[a] *Cæcam tremente dextera noctèm rege.*
I, gradere præceps, lubricos ponens gradus.
I, profuge, vade. [a] *ſiſte, ne* [b] *in matrem incidas.*
[c] *Quicumque feſſi corpore, & morbo graues*
Semianima trahitis corpora; en [d] *fugio, exeo.*
Releuate colla. [e] *mitior cœli ſtatus*
Poſt terga ſequitur, quiſquis exilem iacens
Animam retentat, viuidos hauſtus leuis
Concipiat. [e] *ite, ferte* [f] *depoſitis opem.*
Mortifera mecum vitia terris extraho,
Violenta fata, & horridus [g] *mortis tremor,*
Maciéſq;, & atra peſtis, & rabidus dolor,
Mecum ite, mecum: [h] *ducibus his vti libet.*

k Te ridiculũ deum falſitatis arguo, qui fore prædixiſti, vt patrẽ occiderem; ſed iam & matri necis cauſa fui.
l Aſperas, præcipites, cæco ignotas.
a Vias baculo prætentans explora.
b In matris cadauer.
c O Thebani peſte laborantes.
d Prout iubet oraculum.
e O medici, curatores.
f De quorum ſalute & vita deſperabatur.
g Al. *morbi.*
h Mihi cæco hi pro ducibus erunt. ſupra 652.

TROAS.

PERSONÆ.

HECVBA.	PYRRHVS.
CHORVS Mulierum.	ANDROMACHA.
TALTHYBIVS	SENEX.
AGAMEMNON.	VLYSSES.
CALCHAS.	ASTYANAX.
HELENA.	NVNCIVS.

ARGVMENTVM.

Græci, exciſo iam Ilio, reditum in patriam cogitantes contrario vento detinebantur. Apparens noctu Achillis vmbra ſoluere eos poſſe negat, niſi ſibi debitis inferiis mactatâ Polyxenâ, cuius nuptiarum prætextu interfectus eſt. Non fert Agamemnon ſibi amatam Polyxenam mactari. Quo de re orto cum Pyrrho iurgio interuenit conſultus Calchas. qui omnino immolandam pronunciat, vnáque necandum Aſtyanacta, quem à matre abſconditum abducit Vlyſſes, & de Scæa porta deiicit. Polyxenam, ab Helena auſpice, ritu cultúque ſponſæ deductam, ad patris tumulum Pyrrhus mactat.

ACTVS PRIMVS.

HECVBA.

Luget Hecuba patriæ, domus, ſui ipſius calamitatem.

a Inconſtãtes, faciles dare ſumma deos, eadémque tueri Dif- ...es.

Q*Vicunq; regno fidit, & magnâ potens*
Dominatur aulâ, nec a leues metuit
deos,

Animúmque rebus credulum lætis dedit;
Me videat, & te, [b] *Troia. non vnquã tulit*
Documenta Fors maiora, quàm fragili loco
Starent [c] *ſuperbi. columen euerſum occidit*
Pollentis [d] *Aſiæ,* [e] *cœlitum egregius labor.*
Ad cuius [f] *arma venit, &* [a] *qui frigidum*
[b] *Septena Tanain ora pandentem bibit;*
Et [c] *qui renatum pronus excipiens diem,*
[d] *Tepidũ* [e] *rubenti* [f] *Tigrin immiſcet freto;*
Et [g] *quæ* [h] *vagos vicina proſpiciẽs Scythas*
Ripam cateruis Ponticam [i] *viduis ferit,*
[k] *Exciſa ferro eſt. Pergamũ* [l] *incubuit ſibi.*
En [m] *alta muri decora congeſti iacent*
Tectis aduſtis. regiam flammæ ambiunt;
Omniſque latè fumat [n] *Aſſaraci domus.*
Non prohibet auidas flãma victoris manus;
[o] *Diripitur ardens Troia, nec cœlum patet*
[p] *Vndante fumo. nube ſeu denſâ obſitus*
Ater fauillâ ſqualler Iliacâ dies.
Stat auidus irâ victor, & [q] *lentum Ilium*
Metitur oculis, ac decem tandem ferus
Ignoſcit annis: horret afflictam quoque,
Victámq; quamuis videat, haud credit ſibi

b Propriè regio, in qua Ilium vrbs, à Troë dicta.
c Nobiles, potentes: quorum commune vitium eſt ſuperbia.
d Minoris, cui imperauit Priãmus, & partis maioris, quæ orbis pars tertia.
e Inf. v. 476.
f Auxiliaria, namque—
a Rheſus Thraciæ rex auxilio Troiæ venit.
b Ex perſona mulieris imperitæ tribuitur Tanai quod Iſtri eſt: vt per ſeptem ora in mare labatur.

c Memnon Tithoni & auroræ filius ex Æthiopia, *vel vt alÿ, Suſis,* Troiam venit, dux Perſarum, qui ſolem orientem proni adorabant. d In regione repenti. e Auroræ, ſeu Solis orientis rubore perfuſo. aliàs, ſecundo hallucinabitur fœmina Tigris enim in mare Perſicum influit, non Erythræum. niſi ex perſonæ decoro dictum malis, vt priùs verſ. 9. g Herc. Fu. 1325.
g Pentheſilea Amazonum regina. de quibus vide Hippol. 397. h Herc. Fur. 531. i Hippol. 620. k Troia, alii legunt, *Exciſa ferro eſt Pergamos, incubuit ſibi.* l *In ſe magna ruunt.* vel in cinerem verſum. m πύργοι, ἐπάλξεις, turres, pinnæ.
n Ilium. vbi regnauit Aſſaracus Ili filius. o Ex incendio prædam rapiunt. p Vndatim aſcendente. q Ilium decennali bello tandem debellatum luſtrans non indignè fert, ſi decem annos in ciuitate tam nobili & munitâ expugnandâ abſumpſerit.

Potuiſſe vinci. ſpolia populator rapit
Dardania. prædã [r] *mille non capiunt rates.*
Teſtor deorum numen aduerſum mihi;
[ſ] *Patriaq; cineres, teq; rectorem Phrygum,*
Quem Troia toto conditum regno tegit,
[u] *Tuoſque manes,* [x] *quo ſtetit ſtante Ilion;*
Et vos meorum [y] *liberûm magni greges,*
[z] *Vmbræ minores: quidquid aduerſi accidit,*
Quæcumque * *Phœbus ore lymphato furẽs,*
Credi Deo vetante prædixit mala,
[1] *Prior Hecuba vidi grauida, nec tacui metus,*
Et [a] *vana vates ante Caſſandram fui.*
Non cautus ignes [b] *Ithacus, aut* [c] *Ithaci comes*
Nocturnus in vos ſparſit, aut [d] *fallax Sinõ:*
[e] *Meus ignis iſte eſt; facibus ardetis meis.*
[f] *Sed quid ruinas vrbis euerſæ gemis*
Viuax ſenectus? reſpice infelix ad hos
Luctus recentes. Troia iam vetus eſt malũ.
Vidi execrandum [g] *regiæ cædis nefas,*
Ipſaſque ad [h] *aras maius admiſſum ſcelus*
[i] *Æacidis armis: cùm ferox* [k] *ſæuâ manu*

r Qui numerus claſſis quæ Troiam aduenit. Agam. v. 169.

ſ More veterũ iurat Hecuba per quæ ſibi gratiſſima.

t Priamum, in cuius ruinâ & regnũ Troianum interiit.

u O Hector.

x Vid. inf. ver. 116.

y Quibuſdam L. aliis xvii. al. xxii.

z Vmbræ liberorum minorum, vel minori loco habitorum quàm Priamus & Hector.

* Caſſandra filia Priami, cui Phœbus amãs vaticinandi peritiam dedit pollicitæ concubitum: promiſſis tamen non ſtanti, donum auferre Deus cùm non poſſet, fidem ademit, vt vaticiniis ſuis nemo crederet. 1 Cùm Paridem vtero geſtaret, ſomniauit Hecuba ſe facem ardentem parituram.

a Inutilis & irrita, æquè ac Caſſandra non credita.

b Vlyſſes Ithacæ dux. c Diomedes, cui Vlyſſes in caſtrorum Thracum exploratione comes nocturnus.

d Cuius doloſo miniſterio receptus equus, laxatúſque.

e Somnio de Paride prędictus modò, verſ. 36.

f Sed quid ego anus miſerè longæua vetus malum gemo?

g Priami à Pyrrho ad aras cæſi.

h Iouis Hercij, quod inter aulam & parietem in domus penetrali coleretur, ab ἕρκος. vel, quod mala arceat. i *Æacidæ*, id eſt, Pyrrhi, Neoptolemi. k Vel lege *ſcæua*. Sic. Virgil. *Implicuitque*

Coma reflectens regium torta caput,
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;
Quod penitus actum cùm recepiſſet libens,
Enſis ſenili [l] *tinctus è iugulo rediit.*
Placare [m] *quem non potuit à cæde effera,*
[n] *Mortalis æui cardinem extremum premens;*
[o] *Superiq́ue teſtes ſceleris; & quondam* [p] *ſacrum*
Regni iacentis ille. tot [q] *regum parens*
Caret ſepulchro Priamus, & [r] *flammâ indiget,*
Ardente Troia: non tamen ſuperis ſat eſt:
[ſ] *Dominum, ecce, Priami nuribus & natis legens*
Sortitur vrna, prædà quem [t] *vilis ſequar?*
[u] *Hic Hectoris coniugia deſpondet ſibi,*
Hic optat Heleni [x] *coniugem; hic* [y] *Antenoris;*
Nec deeſt tuos, Caſſandra, qui thalamos petat.
[t] *Mea ſors timetur, ſola ſum Danais metꝰ.*
Lamenta ceſſant? turba, captiuæ, mea
[z] *Ferite palmis pectora, & planctus date,*
Et iuſta Troiæ facite, iamdudum ſonet
[a] *Fatalis Idæ iudicis diri domus.*

cumam læua, &c. de eod. 2. Æneid.
l Quidam leg. *haud tinctus*, & reſpiciunt ad v. 654. Agamemnon.
m Enſem; ſeu Pyrrhum.
n In extremo iam ſenio.
o Ad aras ſtãtes, vbi cæſus eſt Priamus.
p Sacrariũ, ara τῆς ἑστίας, vel τοῦ ἑρκείου Διὸς, ad quam inaugurandi reges auſpicabãtur. Agamem. v. 8.
q Nobiliũ iuuenum. ſupra verſ. 32.
r Nõ habet qui ipſi rogum extruat. *Priamũque in litore truncũ, Cui non Troia rogus.*
ſ Sed & ſortibus in vrnam miſſis diuidimur, ego cum natabus & nuribus inter Græcos nobis futuros dominos, inf. v. 972. t Quia vetula. *Læta cum pubes edera virenti Gaudeat pullâ magis atque myrto*, &c. u Aliquis ſc. Pyrrhus ſibi optat ſeu promittit Andromachen. x Priorem, nã Pyrrho cæſo Andromache Heleno nupſit. y Theano. z Pro more lugentum. *Vide Chorum ſeq.* a Paridis, qui in Idâ ſeu Antandro monte Idæ vicino Veneri tanquam pulchriori aureum adiudicauit malum, cuius iudicij mercedem fauente Venere Helenam rapuit, quam repetentes Græci Troiam vaſtarunt.

CHORVS MVLIERVM. HECVBA.

Chorus Iliadum cum Hecuba excidium patriæ, Hectoris & Priami mortem lugent.

Ch. b *NOn rude vulgus, lacrymíſque nouum*
Lugere iubes: hoc continuis
Egimus annis, ex quo tetigit
c *Phrygius Graias hoſpes* d *Amyclas,*
Secuítque fretum e *pinus matri*
f *Decies niuibus canuit Ide,*
Ide noſtris g *nudata rogis,*
E h *Sigeis* i *trepidus campis*
Decies ſecuit meſſor ariſtas;
Vt nulla dies mœrore caret,
Sed noua fletus cauſa miniſtrat.
Ite ad planctus.
k *Miſerámque leua, regina, manum;*
Vulgus dominam vile ſequemur.
Non indociles lugere ſumus.
Hec. *Fidæ caſus noſtri comites,*
l *Soluite crinem, per colla fluant*
Mœſta capilli, tepido Troiæ
Puluere turpes, paret exertos

b Non inexpertũ lugendi. *mox verſ.* 61.
c Paris. *Talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis,* &c.
d Vrbẽ Laconiæ *Graias*, ad diſtinctionem Amyclarũ quę in Campania.
e Nauis è pinu cæſa in Idâ Cybele ſacra.
f Per decem hyemes.
g Spoliata arborib⁹ ad cõburẽda interfectorũ è noſtris cadauera.
h Troianis, à Sigeo Troiæ promõtorio.
i Ne deprehẽderetur à prędatore hoſte k Tú ergo ô Regina prę ito nobis, & more præficæ eleuatâ manu modũ luctus & plãctus ſigna dato, nos lugendi dociles ſequemur. l Præſcribit Hecuba luctus formulam ſumptã ex Euripidis Troade, nec diſſimilẽ illius Lucani. 2. l. *quarum vna madente Sciſſa genas planctu, liuentes atra lacertos, Nunc, ait, ô miſeræ, contundite pectora, matres, Nunc laniate comas,* &c. Lugentes enim mulieres ſolutum nodo crinem aſpergebant, veſtimenta lacerabant: pectora & humeros nudatæ vnguibus, pugnis, palmis in ſe ſæuientes eiulabant, ſolo inſuper affligebãt pectora, humum crinibus verrentes, ταῖς κόμαις τὰ τῆς ἱερᾶς ἐδάφη [illegible].

Turba lacertos, m *veſte remiſſâ*
Subſtringe ſinus, vteróque tenus
Pateant artus, n *cui coniugio*
Pectora velas captiue pudor?
Cingat tunicas palla ſolutas.
Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus, placet hic habitus,
Placet, agnoſco Troada turbam.
Iterum luctus redeant veteres;
Solitum flendi vincite morem.
Hectora flemus.
Ch. *Soluimus omnes*
Lacerum multo funere crinem;
Coma demiſſa eſt libera nodo;
Sparſitque cinis a *feruidus ora.*
Hec. b *Complete manus* : c *hoc ex Troia*
Sumpſiſſe licet, cadat ex humeris
Veſtis apertis : vtrumque tegat
d *Suffulta latus, iam nuda* e *vocant*
Pectora dextras, nunc, nunc vires
Exprome, dolor, tuas.
f *Rhœtea ſonent litora planctu;*
Habitánſque cauis montibus g *Echo*
Non, vt ſolita eſt, extrema breuis
Verba remittat, totos reddat
Troiæ gemitus, audiat omnis
Pontus, & æther : ſæuite manus,
Pulſu vaſto tundite pectus.
Non ſum ſolito contenta ſono.
Hectora flemus.
Ch. h *Tibi noſtra ferit dextra lacertos,*
Humeróſque ferit tibi i *ſanguineos.*
Tibi noſtra caput dextera pulſat.
Tibi maternis vbera palmis
Laniata iacent, fluit, & i *multo*

m Chordâ ſeu faſciâ demiſſas veſtes ſub vtero nectebãt, ne deciderẽt. *alij leg. reuulsâ*, vt ſignificet veſtes ſciſſas & laceratas.
n *Procatalepſis*, neq; enim amplius coniugibus velãdę ſumus, cui autẽ domino ſeruemus pudorem captiuæ?
a Ex Troia ardente.
b Cinere.
c Ex omni Troia opibúſque quondã Troianis hoc ſumpſiſſe licet, *quod dicens tollit cineris manipulum.*
d Suffibulatâ pallâ, ſeu faſciâ ſubſtricta.
e Ad planctus & verbera.
f Rhœt⁹ promontorium eſt Troiæ.
g Ῥήματος οὐρα μέσον ſoni per mediũ delati, & in corp⁹ obſtãs incidentis repercuſſi reflexio. h O Hector. i Humano autẽ ſanguine placari defunctorũ

a *Sanguine manat, quamcunque tuo*
Funere feci, rupta cicatrix.
b *Columen patriæ,* c *mora fatorum;*
Tu præſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeríſque tuis
c *Stetit illa decem fulta per annos:*
d *Tecum cecidit, ſummúſque dies*
Hectoris idem patriaque fuit.
Hec. *Vertite planctus: Priamo veſtros*
Fundite fletus: ſatis Hector habet.
Ch. *Accipe fletus* e *bis capte ſenex:*
f *Nil Troia ſemel te rege tulit.*
g *Bis pulſata Dardana Graio*
Mœnia ferro; h *biſque pharetras*
Paſſa Herculeas, poſt i *elatos*
Hecubæ partus, k *regúmque rogos,*
Poſtrema pater funera cludis;
l *Magnóque Ioui victima cæſus*
Sigea m *premis litora truncus.*
Hec. *Aliò lacrymas flectite veſtras:*
Non eſt Priami miſeranda mei
Mors, Iliades. n Felix Priamus

animas credebant, atq; hinc non præficæ modò, ſed & poſteà gladiatores in funeribus cõducti. a Nouis plagis rupta recrudeſcit. b Hector enim, manus, murus, turris, colũna, & propugnaculum Troię poëtis decantatus. c *Decimũ quæ diſtulit Hector in annum:* nãq; *adeptus Hector Tradidit feſsis leniora tolli Pergama Graijs.* d *Hectoris hic tumulus, cũ quo ſua Troia ſepulta eſt: Conduntur pariter qui periere ſimul.* e Priùs enim puer captus eſt, Podarces vocatus; poſtea à ſorore Heſione pretio redemptus, Priamus dictus eſt à πελαμαι. f Sed bis expugnata: te prius regis filio, nunc rege. g Semel ab Hercule perfidiam Laomedontis vlto, cui promiſerat rex 30. equos propter ſeruatam à marino monſtro filiam Heſionem: denuò iam ab Atridis. h Fatale enim erat Troiam non poſſe ſecundò capi ſine Herculis ſagittis, ipſe Herc. in Sophoc. Philoctete, ὃ δὴ ὑπεργῶ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν τόξοις ἁλῶναι. Philoctetes itaque ſolus Herculis ſagittis vti ſciens ad ſecundum bellum Troianum ductus eſt. i Filios ad ſepulturam elatos. k Regis filiorum. l Ad aram enim Iouis Hercij cæſus. m Imitatur poëta illud 2. Æneid. *Iacet ingens litore truncus.* Vbi Virgil. non tam rei veritatem ſecutus eſt, cùm Priamus tantùm confoſſus fuerit; quàm ad Pompeij caſum alluſit. n Præ nobis, ille enim liber, nos captæ.

Dicite cuncta. liber manes
Vadit ad imos: nec feret vnquam
[o] *Victâ Graium ceruice iugum.*
Non ille duos vidit Atridas,
Nec fallacem cernit Vlyſſem.
Non Argolici præda triumphi
Subiecta feret colla [a] *trophæis.*
[b] *Non aſſuetas ad ſceptra manus*
Poſt terga dabit; [c] *currúſque ſequens*
Agamemnonios, aurea dextrâ
Vincula geſtans, lætis fiet
Pompa [d] *Mycenis.* Ch. [e] Felix Priamus
Dicimus omnes: ſecum excedens
Sua regna tulit; nunc [f] *Elyſii*
Nemoris tutis errat in vmbris,
Intérque pias felix animas
Hectora quærit. Felix Priamus!
Felix, quiſquis bello moriens
Omnia ſecum conſumpta [g] videt!

o Al. *victâ.*
a Triumphis, trophęa enim propriè ſunt ſpolia eo in loco erecta, quo hoſtes terga vertere cœperunt.
b Non dabit poſt terga manus ſcepto aſſuetas.
c Catenis vincti ducebātur in triūpho captiui poſt vel ante currū victoris: reges vincti aureis manicis. Namque pro conditione perſonarum iniicere ſolebant catenas, ferreas, argenteas, aureas aureis compedib⁹ vinctum à ſuis Darium ſcribit Curtius. Idē de Crœſo refert Auſonius. Et de Zenobia ab Aureliano capta Treb. Pollio. de Artuaſde Armenię rege ab Antonio capto, Paterculus. Argenteis vinctum Arſacem à Sapore captum tradit Am. Marcellinus.
d Vrbi Agamemnoniæ. e Qui à malis diſceſſit. f Troad. verſ. 942. g Lipſ. habet, tulit.

ACTVS SECVNDVS.

TALTHYBIVS CHORVS.

Narrat Talthybius apparuiſſe ſibi Achillis vmbram, exprobrataq; Græcis ingratitudine, poſtulaſſe, vt Polyxena, cuius nuptiarum prætextu ipſe interfectus eſt, ad tumulum ſuum pro inferiis mactaretur, aliàs Græcos non habituros ventum ad reditum.

Q*Vàm longa Danais ſemper in portu mora,*

h *Seu petere bellum; petere ſeu patriam volunt!*
Ch. *Quæ cauſa ratibus faciat, & Danais moram,*
Effare; reduces quis deus claudat vias.
Tal. *Pauet animus; artus horridus quaſſat tremor.*
Maiora veris monſtra vix capiũt fidem.
Vidi ipſe, vidi, ſumma iam Titan iuga
k *Stringebat;* l *ortus vicerat noctem dies:*
m *Cùm ſubitò cæco terra mugitu fremens*
Concuſſa, cæcos traxit ex imo n *ſinus.*
Mouere ſyluæ capita, & exceſum nemus
Fragore vaſto tonuit, & lucus a *ſacer;*
Idæa ruptis ſaxa ceciderunt iugis.
Nec ſola tellus tremuit: & pontus b *ſuum*
Adeſſe Achillem ſenſit, ac ſtrauit vada.
Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus,
Et hiatus c *Erebi peruium ad ſuperos iter*
Tellure fractâ præbet, ac tumulum leuat.
Emicuit d *ingẽs vmbra* e *Theſſalici ducis;*
f *Threïcia qualis arma præludens tuis*
Iam, Troia, fatis ſtrauit; aut g *Neptuniũ*

h Græcorum claſſi ex Aulide portu Bœotiæ ſoluturæ Diana ob ceruam ſuam ab Agamem. cæſam irata negauit ventum, quem oraculi monitu Agamemnon filiâ ſuâ Iphigeniâ immolatâ redemit *Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa.*
i Vt nunc.
k Radiis nouis contingebat. Herc. Fu. 132.
l Sub matutino, quo tempore, diſcuſſis vaporibus atque humorib. defæcatis, certiora apparent ſomnia. m Thyeſt 261. n Specus. *Delrius autem aſtruit lectionem* τῦ ſonos *ex mugitu terræ frementis in verſu præcedenti, &* cæcos *exponit* dubios, incertos, ex occulto. a Cybele ſacer.
b Thetidos filium, Nerei nepotem, quem tamen quidam Calloë, alij Philomelâ Actoris filiâ, alij Chironis filiâ natum autumant. c Ab ἔρεβ vel ἐρέφω. ſignificat enim tenebras vel caliginem Orci terrâ tecti, quâ ratione & ab ערב id eſt, veſper deduci poteſt. d Seu vmbras reſpicias, quæ notis maiores ſemper apparent, Thyeſt. 671. & Oedip. 175. Seu Achillis ſtaturam, quam 9. cubitorum altitudinem æquaſſe ferunt.
e Achillis in Theſſalia à Chirone educati. f Qualis præludium faciens tuis, ô Troia, fatis, Thracum auxiliares à Ciſſeo Hecubæ patre copias, & Myſorum ducem Telephum fudit.
g Cycnum Neptuni filium.

h *Canâ nitentem perculit iuuenem comâ:*
Aut cùm inter acies Marte violento furẽs,
Corporibus amnes cluſit; & quærens iter
i *Tardus cruento Xanthus errauit vado:*
Aut cùm ſuperbo victor in curru ſtetit,
Egitque habenas, k *Hectorem & Troiam trahens.*
Impleuit omne l *litus irati ſonus:*
Ite, ite inertes; debitos manibus meis
Auferte honores: ſoluite ingratas rates
Per m *noſtra ituri maria.* n *non par voluit*
Iras Achillis Græcia: at magno luet.
Deſponſa noſtris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.
Hæc fatus, o *altâ nocte diuiſit diem,*
Repeténſq; Ditem, p *merſus ingentẽ ſpecũ*
Coëunte terrâ iunxit; immoti iacent
Tranquilla pelagi; ventus abiecit minas,
Placidúmque fluctu murmurat leni mare.
a *Tritonum ab alto cecinit* b *hymenæum chorus,*

h Propter olorem, in quem verſus eſt Cycnus.
i Cadauerum vi Xanthum & Simoënta fl. oppletos tardè fluere fecit Agamemn. 210.
k Hectorẽ enim raptâs exclamauit, *Expugnaui Troiã.* ſup. verſ. 125.
l Sigeum, vbi ſepultus eſt Ach.
m Matris meę, &c. ſup. v. 173.
n Quãti ſtetit Achillis propter raptã Briſeida ira, experti Græci; ne maioris ſibi iræ pœnas arceſſant negatâ inferiis Polyxenâ. o Solis iam orientis lucem mutauit noctem, id eſt, ſe ſub tenebras condidit. vide verſ. 119. Thyeſt. alii leg. *Hæc fatus altâ voce, dimiſit diem.* o Hiatus qui egreſſo ceſſit, regreſſo clauſit. a Deorum marinorum, & Nereidum materterarum Achillis: alii leg. *Triton ab alto cecinit hymenæon choro*: voluntque hunc Neptuni filium, mariſque buccinatorem inter cæteros Tritonas vocis humanæ ſolum peritũ, Nereidum, & Tritonum nomine è profundo mari hymenæum cecinisse. b Thebaid. 262.

PYRRHVS. AGAMEMNON. CALCHAS.

Agamemnonis cum Pyrrho iurgia ſuper Polyxenâ compeſcit Calchas.

Pyr. C*Vm* c *læta pelago vela rediturus dares,*

c Parta victoria.

Excidit Achilles: cuius d *unius manu*
Impulſa Troia corruit tandem ſolo,
e *Breui repenſans quidquid adiecit moræ*
f *Scyros fretúmq;* g *Lesbos Ægeum ſecans;*
h *Illo remoto, dubia quo caderet, ſtetit.*
Velis licet, quod petitur, ac properes dare;
Serò es daturus? iam ſuum cuncti duces
Tulere precium. i *quæ minor merces poteſt*
Tanta dari virtuti? an is meruit parum,
k *Qui fugere bellũ iuſſus, & longa ſedens*
Æuum ſenectâ degere. ac l *Pylij ſenis*
Tranſcendere annos, exuẽs m *matris dolos,*
Falſaſque veſtes, faſſus eſt n *armis virum?*
o *Inhoſpitali Telephus regno,* p *impotens,*
Dum Myſia ferocis introitus negat,
q *Rudem cruore regio dextram imbuit,*
r *Fortémq; eandẽ ſenſit, &* ſ *mitem manum.*
Cecidere t *Thebæ; vidit* u *Eetion capi*
x *Sua regna victus. clade ſubuerſa eſt pari*

d Interfecto Hectore ſup. verſ. 125.

e Paruo tempore Troia cadens compenſauit lõgæ expugnationis tarditatem.

f Inſ. maris Ægæi, vbi latuit Achilles inter virgines Lycomedis puellari habitu, huc à matre Tethide fati illius præſciâ deductus.

g Inſ. maris Ægei, quam relicta Scyro, Achilles vaſtauit priuſquàm ſe Gręcorum reliquæ claſſi adiungeret. h Quòd niſi feciſſet, dubia fuerit Lesbos cui parti faueret. vel, ex oraculi reſponſo, ſine Achille in dubio erat, an Troia poſſet capi. i An illi ſupra cæteros merito minus quàm cæteris debetur pretium.

k Cui (cum accepiſſet hanc conditionem filij ſui vitæ à Ioue Thetis) licuit longam ætatem ſed tacitam & ingloriam egiſſe, ille tamen pręlegit breuem, modò vtilem & glorioſam.

l Neſtoris. m Quibus mater ipſum abſconderet. vt modò v. 204. n Quæ (inter cæteras merces fœmineas quas Vlyſſes perſona inſtitoris aſſumpta Achillem exploraturus adduxiſſet) viriliter affectando ac tractando ſe prodidit.

o Telephus Myſiæ rex cum Græcos Troiam proficiſcentes prohiberet ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt immedicabiliter ex oraculi reſponſo, niſi peteret auxilium vnde vulnus tulit; conciliatum itaque Achilles ſanauit dato è rubigine cuſpidis emplaſtro. p Inſolens, ferox. q Belli inexpertam, tyronis tum Achillis. r Vulnere. ſ Medela. t In Sicilia. u Andromachę pater. x Eam Ciliciæ partem in qua Thebæ.

Impoſita celſo parua y *Lyrneſſos iugo;*
Captáque tellus nobilis z *Briſeide.*
Et cauſa litis regibus, * *Chryſe iacet;*
Et a *nota famâ Tenedos; & quæ paſcuo*
Fœcunda pingui b *Thracios nutrit greges,*
Et ſacra Phœbo c *Cilla, quid! quas alluit*
Vernis d *Caycus gurgitem attollens aquis?*
Hæc tanta clades gentium, ac tantus pauor,
Sparſa tot vrbes, e *turbinis vaſti modo,*
f *Alterius eſſet gloria ac ſummum decus:*
Iter eſt Achillis, ſic meus venit pater;
Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.
Vt alia ſileam merita; non vnus ſatis
Hector fuiſſet? g *Ilium vicit pater;*
Vos diruiſtis, inclytas laudes iuuat,
Et clara magni facta genitoris h *ſequi.*
Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,
i *Patruíque Memnon, cuius ob luctum* k *parens*
Pallente mœſtum protulit vultu diem,
l *Suíque victor operis exemplum horruit;*
l *Didicítque Achilles, &* m *Deis natos mori.*
Tum n *verſa Amazon, vltimus cecidit timor.*

y Vrbs Troados.
z Hippodamiâ Briſei filiâ.
* Chryſe Ciliciæ oppido captâ, è præda Agamemnoni data eſt Aſtynome Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia; quã pater prece & precio repetens à rege repulſus eſt: iniuriam hanc Apollo peſte vltus eſt non ceſſaturâ niſi redditâ virgine, ab Achille, itaque conſilij eius authore abſtulit Agamemnon Briſeida: vnde ἔχθος αἰάχλον.
a *Tenedos notiſſima famâ inſula.*
b Cilla quidẽ & Tenedos in Thracia non ſunt: Græci fortè in his paſcuis aluẽrunt equos ſuos, inter quos Thracii illi Rheſo erepti. c Vrbs Troados. d Myſiæ amnis. e Μαδὶν αἰαβαμόμενος, celeritate, quæ in rebus bellicis plus valet quàm virtus, vnde πόδας ὠκὺς dictus Achilles. f Quæ aliis ſtati belli fuiſſent cauſæ & fines, Achilli tantùm gradus fuere ad bellum; adeò hæc in tranſcurſu & obiter geſſit. g In Hectorẽ vincendo. ſup. v. 125. & 186. h Relatione. i Priami, cui frater Tithonus Memnonis pater. k Aurora. ſup. v. 10. l Cùm enim videret Memnona Auroræ filium à ſe interfectum, ſe quoque Thetide natum mortalem eſſe dicit. m Al. *Dea.* n Pentheſilea ab Achille occiſa.

Potuiſſe vinci. ſpolia populator rapit
Dardania. prædã ^r mille non capiunt rates.
Teſtor deorum numen aduerſum mihi;
^s Patriæq; cineres, téq; rectorem Phrygum,
Quem Troia toto conditum regno tegit,
^u Tuóſque manes, ^x quo ſtetit ſtante Ilion;
Et vos meorum ^y liberûm magni greges,
^z Vmbræ minores: quidquid aduerſi accidit,
Quæcumque * Phœbus ore lymphato furẽs,
Credi Deo vetante prædixit mala,
^i Prior Hecuba vidi grauida, nec tacui metus,
Et ^a vana vates ante Caſſandram fui.
Non cautus ignes ^b Ithacus, aut ^c Ithaci comes
Nocturnus in vos ſparſit, aut ^d fallax Sinõ:
^e Meus ignis iſte eſt; facibus ardetis meis.
^f Sed quid ruinas vrbis euerſæ gemis
Viuax ſenectus? reſpice infelix ad hos
Luctus recentes. Troia iam vetus eſt malũ.
Vidi execrandum ^g regiæ cædis nefas,
Ipſaſque ad ^h aras maius admiſſum ſcelus
^i Æacidis armis: cùm ferox ^k ſæuâ manu

r Qui numerus claſſis quæ Troiam aduenit. Agam. v. 169.
s More veterũ iurat Hecuba per quæ ſibi gratiſſima.
t Priamum, in cuius ruinâ & regnũ Troianum interiit.
u O Hector.
x Vid. inf. ver. 116.
y Quibuſdam L. aliis xvii. al. xxii.
z Vmbræ liberorum minorum, vel minori loco habitorum quàm Priamus & Hector.
* Caſſandra filia Priami, cui Phœbus amãs vaticinandi peritiam dedit pollicitæ concubitum: promiſſis tamen non ſtanti, domum auferre Deus cùm non poſſet, fidem ademit, vt vaticiniis ſuis nemo crederet. i Cùm Paridem vtero geſtaret, ſomniauit Hecuba ſe facem ardentem parituram.
a Inutilis & irrita, æquè ac Caſſandra non credita.
b Vlyſſes Ithacæ dux. c Diomedes, cui Vlyſſes in caſtrorum Thracum exploratione comes nocturnus.
d Cuius doloſo miniſterio receptus equus, laxatúſque.
e Somnio de Paride prędictus modò, verſ. 36.
f Sed quid ego anus miſerè longæua vetus malum gemo?
g Priami à Pyrrho ad aras cæſi.
h Iouis Hercij, quod inter aulam & parietem in domus penetrali coleretur, ab ἕρκος. vel, quod mala arceat. i *Æacidis*, id eſt, Pyrrhi, Neoptolemi. k Vel lege *ſcæua*. Sic. Virgil. *Implicuitque*

Coma reflectens regium torta caput,
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;
Quod penitus actum cùm recepiſſet libens,
Enſis ſenili l *tinctus è iugulo redyt.*
Placare m *quem non potuit à cæde effera,*
n *Mortalis æui cardinem extremum premens;*
o *Superique testes ſceleris; & quondam* p *ſacrum*
Regni iacentis ille. tot q *regum parens*
Caret ſepulchro Priamus, & r *flammâ indiget,*
Ardente Troia: non tamen ſuperis ſat eſt:
ſ *Dominum, ecce, Priami nuribus & natis legens*
Sortitur vrna, prædà quem t *vilis ſequar?*
u *Hic Hectoris coniugia deſpondet ſibi,*
Hic optat Heleni x *coniugem; hic* y *Antenoris;*
Nec deeſt tuos, Caſſandra, qui thalamos petat.
t *Mea ſors timetur, ſola ſum Danais met⁹.*
Lamenta ceſſant? turba, captiuæ, mea
z *Ferite palmis pectora, & planctus date,*
Et iuſta Troiæ facite, iamdudum ſonet
a *Fatalis Idæ iudicis diri domus.*

cimam laua, &c. de eod. 2. Æneid.
l Quidam leg. *haud tinctus,* & reſpiciunt ad v. 654. Agamemnon.
m Enſem; ſeu Pyrrhum.
n In extremo iam ſenio.
o Ad aras ſtãtes, vbi cæſus eſt Priamus.
p Sacrariũ, ara τῆς ἑςίας, vel τοῦ ἑρκείου Διὸς, ad quam inaugurandi reges auſpicabãtur. Agamem. v. 8.
q Nobiliũ iuuenum. ſupra verſ. 32.
r Nõ habet qui ipſi rogum extruat. *Priamũ que in litore truncũ, Cui non Troia rogus.*
ſ Sed & ſortibus in vrnam miſſis diuidimur, ego cum natabus & nuribus inter Græcos nobis futuros dominos, inf. v. 972. t Quia vetula. *Læta cum pubes edera virenti Gaudeat pullà magis atque myrto,* &c. u Aliquis ſc. Pyrrhus ſibi optat ſeu promittit Andromachen. x Priorem, nã Pyrrho cæſo Andromache Heleno nupſit. y Theano. z Pro more lugentum. *Vide Chorum ſeq.* a Paridis, qui in Idâ ſeu Antandro, monte Idæ vicino Veneri tanquam pulchriori aureum adiudicauit malum, cuius iudicij mercedem fauente Venere Helenam rapuit, quam repetentes Græci Troiam vaſtarunt.

Chorvs Mvlierum. Hecvba.

Chorus Iliadum cum Hecuba excidium patriæ, Hectoris & Priami mortem lugent.

Ch. b *N*On rude vulgus, lacrymiſque nouum
Lugere iubes: hoc continuis
Egimus annis, ex quo tetigit
c *Phrygius Graias hoſpes* d *Amyclas,*
Secútque fretum e *pinus matri*
f *Decies niuibus canuit Ide,*
Ide noſtris g *nudata rogis,*
E h *Sigeis* i *trepidus campis*
Decies ſecuit meſſor ariſtas;
Vt nulla dies mœrore caret,
Sed noua fletus cauſa miniſtrat.
Ite ad planctus.
k *Miſerámque leua, regina, manum;*
Vulgus dominam vile ſequemur.
Non indociles lugere ſumus.
Hec. *Fida caſus noſtri comites,*
l *Soluite crinem, per colla fluant*
Mœſta capilli, tepido Troiæ
Puluere turpes, paret exertos

b Non inexpertũ lugendi. *mox verſ.* 61.
c Paris. *Talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis,* &c.
d Vrbẽ Laconiæ *Graias*, ad diſtinctionem Amyclarũ quæ in Campania.
e Nauis è pinu cæſa in Idâ Cybele ſacra.
f Per decem hyemes.
g Spoliata arboribꝰ ad cõburẽda interfectorũ è noſtris cadauera.
h Troianis, à Sigeo Troiæ promõtorio.
i Ne deprehẽderetur à prędatore hoſte k Tú ; ô Regina pręito nobis, & more præficæ eleuatâ manu modũ luctus & plãctus ſigna date, nos lugendi dociles ſequemur. l Præſcribit Hecuba luctus formulam ſumptã ex Euripidis Troade, nec diſſimilẽ illius Lucani. 2. l. *quarum vna madente Sciſſa genas planctu, liuentes atra lacertos, Nunc, ait, ô miſeræ, contundite pectora, matres, Nunc laniate comas, &c.* Lugentes enim mulieres ſolutum nodo crinem aſpergebant, veſtimenta lacerabant: pectora & humeros nudatæ vnguibus, pugnis, palmis in ſe ſæuientes eiulabant, ſolo inſuper affligebãt pectora, humum crinibus verrentes, τοῖς νόμοις τὰ τῶν ἱερῶν ἰδίᾳ [illegible].

Turba lacertos, m *veſte remiſſâ*
Subſtringe ſinus, vteróque tenus
Pateant artus, n *cui coniugio*
Pectora velas captiue pudor?
Cingat tunicas palla ſolutas.
Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus, placet hic habitus,
Placet, agnoſco Troada turbam.
Iterum luctus redeant veteres;
Solitum flendi vincite morem.
Hectora flemus.
Ch. *Soluimus omnes*
Lacerum multo funere crinem;
Coma demiſſa eſt libera nodo;
Sparſitque cinis a *feruidus ora.*
Hec. b *Complete manus:* c *hoc ex Troia*
Sumpſiſſe licet, cadat ex humeris
Veſtis apertis: vtrumque tegat
d *Suffulta latus, iam nuda* e *vocant*
Pectora dextras, nunc, nunc vires
Exprome, dolor, tuas.
f *Rhœtea ſonent litora planctu;*
Habitánſque cauis montibus g *Echo*
Non, vt ſolita eſt, extrema breuis
Verba remittat, totos reddat
Troiæ gemitus, audiat omnis
Pontus, & æther: ſæuite manus,
Pulſu vaſto tundite pectus.
Non ſum ſolito contenta ſono.
Hectora flemus.
Ch. h *Tibi noſtra ferit dextra lacertos,*
Humeróſque ferit tibi i *ſanguineos.*
Tibi noſtra caput dextera pulſat.
Tibi maternis vbera palmis
Laniata iacent, fluit, & i *multo*

m Chordâ ſeu faſciâ demiſſas veſtes ſub vtero nectebãt, ne deciderẽt. *alij leg. reuulsâ,* vt ſignificet veſtes ſciſſas & laceratas.
n *Procatalepſis,* neq; enim ampliùs coniugibus velãdę ſumus, cui autẽ domino ſeruemus pudorem captiuæ?
a Ex Troia ardente.
b Cinere.
c Ex omni Troia opibúſque quondã Troianis hoc ſumpſiſſe licet, *quod dicens tollit cineris manipulum.*
d Suffibulatâ pallâ, ſeu faſciâ ſubſtricta.
e Ad planctus & verbera.
f Rhœt9 promontorium eſt Troiæ.
g *Ῥήματος οὐχὶ μόνον* ſoni per mediũ delati, & in corp9 obſtãs incidentis repercuſſi reflexio. h O Hector. i Humano autẽ ſanguinę placari defunctorũ

a *Sanguine manat, quamcunque tuo*
Funere feci, rupta cicatrix.
b *Columen patriæ,* c *mora fatorum;*
Tu præſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeríſque tuis
c *Stetit illa decem fulta per annos:*
d *Tecum cecidit, ſummúſque dies*
Hectoris idem patriæque fuit.
Hec. *Vertite planctus: Priamo veſtros*
Fundite fletus: ſatis Hector habet.
Ch. *Accipe fletus* e *bis capte ſenex:*
f *Nil Troia ſemel te rege tulit.*
g *Bis pulſata Dardana Graio*
Mœnia ferro; h *biſque pharetras*
Paſſa Herculeas, poſt i *elatos*
Hecubæ partus, k *regúmque rogos,*
Poſtrema pater funera cludis;
l *Magnóque Ioui victima cæſus*
Sigea m *premis litora truncus.*
Hec. *Aliò lacrymas flectite veſtras:*
Non eſt Priami miſeranda mei
Mors, Iliades. n Felix Priamus

animas credebant, atq; hinc non præficæ modò, ſed & poſteà gladiatores in funeribus cõducti. a Nouis plagis rupta recrudeſcit. b Hector enim, manus, murus, turris, colũna, & propugnaculum Troiç poëtis decantatus. c *Decimũ quæ diſtulit Hector in annum:* nãq; *adeptus Hector Tradidit feſsis leniora tolli Pergama Graijs.* d *Hectoris hic tumulus, cũ quo ſua Troia ſepulta eſt: Conduntur pariter qui periere ſimul.* e Priùs enim puer captus eſt, Podarces vocatus; poſtea à ſorore Heſione pretio redemptus Priamus dictus eſt à πϱίαμαι. f Sed bis expugnata: te prius regis filio, nunc rege. g Semel ab Hercule perfidiam Laomedontis vlto, cui promiſerat rex 30. equos propter ſeruatam à marino monſtro filiam Heſionem: denuò iam ab Atridis. h Fatale enim erat Troiam non poſſe ſecundò capi ſine Herculis ſagittis, ipſe Herc. in Sophoc. Philoctete, δὶς ὑπ' ἐμοῖς τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν τόξοις ἁλῶναι. Philoctetes itaque ſolus Herculis ſagittis vti ſciens ad ſecundum bellum Troianum ductus eſt. i Filios ad ſepulturam elatos. k Regis filiorum. l Ad aram enim Iouis Hercij cæſus. m Imitatur poëta illud 2. Æneid. *Iacet ingens litore truncus.* Vbi Virgil. non tam rei veritatem ſecutus eſt, cùm Priamus tantùm confoſſus fuerit; quàm ad Pompeij caſum alluſit. n Præ nobis, ille enim liber, nos captæ.

Dicite cuncta. liber manes
Vadit ad imos: nec feret vnquam
o *Vinctâ Graium ceruice iugum.*
Non ille duos vidit Atridas,
Nec fallacem cernit Vlyſſem.
Non Argolici præda triumphi
Subiecta feret colla [a] *trophæis.*
[b] *Non aſſuetas ad ſceptra manus*
Poſt terga dabit; [c] *currúſque ſequens*
Agamemnonios, aurea dextrâ
Vincula geſtans, lætis fiet
Pompa [d] *Mycenis.* Ch. [e] Felix Priamus
Dicimus omnes: ſecum excedens
Sua regna tulit; nunc [f] *Elyſii*
Nemoris tutis errat in vmbris,
Intérque pias felix animas
Hectora quærit. Felix Priamus!
Felix, quiſquis bello moriens
Omnia ſecum conſumpta [g] videt!

o Al. *Victâ.*
a Triumphis. trophęa enim propriè ſunt ſpolia eo in loco erecta, quo hoſtes terga vertere cœperunt.
b Non dabit poſt terga manus ſcepro aſſuetas.
c Catenis vincti ducebãtur in triũpho captiui poſt vel ante currũ victoris: reges vincti aureis manicis. Namque pro conditione perſonarum iniicere ſolebant catenas, ferreas, argenteas, aureas aureis compedib⁹ vinctum à ſuis Darium ſcribit Curtius. Idẽ de Crœſo refert Auſonius. Et de Zenobia ab Aureliano capta Treb. Pollio. de Artuaſde Armenię rege ab Antonio capto, Paterculus. Argenteis vinctum Arſacem à Sapore captum tradit Am. Marcellinus.
d Vrbi Agamemnoniæ. e Qui à malis diſceſſit. f Troad. verſ. 942. g Lipſ. habet, tulit.

ACTVS SECVNDVS.

TALTHYBIVS CHORVS.

Narrat Talthybius apparuiſſe ſibi Achillis vmbram, exprobrataq; Græcis ingratitudine, poſtulaſſe, vt Polyxena, cuius nuptiarum prætextu ipſe interfectus eſt, ad tumulum ſuum pro inferiis mactaretur, aliàs Græcos non habituros ventum ad reditum.

Q*Vàm longa Danais ſemper in portu mora,*

h *Seu petere bellum; petere ſeu patriam*
volunt!
Ch. *Quæ cauſa ratibus faciat, & Danais*
moram,
Effare; reduces quis deus claudat vias.
Tal. *Pauet animus; artus horridus quaſſat*
tremor.
Maiora veris monſtra vix capiũt fidem.
Vidi ipſe, vidi, ſumma iam Titan iuga
k *Stringebat;* l *ortus vicerat noctem dies:*
m *Cùm ſubitò cæco terra mugitu fremens*
Concuſſa, cæcos traxit ex imo n *ſinus.*
Mouere ſyluæ capita, & exceſum nemus
Fragore vaſto tonuit, & lucus a *ſacer;*
Idæa ruptis ſaxa ceciderunt iugis.
Nec ſola tellus tremuit: & pontus b *ſuum*
Adeſſe Achillem ſenſit, ac ſtrauit vada.
Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus,
Et hiatus c *Erebi peruium ad ſuperos iter*
Tellure fractâ præbet, ac tumulum leuat.
Emicuit d *ingẽs vmbra* e *Theſſalici ducis;*
f *Threicia qualis arma præludens tuis*
Iam, Troia, fatis ſtrauit; aut g *Neptuniũ*

h Græcorum claſſi ex Aulide portu Bœotiæ ſoluturæ Diana ob ceruam ſuam ab Agamem. cæſam irata negauit ventum, quem oraculi monitu Agamemnon filiâ ſuâ Iphigeniâ immolatâ redemit. *Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa.*
i Vt nunc.
k Radiis nouis contingebat. Herc. Fu. 132.
l Sub matutino, quo tempore, diſcuſſis vaporibus atque humorib. defæcatis, certiora apparent ſomnia. m Thyeſt 261. n Specus. *Delrius autem aſtruit lectionem τῦ* ſonos *ex mugitu terræ frementis in verſu præcedenti, &* cæcos *exponit* dubios, incertos, ex occulto. a Cybele ſacer. b Thetidos filium, Nerei nepotem, quem tamen quidam Caloë, alij Philomelâ Actoris filiâ, alij Chironis filiâ natum autumant. c Ab ἔρα vel ἐρέφω. ſignificat enim tenebras vel caliginem Orci terrâ tecti. quâ ratione & ab קרב id eſt, veſper deduci poteſt. d Seu vmbras reſpicias, quæ notis maiores ſemper apparent, Thyeſt. 671. & Oedip. 175. Seu Achillis ſtaturam, quam 9. cubitorum altitudinem æquaſſe ferunt.
e Achillis in Theſſalia à Chirone educati. f Qualis præludium faciens tuis, ô Troia, fatis, Thracum auxiliares à Ciſſæo Hecubæ patre copias, & Myſorum ducem Telephum fudit.
g Cycnum Neptuni filium.

h *Canâ nitentem perculit iuuenem comâ:*
Aut cùm inter acies Marte violento furẽs,
Corporibus amnes cluſit; & quærens iter
i *Tardus cruento Xanthus errauit vado:*
Aut cùm ſuperbo victor in curru ſtetit,
Egitque habenas, k *Hectorem & Troiam trahens.*
Impleuit omne l *litus irati ſonus:*
Ite, ite inertes; debitos manibus meis
Auferte honores: ſoluite ingratas rates
Per m *noſtra ituri maria.* n *non par voluit*
Iras Achillis Græcia: at magno luet.
Deſponſa noſtris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.
Hæc fatus, o *altâ nocte diuiſit diem,*
Repetenſq; Ditem, p *merſus ingentẽ ſpecũ*
Coëunte terrâ iunxit; immoti iacent
Tranquilla pelagi; ventus abiecit minas,
Placidùmque fluctu murmurat leni mare.
a *Tritonum ab alto cecinit* b *hymenæum chorus,*

h Propter olorem, in quem verſus eſt Cycnus i Cadauerum vi Xanthum & Simoënta fl. oppletos tardè fluere fecit Agamemn. 210. k Hectorẽ enim raptâs exclamauit, *Expugnaui Troiã.* ſup. verſ. 125. l Sigeum, vbi ſepultus eſt Ach. m Matris meę, &c ſup. v. 171. n Quãti ſtetit Achillis propter raptã Briſeida ira, experti Græci, ne maioris ſibi iræ pœnas arceſſant negatâ inferiis Polyxenâ. o Solis iam orientis lucem mutauit noctem, id eſt, ſe ſub tenebras condidit. vide verſ. 119. Thyeſt. alii leg. *Hæc fatus altâ voce, dimiſit diem.* o Hiatus qui egreſſo ceſſit, regreſſo clauſit. a Deorum marinorum, & Nereidum materterarum Achillis: alij leg. *Triton ab alto cecinit hymenæon choro*: voluntque hunc Neptuni filium, mariſque buccinatorem inter cæteros Tritonas vocis humanæ ſolum peritũ, Nereidum, & Tritonum nomine è profundo mari hymenæum ceciniſſe. b Thebaid. 262.

PYRRHVS. AGAMEMNON. CALCHAS.

Agamemnonis cum Pyrrho iurgia ſuper Polyxenâ compeſcit Calchas.

Pyr. C*Vm* c *læta pelago vela rediturus dares,*

c Parta victoria.

Excidit Achilles: cuius d *vnius manu*
Impulſa Troia corruit tandem ſolo,
e *Breui repenſans quidquid adiecit morâ*
f *Scyros fretúmq;* g *Lesbos Ægeum ſecans.*
h *Illo remoto, dubia quo caderet, ſtetit.*
Velis licet, quod petitur, ac properes dare;
Serò es daturus? iam ſuum cuncti duces
Tulere precium. i *qua minor merces poteſt*
Tanta dari virtuti? an is meruit parum,
k *Qui fugere bellũ iuſſus, & longa ſedens*
Æuum ſenectâ degere. ac l *Pylij ſenis*
Tranſcendere annos, exuẽs m *matris dolos,*
Falſaſque veſtes, faſſus eſt n *armis virum?*
o *Inhoſpitali Telephus regno,* p *impotens,*
Dum Myſia ferocis introitus negat,
q *Rudem cruore regio dextram imbuit,*
r *Fortémq; eandẽ ſenſit, &* ſ *mitem manum.*
Cecidere t *Thebæ; vidit* u *Eetion capi*
x *Sua regna victus. clade ſubuerſa eſt pari*

d Interfecto Hectore ſup. verſ. 125.
e Paruo tempore Troia cadens compenſauit lõgæ expugnationis tarditatem.
f Inſ. maris Ægæi, vbi latuit Achilles inter virgines Lycomedis puellari habitu, huc à matre Tethide fati illius præſciâ deductus.
g Inſ. maris Ægei, quam relicta Scyro, Achilles vaſtauit priuſquàm ſe Græcorum reliquæ claſſi adiungeret. h Quòd niſi feciſſet, dubia ſtetit Lesbos cui parti faueret. vel, ex oraculi reſponſo, ſine Achille in dubio erat, an Troia poſſet capi. i An illi ſupra cæteros merito minus quàm cæteris debetur pretium.
k Cui (cum accepiſſet hanc conditionem filij ſui vitæ à Ioue Thetis) licuit longam ætatem ſed tacitam & ingloriam egiſſe, ille tamen prælegit breuem, modò vtilem & glorioſam.
l Neſtoris. m Quibus mater ipſum abſconderet. vt modò v. 204. n Quæ (inter cæteras merces fœmineas quas Vlyſſes perſona inſtitoris aſſumpta Achillem exploraturus adduxiſſet) viriliter affectando ac tractando ſe prodidit.
o Telephus Myſiæ rex cum Græcos Troiam proficiſcentes, prohiberet ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt immedicabiliter ex oraculi reſponſo, niſi peteret auxilium vnde vulnus tulit; conciliatum itaque Achilles ſanauit dato è rubigine cuſpidis emplaſtro. p Inſolens, ferox. q Belli inexpertam, tyronis tum Achillis. r Vulnere. ſ Medela. t In Sicilia. u Andromachę pater. x Eam Ciliciæ partem in qua Thebæ.

Impoſita celſo parua y *Lyrneſſos iugo;*
Captáque tellus nobilis z *Briſeide.*
Et cauſa litis regibus, * *Chryſe iacet;*
Et a *nota famâ Tenedos; & quæ paſcuo*
Fœcunda pingui b *Thracios nutrit greges,*
Et ſacra Phœbo c *Cilla, quid! quas alluit*
Vernis d *Caycus gurgitem attollens aquis?*
Hæc tanta clades gentium, ac tantus pauor,
Sparſa tot vrbes, e *turbinis vaſti modo,*
f *Alterius eſſet gloria ac ſummum decus:*
Iter eſt Achillis, ſic meus venit pater;
Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.
Vt alia ſileam merita; non vnus ſatis
Hector fuiſſet? g *Ilium vicit pater;*
Vos diruiſtis, inclytas laudes iuuat,
Et clara magni facta genitoris h *ſequi.*
Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,
i *Patruíque Memnon, cuius ob luctum* k *parens*
Pallente mœſtum protulit vultu diem,
l *Suíque victor operis exemplum horruit;*
l *Didicitque Achilles, &* m *Deis natos mori.*
Tum n *verſa Amazon, vltimus cecidit timor.*

y Vrbs Troados.
z Hippodamiâ Briſei filiâ.
* Chryſe Ciliciæ oppido captâ, è præda Agamemnoni data eſt Aſtynome Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia; quã pater prece & precio repetens à rege repulſus eſt: iniuriam hanc Apollo peſte vltus eſt non ceſſaturâ niſi redditâ virgine, ab Achille, itaque conſilij eius authore abſtulit Agamemnon Briſeida: vnde ἔχθος ἀνάχθων.
a *Tenedos notiſſima famâ inſula.*
b Cilla quidẽ & Tenedos in Thracia non ſunt: Græci fortè in his paſcuis aluẽrunt equos ſuos, inter quos Thracii illi Rheſo erepti. c Vrbs Troados. d Myſiæ amnis. e Μαδῖν αἰαβαμόμενος, celeritate, quæ in rebus bellicis plus valet quàm virtus, vnde πόδας ὠκὺς dictus Achilles. f Quæ aliis ſtati belli fuiſſent cauſæ & fines, Achilli tantùm gradus fuere ad bellum; adeò hæc in tranſcurſu & obiter geſſit. g In Hectore vincendo. ſup. v. 125. & 186. h Relatione. i Priami, cui frater Tithonus Memnonis pater. k Aurora. ſup. v. 10. l Cùm enim videret Memnona Auroræ filium à ſe interfectum, ſe quoque Thetide natum mortalem eſſe dicit. m Al. *Dea.* n Pentheſilea ab Achille occiſa.

Debes Achilli, merita ſi dignè æſtimas,
o *Etſi Mycenis virginem, atq; Argis petat.*
p *Dubitatur etiam? placita nec ſubitò probas?*
Priamique natam Pelei nato, ferum
Mactare credis? at tuam natam, parens,
Helenæ immolaſti, ſolita iam & facta expeto.
Ag. q Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.
Ætatis alios feruor hic prima rapit,
Pyrrhum paternus: ſpiritus r *quondã truces*
a *Mináſque tumidi lentus Æacidæ tuli.*
Quò plura poſſis, plura patienter feras.
Quid b *cæde dirâ nobilem* c *clari ducis*
Aſpergis vmbram? noſcere hoc primũ decet,
Quid facere victor debeat, victus pati.
Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant, quóque fortuna altiùs
Euexit ac leuauit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,
Varióſque caſus tremere, metuentem deos
Nimiùm fauentes, d magna momento obrui
Vincendo didici. *Troia nos tumidos facit*
Nimiùm, ac feroces, e ſtamus hoc Danai loco,
Vnde illa cecidit, *fateor, aliquando impotens*
Regno ac ſuperbus, altiùs memet tuli:

q Etiamſi ex tuis Mycenęis aut Argiuis aliquã peteret.
p An dubitas hoſtis natã in Achillis gratiã mactandã tradere, qui tuam ipſius natam Iphigeniam (ſup v. 161.) Helenæ repetendæ cauſâ immolaſti, cũ eadẽ vtriuſq; necis cauſa ſit ventus redimendus?
q Hic feruor iuuenibus aliis ab ætate eſt: tibi vlterius etiam à patre hæreditarius.
r In iurgio ſuper Chryſeide remittendâ Iliad. α. ſup. v. 122.
a Patiẽs inflati iratíq; Achillis minas tuli.
b Polyxenæ.
c Achillis.
d Ego vincendo Troiã, didici quã momento magna obruantur, ὡς τὰ μέγιστα διαλύεται ῥᾷδιον.
e Neque nos firmiori ſtatu ſumus quàm illi, nos cadere poſſumus, ſicut Troiam vidimus.

f Sed

f *Sed fregit illos ſpiritus hæc, quæ dare*
Potuiſſet alij, cauſa, fortunæ fauor.
g *Tu me ſuperbum, Priame, tu timidum facis.*
Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vano putem
h *Fulgore tectum nomen, & falſo comam*
i *Vinclo decentem? caſus hæc rapiet breuis;*
Nec mille forſan ratibus, aut annis decem
k *Nõ omnibus fortuna tam lenta imminet.*
Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tuâ,
Argiua tellus, liceat) affligi Phrygas,
Vincique volui: ruere & æquari ſolo
Etiam arcuiſſem: ſed l regi frenis nequit
Et ira, & ardens hoſtis, & victoria
Commiſſa nocti. *quidquid indignum aut ferum*
Cuiquam videri potuit, hoc fecit a *dolor,*
b *Tenebræque, per quas ipſe ſe irritat furor,*
Gladiúſque c *felix, cuius* d *infecti ſemel*
e *Vecors libido eſt. quidquid euerſæ poteſt*
Supereſſe Troiæ, maneat. exactum ſatis
Pœnarum, f *& vltra eſt. regia vt virgo occidat,*
Tumulóque donum detur, & cineres riget;
Et facinus atrox cædis vt thalamos vocem,
Non patiar. g *in me culpa cunctorum redit.*
Qui non vetat peccare, cùm poſſit, iubet.
PYR. *Nullúmne Achillis præmium manes ferent?*
AG. *Ferent; & illum laudibus cuncti canent;*
Magnúmque terræ nomen ignotæ audient.
Quòd ſi h *leuatur ſanguine infuſo cinis,*

f In me ſpirit⁹ altos fregit; quos alius poſſet addidiſſe ſecũda fortuna.
g Al. *tu me ſuperbũ Priame, tu tumidũ facis?*
h Splẽdore incruſtatũ, intus miſerum.
i Diademate, quod præ ſe ferat lætitiã & felicitatẽ: quid autẽ intus non fellis habet?
k Hũc noſtrũ ὄλβον ἐφήμερον fortè rapiẽt nõ M. carinæ, aut X. anni, vti nos Troiã; ſed breuis hora.
l Non audiunt rationẽ & modũ vindictæ libido, armorũ ſtrepit⁹; victoria ſuperba, eáque licentioſa per noctẽ quã pudore vocat.
a Raptæ Helenę vindicta.
b Noctis, qua capta eſt Troia, licentia.
c Victo.
d Cruore ſemel tincti.
e Inſana, temponi neſciẽs. f Et pluſquã ſatis. g Niſi prohibeã. h Vid. Theb. 178.

i *Opima Phrygij colla cædantur gregis,*
Fluatque nulli flebilis matri cruor.
Quis iſte mos eſt, quando in k *inferias homo eſt*
Impenſus homini? detrahe inuidiam tuo
Odiumque patri, l *quem coli pœna iubes.*
Pyr. m *O tumide, rerum dum ſecundarum ſtatus*
Extollit animos; timide, cùm increpuit metus:
n *Regum tyranne, iamne flammatum geris*
Amore o *ſubito pectus, ac Veneris noua?*
Soluſne toties ſpolia p *de nobis feres?*
Hac dextra Achilli victimã reddã ſuam:
Quam ſi negas, retineſque, q *maiorẽ dabo,*
Dignámque, quam det Pyrrhus. & nimium diu
A cæde noſtra regiâ ceſſat manus,
a *Paremq; poſcit Priamus.* Ag. *haud equidem nego*
Hoc eſſe Pyrrhi b *maximum in bello decus,*
Sæuo peremptus enſe quòd Priamus iacet,
c *Supplex paternus.* Pyr. d *ſupplices noſtri patris,*
Hoſteſq; eodem nouimus. e *Priamus tamen*
Præſens rogauit: tu graui pauidus metu
Nec ad rogandum fortis, Aiaci preces
Ithacóque mandas, clauſus, atque hoſtem tremens.
Ag. f *At nõ timebat tuũ tuus, fateor, parens,*

& Hippol. v. vlt.
i Herc. Fur. 908.
k Theb. 171. & Troad. 374.
l Quem iubes coli innocentis regiæ virginis morte.
m O in ſecundis elate, in aduerſis deiecte, [illegible]
n Dux ducum, Imperator Græcorum.
o Vt olim Chryſeidos & Caſſandræ, ita nunc Polyxenæ?
p De noſtra familia: viuo patri eripiens Briſeida; mortui inferiis Polyxenã negãs.
q Teipſum ſc.
a Regẽ mortis ſocium poſcit Priamus manu meâ interfectus.
b Ironicè.
c Cui ſupplici filij Hectoris cadauer redempturo pepercit pater tuus. d Supplici illi pepercit pater, hoſtem ego interfeci. e Et tamen Priamus te animoſior, venit ipſe Achillem coràm deprecaturus; tu non ſuſtinens patris mei irati conſpectum, Aiacem & Vlyſſem cum muneribus & precibus miſiſti ipſe in tentoriis latens. f Scõptice.

Interque cædes Graciæ, atque g *vſtas rates,*
Segnis iacebat, belli & armorũ immemor;
h *Leui canoram verberans plectro chelym.*
Pyr. i *Tunc magnus Hector, arma contemnens tua,*
Cantus Achillis timuit: & tanto in metu
Naualibus pax alta Theſſalicis fuit.
Ag. k *Nempe yſdem in iſtis Theſſalicis naualibus,*
Pax alta rurſus Hectoris *patris fuit.*
Pyr. l *Eſt regis,* * *alij ſpiritum regi dare.*
Ag. *Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?*
Pyr. m Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit.
Ag. *At nunc miſericors virgines buſto petis.*
Pyr. o *Iámne immolari virgines, credis nefas?*
Ag. p Preferre patriã liberis regẽ decet.
Pyr. q *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.*
Ag. Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.
Py. Quodcũq; libuit facere victori, licet.
Ag. Minimum decet libere, cui multum licet.
Pyr. *His iſta iactas, quos decẽ annorũ graui*
Regno ſubactos Pyrrhus a *exoluit iugo?*

g Hectore & Troianis faces in claſſem inferentibus.

h Iliad 1.

i Et tamẽ idẽ Hector, qui tua arma ſpreuit, illius lyrã timuit, non auſus naues Theſſalas aggredi.

k Nec ſanè erat cur timeretur, cùm auſus fuerit Priamus hoſtis huc venire.

l Vitam dare, parcere regi, vt Priamo pater.

* Al. alti.

m Vitã extremè miſeram mors potior, & malum minus.

n Ironicè.

o Vbi olim hæc mens, quando filiam virginem immolaſti?

p Me quidem *Vtilitas populi, fratérque, datúmque Imperium mouit, penſarem vt ſanguine laudem.*

q Clementiâ quidem victoris, non lege ſeruabantur à morte captiui vt ſeruirent, vnde *Seruo* nomen apud I. C. quod Ioſ. Scaligero ab ἔρος, aliis ab εἶρος lana, vnde ἔριθος qui lanificium exercet, vel ab εἰρερος ſeruitus quæ τῷ εἴρῳ ςέρεται Euſtath.

a Sacramento in militiam præſtito, abſoluit. Troiâ, ſc. captâ, quæ fato capi non potuit ſine vno ex Æacida-

Ag. b *Hos Scyros animos?* Pyr. c *ſcelere quæ fratrum caret.*
Ag. d *Incluſa fluctu.* Pyr. e *nempe cognati maris.*
f *Atrei & Thyeſtæ nobilem noui domum.*
Ag. *Ex* g *virginis concepta furtiuo ſtupro,*
Et ex Achille nate, ſed h *nondum viro.*
Py. i *Illo ex Achille, genere qui mundū ſuo*
Sparſus per omnem, cœlitum regum tenet,
Thetide æquor, vmbras Æaco, cœlū Ioue.
Ag. *Illo ex Achille, qui manu* k *Paridis iacet.*
Pyr. l *Quem nec deorum comminus quiſquam petijt.*
Ag. *Compeſcere equidem verba, & audacem* m *malo*
Poteram domare: ſed meus n *captis quoq;*
Scit parcere enſis. potiùs interpres deûm
Chalchas vocetur: fata ſi poſcunt, dabo,
o *Tu qui Pelaſga vincla ſoluiſti rati,*
Moráſque bellis; p *arte qui reſeras polum,*
q *Cui viſcerum ſecreta,* r *cui mundi fragor.*

rum genere.

b Tantóſne tibi animos ſuppeditat tam ignobilis patria?

c Quæ tamen non habet in reges ſceleſtos fratres, quemadmodum habuere Mycenæ Atreum & Thyeſtem.

d Inſula mari anguſtata.

e In quo Thetys patris mei mater.

f *Prolepſis Ironica*: atq; hoc, vt multa alia in hac ſcena deſumuntur è iurgio Teucri & Agamemno in Sophoclis Aiace.

g Deiodamiæ Lycomedis filiæ ab Achille virgineo habitu latitante conſtupratæ. h Impubere, improle, virginem mentito, falſo cultu & nomine Pyrrhæ. i Diis totius mundi affine, Thetidos deæ æquori filio. Æaci inferni iudicis nepote, Iouis ſummis pronepote. k Emphaſis, mollis, effœminati, imbellis Paridis. l Sed ab Apolline Paridi fauente, idq; eminùs & per inſidias. neque enim deorum quiſquam eum comminus petere auſus. m Tu, ô Calcha, cuius diuinatione ſoluimus diù detenti in Aulide. & cuius interpretatione de nouem paſſerculis cum matre à ſerpente voratis pertulimus moras decennalis belli. p *Interpres diuûm, qui numina Phœbi*, &c. id eſt, qui ex ſiderum poſitione futura concipis, potes & augurium includere.

q Qui per extiſpicium. —— r —— terræ motum *vult Delrius*, ego tonitru, *namque* & *hoc ad aruſpices pertinere nemo non nouit*——

ſ *Et ſtella longâ ſemitam flammâ trahens*
Dant ſigna fati; cuius ingenti mihi
t *Mercede conſtant ora. quid iubeat Deus,*
Effare, Calcha, nóſque conſilio rege.
Cal. *Dant fata Danais,* u *quo ſolent precio viam.*
Mactanda virgo eſt x *Theſſali buſto ducis;*
Sed y *quo iugari Theſſalæ cultu ſolent,*
z *Ionidéſue, vel Mycenææ nurus.*
Pyrrhus parenti + *coniugem tradat ſuæ,*
Sic ritè dabitur. non tamen noſtras tenet
Hæc vna puppes cauſa. a *nobilior tuo,*
Polyxena cruore debetur cruor,
Quem fata quærunt: turre de ſummâ cadat
Priami b *nepos Hectoreus, & letũ oppetat.*
Tum mille velis impleat claſſis freta.

ſ—Cometen longè crinitũ, vel ſtellam cadentem, vide Theb. 431. deorum placita diuinatis.
t Filiâ meâ, ſup. v. 161. & Chryſeide ſup. verſ. 222.
u Virg. cæſâ.
x Sup. 178.
y Quo ritu ornata, & cultu ſpõſę in Theſſalia ad maritos duci ſolẽt.
z Mulieres ex Ioniâ à duce Ionio qui coloniam deduxit, dictâ. vel, Argiuæ vt Inachides ab Inacho, ſic Ionides ab Io. + Polyxenam. a Proles maſcula, Hectorea. b Aſtyanax, vero nomine Scamandrius, aliis Neſus.

CHORVS.

Chorus è mulieribus Troianis tam mente quàm corpore captis quò Achillis animam apparuiſſe neget, ex Epicuri ſententia, quæ nec Stoicorum multò ſanior, ſtulté & (vt ſemel de toto choro moneam) impiè animam humanam cum corpore interire aſſerit.

VErum eſt? an timidos fabula decipit,
c *Vmbras corporibus viuere* d *conditis?*
e *Cùm coniux oculis impoſuit manum,*
Supremúſque dies f *ſolibus obſtitit,*

c Animas.
d Sepultis.
e Vbi coniux coniugis morientis claudit oculos, quod faciebant ſanguine proximi. f Luci vitali, ne videant ſolem diémque.

Et triſtes cineres g vrna coërcuit:
h Non prodeſt animam tradere funeri,
i Sed reſtat miſeris viuere longius?
An toti morimur? nullaque pars manet
Noſtri; k cum profugo ſpiritus halitu
Immiſtus nebulis ceſſit in aëra.
Et nudum tetigit ſubdita fax l latus
m Quidquid ſol oriens, quidquid & occidens
Nouit: cæruleis Oceanus fretis
Quidquid vel veniens vel fugiens lauat,
Ætas n Pegaſeo corripiet gradu.
Quo o bis ſena volant ſidera p turbine,
Quo curſu properat ſecula voluere
q Aſtrorum dominus, quo properat modo
Obliquis r Hecate currere flexibus;
Hoc omnes petimus fata: nec amplius,
ſ Iuratos ſuperis qui tetigit lacus,
Vſquam eſt. vt calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breue ſordidus;
Vt nubes a grauidas, quas modò vidimus,
*Arctoi Borea * diſſipat impetus:*
Sic hic, b quo regimur, ſpiritus effluet.
Poſt mortē nihil eſt, ipſaq; mors c nihil,

g Quæ cineres combuſtorum capit.

h Non eſt op' animâ viuentis animã placare mortui, quæ (vt totus hic Chorus vult) nuſquam eſt. quum autem animas defunctorũ ſanguine humano propitiari creditum eſſet, captiuos primum in exequiis immolabant; poſtea gladiatorum paria inferiis ad tumulos exhibebant, ſpectaculi voluptate rei atrocitatem adumbrantes. Theb. 172.

i An reſtat vita poſt funus? quam quidem vitam, miſeriam duxerunt Stoici.

k Vbi anima (ex mente chori) ex aëre ſeu elementorum ſubtiliſſima parte concreta redit in illa, vnde orta ſit. l Crematum rogo cadauer.

m Omnia in terris, quas Sol videt, quas mare fluxu, aut refluxu alluit, ætas veloci pede corripit. n Veloci, à Pegaſo equo alato è Meduſæ ſanguine iuxta πηγὰς, id eſt, fontes Oceani nato, qui fontem elicuit Hippocrenen. o 12. Signa in Zodiaco. Thyeſt. 838. p Curſu rapido inſtar turbinis. Sol Thyeſt. 833.

r Hippolyt. 411. ſ Styga. Herc. Fu. 711. id eſt, mortuus nuſquam eſt

a pluuiâ fœtas. * Al. diſijcit. b Rector noſtri & moderator animus. c Vitæ enim priuatio.

Velocis ſpatij meta nouiſſima.
Spem ponant auidi; ſolliciti metum.
d *Quaris quo iaceas poſt obitum loco?*
Quo non nata iacent.
e Tempus nos auidum deuorat, & chaos.
Mors f indiuidua eſt, noxia corpori,
Nec parcens animæ. g Tænara, & h aſpero
Regnum ſub domino, limen & obſidens
Cuſtos i non facili Cerberus oſtio;
k Rumores vacui, verbaque inania,
Et par ſollicito fabula l ſomnio.

d Non erimus poſt mortẽ, ſicut nec fuimus ante vitam. Stoic. & Epicuricè.
e Præfinito tẽpore in primã illã vnitatẽ atq; confuſam materiã redibunt omnia, vnde & rursũ renaſcentur. & in quã recidẽt viciſſim. atque hæc Stoicorũ æternitas.

f Non magis parcens quàm corpori g Deſcenſus ad inferos Herc. Fu. 586. h Diti illacrymabili regnati inferi. i Non leui, viuis ingredi, vmbris exire volentibus. k Ex eâdem ſcholâ, Horatij *fabulæ manes, quos eſſe. Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.* l Quod dormientes territat, vt & ſuperſtitioſos.

ACTVS TERTIVS.

ANDROMACHA. SENEX. VLYSSES.

Hectoris vxor viſo territa, filium in tumulo paterno abſcondit, quem ſagacitate ſuâ Vlyſſes latebris exutum ad mortem abducit.

And. *QVid mœſta, Phrygiæ, turba, laceratis comas,*
Miſerúmque tunſæ pectus effuſo genas
Fletu rigatis? leuia perpeſſæ ſumus,
m *Si flenda patimur. Ilium vobis* n *modò,*
Mihi cecidit olim, cùm ferus curru incito
o *Mea membra raperet, &* p *graui gemeret ſono.*

m Leuiũ enim dolorũ fletus eſt, ingentium ſtupor.
n Iam tamdẽ capitis.
o Mei Hectoris.

Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.
Tunc obruta atque euerſa Troia [a] *cocidit.*
[b] *Torpens malis, rigenſque ſine ſenſu feror.*
Iam [c] *erepta Danais coniugem ſequerer*
meum,
Niſi hic teneret. hic meos animos domat,
Morique prohibet. cogit hic aliquid Deos
Adhuc rogare. tempus ærumnæ addidit.
Hic mihi [d] *malorum maximum fructum* 4
abſtulit,
Nihil timere [e] *proſperis rebus locus*
Ereptus omnis: dira, quà veniant, habent:
Miſerrimum eſt timere, cùm ſperes nihil.
Sen. *Quis te repens commouit afflictam*
metus?
And. *Exoritur aliquod maius è magno*
malum.
[f] *Nondum ruentis Ily fatum ſtetit.*
Sen. *Et quas reperiet,* [g] *vt velit, clades*
Deus?
And. *Stygij profundi clauſtra, & obſcuri*
ſpecus
Laxantur: &, ne deſit euerſis metus,
[h] *Hoſtes ab imo conditi tumulo exeunt.* 4
Soliſne retrò peruium eſt Danais iter?
[i] *Certè æqua mors eſt. turbat atque agitat*
Phrygas
Communis iſte [k] *terror. hic propriè meum*
Exterret animum [l] *noctis horrendæ ſopor.*

p Cũ Achillis currus ter circum mœnia Troiæ raptaret Hectorẽ. a Mihi concidiſſe viſa eſt ſupra v. 186. b Illis itaq; dãnis ſtupens, non ſentio vrbis excidium, captiuitatémque meam. c Morte mihi vltrò illatâ aſſererem me in libertatem, niſi hic filiolus meus retineret me in viuis. d Mẽtis ſecuritatem, nihil ſc. timere. e Quoniã itaque ademptâ melioris ſortis ſpe, non ſunt quibus me reſeruem ad ſecũda, obdureſcat animus in aduerſis, nec peiora timeat. f Nondũ attigit ἀκμὴν, etiã aliquid vltra eſt.

g Sí modò velit, dic velle. h *Indignãter pro* Hoſtis, id eſt, Achillis vmbra Polyxenã ſibi inferias dari petens, vt ſup. act. 2. i Cũ verò æqua ſit mors, nõ video quo minùs pateat idẽ Troianis ab inferis iter, & certè patet, nãq; (vt ſeq.) mihi apparuit Hector. k Ab Achillis vmbris iniectus de Polyxena. l ἐνύπνιον ὄψις ſomniũ ſeu po-

Sen. *Quæ* [m] *viſa portent, effer in medium, metus.*
And. *Partes ferè nox* [n] *alma tranſierat* [o] *duas,*
Clarúmque [p] *ſeptem verterant ſtellæ iugũ:*
[q] *Ignota tandem venit afflictæ quies,*
Breuíſque feſſis ſomnus obrepſit genis;
([r] *Si ſomnus ille eſt mentis attonitæ ſtupor)*
Cùm ſubitò noſtros Hector ante oculos ſtetit:
[a] *Non qualis vltrò bella in Argiuos ferens,*
[b] *Gratas petebat facibus Idæis rates;*
Nec cæde vaſtâ, qualis in Danaos furens
Vera ex [c] *Achille ſpolia ſimulato tulit.*
[d] *Non ille vultus flammeum intendens iubar,*
Sed feſſus, ac deiectus, & fletu grauis,
Similíſque [e] *noſtro, ſqualliđâ obtectus comâ.*
Iuuat [f] *tamen vidiſſe tum quaſſans caput,*
Depelle ſomnos, inquit, & natum eripe,
O fida coniux! lateat. hæc vna eſt ſalus.
Omitte fletus. Troia quòd cecidit, gemis?
[g] *Vtinam iaceret tota! feſtina. amoue*
Quocunq; noſtræ paruulam ſtirpem domus.
Mihi gelidus horror ac tremor ſomnum excutit,
Oculóſq; nunc huc pauida, nunc illuc ferẽs,
Oblita nati, miſera quæſiui Hectorem.

tius ὄναρ, quod ex narratione & euẽtu patet. m φάντασμα, vel χρηματισμός; eſt enim de futuris: ede tua viſa quæ portent hos metus. n Inſtar cibi enim alit ſaginátq; ſomnus. o Græci in tres ſtationes ſeu vigilias noctẽ diſtribuebant: Romani in quatuor: arguit autẽ veritatẽ ſomnii à tempore. vide ſup. v. 166. p Herc. Fu 129. *Parrhaſis obliquos Helice cùm verteret axes.* q Miſeræ mihi inſolita. r Niſi ſtupor ille mentis atton. ſit dicẽdus potiùs quã ſomnus, per quem mihi apparuit hoc viſum. a *Non qualis redit exuuias indutus Achillis. Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.* b Græcæ claſſi flammas inferens Troianas. c Patroclo Achillis armis induto, & ab Hectore exuto. *Antip. vera & ſimulato.* d Non ille vultus rubicundus, ſeu auguſtus & maieſtate plenus. *vel* oculi ſplendore micantes, quos Ion Chius Herculi. Homerus Achilli tribuit. e Vultui. f Etiam ſic deformem, ſquallidum. g Vtinam eius ruinæ modo poſito tandem & periodo non vlteriùs cædes graſſetur.

h *Fallax per ipſos vmbra complexus abit,*
O gnate, magni certa progenies patris,
i *Spes vna Phrygibus; vnica afflictæ domus,*
Veteriſq; ſoboles ſanguinis nimium inclyti,
Nimiũque patri ſimilis. k *hos vultus meus*
Habebat Hector: talis inceſſu fuit,
Habitúque talis. ſic tulit fortes manus;
Sic celſus humeris, fronte ſic torua minax,
Ceruice fuſam diſſipans lata comam.
O nate, l *ſerò Phrygibus, at matri* m *citò,*
Eritne tempus illud, ac felix dies,
Quo Troïci defenſor & vindex ſoli,
Recidiua ponas Pergama, & ſparſos fugâ
Ciues reducas? nomen & patriæ ſuum,
Phrygibuſque reddas? a *Sed mei fati immemor,*
Tam magna timeo, vota quod captis ſat eſt,
Viuamus, heu me, quis locus fidus meo
Erit timori? quáue te ſede occulam?
Arx illa pollens opibus & muris b *deûm,*
Gentes per omnes clara, & c *inuidiæ capax,*
Nunc puluis altus. ſtrata ſunt flammâ omnia,
Supereſtque vaſta ex vrbe ne tantum quidem
Quo lateat infans. quem locum d *fraudi legam?*
Eſt tumulus ingens coniugi caro ſacer,
e *Verendus hoſti;* f *mole quem immenſa parens,*
Opibúſque magnis ſtruxit; in luctus ſuos

h *Et fruſtrà cõpreſſa manus effugit imago.*

i Vſque ad inuidiam & timorẽ hoſtiũ, ne ſuperſtes patris & patriæ excidium vlciſcatis.

k *Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.*

l In ſubſidium & defenſionẽ patri.

m Mihi enim curæ & ſollicitudini timoris cauſa es. ſup. verſ 419.

a Sed ſortis meæ ſomnijs immemor nimis felicia vota exopto. alij leg. *Memor.*

b Neptuni & Apollinis, qui conducti à Laomedonte ſeu Ilo potiùs mœnibus cinxêre Ilium, ſed & Æaco laboris pars demã data, ne πύργοι θεότευκτοι forent inexpugnabiles. c Namque *ſumma petit liuor.* d Dolo, ſed non malo latebris ad filium occulendum. inf. verſ. 499. e Cui & hoſtis abſtinet. f Quem Priamus in mœrorem, luctúſque, vt euenit, ſuos, nequaquam auarus ſplendidum ſtruxerat.

Rex non auarus. optimè credam patri.
Sudor per artus frigidus totos cadit.
g *Omen tremiſco miſera feralis loci.*
Sen. *Hæc cauſſa multos vna ab interitu arcuit,*
Credi periiſſe. h *vix ſpei quidquã eſt ſuper:*
Graue pondus illum, magna nobilitas, premit.
And. *Ne prodat aliquis.* Sen. *amoue teſtes doli.*
And. *Si quæret hoſtis?* Sen. *vrbe in euerſa* i *periit.*
And. k *Quid proderit latuiſſe redituro in manus?*
Sen. *Victor feroces impetus primos habet.*
And. *Quid? quod latêre ſine metu magno nequit?*
Sen. *Miſer* l *occupet præſidia, ſecurus* m *legat.*
And. *Quis te locus, quæ regio ſeducta, inuia*
Tutò reponet? quis feret trepidis opem?
Quis proteget? qui ſemper, etiam nũc tuos,
Hector, tuere, coniugis furtum pia
Serua, & fideli cinere victurum excipe.
Succede tumulo, nate. quid retrò fugis,
Turpéſque latebras ſpernis? agnoſco a *indolem.*
Pudet timere. ſpiritus magnos fuge,
Animóſq; b *veteres. ſume quos caſus dedit.*
En intuere turba c *quæ ſimus ſuper,*
d *Tumulus,* e *puer,* f *captiua. cedendum eſt malis.*
Sanctas parentis conditi ſedes, age
Aude ſubire. fata ſi miſeros iuuant,
Habes ſalutem. fata ſi vitam negant,

g Vereor ne infauſto ſepulchri omine mortem illi prædixerim.
h Anaſtrophe, quicquã ſupereſt Raphelengius & Delrius aliàs diſponũt perſonas. And. *vix ſpei quidquã eſt ſuper. Gr p. il.m. no. prem.* Sen. *Ne prodat al. amoue teſt. doli.* And. *Si. qu &c.*
i Dic periiſſe.
k Quid proderit ad tẽpus latuiſſe, ſi poſtmodùm in manus hoſtiũ ſit venturus?
l Obuia quæque, & quæ occurrerint præſidia capeſſat, arripiat.
m Eligat.
a Fortitudinẽ velut à patre hereditariam, quę formidare & formidabilia effugere neſcit.
b Prioris fortunæ.
c Quæ ſuperſumus.
d Paternus.
e Tu f Ego.

Habes ſepulcbrum. Sen. *clauſtra commiſ-*
ſum tegunt.
Quem ne tuus producat in medium timor,
Procul hinc recede, téque diuerſam amoue.
And. Leuiùs ſolet timere, qui propiùs
timet.
Sed, ſi placet, referamus hinc aliò pedem.
Sen. *Cohibe parumper ora, quæſtúſque op-*
prime.
Greſſus nefandos g *dux* h *Cephalenûm ad-*
monet.
And. *Dehiſce tellus, túque coniux vltimo*
Specu reuulſam ſcinde tellurem Stygis.
Sinu profundo conde depoſitum meum.
Adeſt Vlyſſes; & quidem dubio gradu,
Vultúque; nectit pectore aſtus callidos.
Vly. *Dura miniſter ſortis, hoc primū peto,*
Vt ore quamuis verba dicantur meo.
Non eſſe credas noſtra. Graiorum omnium
Procerúmque vox eſt, petere quos a *ſeras*
domos
Hectorea ſoboles prohibet, hāc fata expetūt.
Sollicita Danaos pacis incerta fides
Semper tenebit, ſemper b *à tergo timor*
b *Reſpicere coget; arma nec poni ſinet,*
Dum Phrygib. animos c *natus euerſis dabit*
Andromachâ. And. *veſter augur hoc Cal-*
chas canit?
Vl. *Et ſi taceret augur hæc Calchas, tamen*
d *Dicebat Hector, cuius & ſtirpem horreo.*
Generoſa e in ortus ſemina exſurgunt
e ſuos.
Sic f *ille magni paruus armenti comes,*

g Vlyſſes. h Pop. Cephalenes inſulæ Ionij maris, qui Vlyſſem ſecuti ſunt ad Troiam. Αὐτὰρ ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

i Cunctabundo, ancipiti, κυνηγετικῶς ἢ μετρικῶς ἴχνη νεοχ[illegible]χτα.

k Talthybius in Troad Euripid. μή με στυγήσῃς. οὐχ ἑκὼν γὰρ ἀγγέλλω Δαναῶν τε κοινὰ Πελοπιδῶν τ' ἀγγέλματα. Solenne verò eſt mali nuncij miniſtris mandatū præfatione mollientes, culpam eſſe auertere in alios reiectam.

a Serò reuiſendas.

b Ne ſequatur vltor.

c Tuus, ô Andromacha.

d Rebus clarè geſtis præeundo, fortè verbis.

e Vt parentes ſuos referant.

f Vitulus nondum rupta fronte, qui vexat naſcenti robora cornu.

f *Primiſque nondum cornibus fidẽs cutem,*
Ceruice ſubitò celſus, & fronte arduus,
Gregem g *paternum ducit, ac pecori imperat.*
Quæ tenera cæſo virga de trunco ſtetit,
Par ipſa h *matri tempore exiguo ſubit,*
Vmbráſque terris reddit, & cœlo nemus.
Sic i *malè relictus igne de magno cinis,*
Vires reſumat. k eſt quidem iniuſtus dolor
Rerum æſtimator: *ſi tamen tecum exigas,*
Veniam dabis, quòd l *bella poſt hyemes decem,*
* *Totidémq; meſſes iam ſenex miles timet,*
Aliáſq; clades rurſus, ac m *nunquam bene*
Troiam iacentẽ. magna res Danaos monet,
n *Futurus Hector. libera nos hoc metu.*
Hæc vna naues cauſa o *deductas* p *tenet;*
Hic claſſis hæret. néve crudelem putes.
Quòd q *ſorte iuſſus* r *Hectoris natũ petã;*
Petiſſem a *Oreſtem. patere* b *quod victor tulit.*
And. *Vtinam quidem eſſes, nate, materna in manu;*
Noſſémque quis te caſus ereptum mihi
Teneret, aut quæ regio. c *non hoſtilibus*
Confoſſa telis pectus, aut vinclis manus

g Quem taurus pater duxerat.

h Arbori è qua hic ſurculus ſeu planta fuit auulſa aut exciſa.

i Incautè, *vt ſolet à ventis alimenta reſumere, quæq; Parua ſubinductâ latuit ſcintilla fauillâ, Creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires.*

k Dolor eſt iniuſt⁹ æſtim. rerum. Noua, alia.

l Gruterus leg. Totidémque menſes.

m Non funditùs & radicitus euerſam, ſuperſtite Aſtyanacte in noui belli ſemina, vt quõdam Priamo.

n Filius tuus futurus alius Hector.

o E litore, & ad nauigandum paratas.

p Moratur.

q Sorte huic miniſterio delegatus. ſupra verſ. 512. vel dictâ per carmina ſorte, id eſt, oraculo, Tireſia effato. ſup. 366, Oed. 291.

r Hoſtis mihi.

a Etiam Agamemnonis imperatoris noſtri filium.

b Quod Agamemnon in filiâ Iphigeniâ ſup. 61.

c Nullum me genus cruciatus cogeret vt filium proderem.

Secantibus præſtricta; non acri latus
Vtrumque flammâ cincta, maternam fidem
Vnquam exuiſſem. nate, qui te nunc locus,
Fortuna quæ poſſedit? errore auio
Vagus arua luſtras: vaſtus an patriæ [d] *vapor*
Corripuit artus? ſæuus an victor tuo
[e] *Luſit cruore? nunquid immanis feræ*
Morſu peremptus poſcis [f] *Idæas aues?*
Vly. *Simulata remoue verba. non facile eſt tibi*
Decipere [g] *Vlyſſem. vicimus* [h] *matrum dolos,*
Etiam [i] *Dearum: caſſa conſilia amoue:*
Vbi natus eſt? And. [k] *vbi Hector? vbi cuncti Phryges?*
Vbi Priamus? vnum quæris, ego quæro omnia
Vl *Coacta dices, ſponte quod fari abnuis.*
And. [l] Tuta eſt, perire quæ poteſt, debet, cupit.
Vly. Magnifica verba mors propè admota excutit:
An. *Si vis, Vlyſſe, cogere Andromacham metu,*
Vitam minare. nam mori votum eſt mihi.
Vl. *Verberib⁹, igni, morte, cruciatu, eloqui*
Quodcunque celas, adiget inuitam dolor,
Et pectore imo condita arcana eruet.
Neceſſitas plus poſſe quàm pietas ſolet.
[m] Stulta eſt [n] fides. celare quod prodas ſtatim.
And. *Propone flammas, vulnera, & diras mali*

d Incendio mixtus fumus.
e Per ludibriũ te tantulũ interfecit.
f Troianas. vel in monte Ida.
g Emphaticè. qui aſtutus. πολύμητις, πολυλόμητις.
h Clytemneſtræ, cum peteret Iphigeniã. ſup. v. 161. & Thetidos, cùm Achillem explorarem. ſup. verſ. 211.
i *Indignanter* pro Deæ; id eſt, Thetidos, quamuis enim & Palladis ſimulachrũ ſuſtulerim, nihil tamen hoc ad matrũ dolos.
k Quaſi verò difficile ſit puerũ perire, cùm Hector, Phryges omnes, & Priamus perierint.
l Quæ poteſt, debet, cupitque mori, ſecura eſt.
m Pleriq; libri verſum hunc non agnoſcũt.
n Silentium.

Doloris artes, & famem, & ſæuam ſitim,
Variáſque peſtes vndique, & ferrum inditū
Viſceribus vſtis, carceris cæci luem,
Et quidquid audet victor iratus, tumens.
Vly. a *Animoſa nullos mater admittis metus.*
b *Hic ipſe, quo nunc cōtumax perſtas, amor,*
Conſulere paruis liberis Danaos monet.
Poſt arma tam c *longinqua, poſt annos decē,*
Minùs timerē quos d *facit Calchas metus.*
Si mihi timerem bella e *Telemacho* d *paras.*
An. *Inuita Vlyſſi gaudium ac Danais dabo?*
Dandum eſt. f *fatere, quos premis luctus, dolor*
Gaudete Atridæ; tuque lætifica, vt ſoles,
Refer Pelaſgis. Hectoris proles obijt.
Vly. *Et eſſe verum hoc quâ probas Danais fide?*
And g *Ita quod minari maximum victor poteſt,*
Contingat, & me fata maturo exitu
Faciliq́ue ſoluant, ac h *meo condant ſolo,*
Et patria tellus Hectorem i *leuiter premat.*
g *Vt luce caret, vt* g *inter extinctos iacet,*
Datuſque tumulo k *debita exanimis tulit.*
Vly. *Expleta fata ſtirpe ſublatâ Hectoris,*
l *Solidámque pacem lætus ad Danaos ferā.*
Quid agis Vlyſſe? Danaidæ credent tibi?
Tu cui? parenti fingit an quidnam parens,
Nec abominandæ mortis m *auſpiciu pauet?*
n *Auſpicia metuunt, qui nihil maius timent.*
Fidem alligauit iure iurando ſuam.

a Alij aliàs diſponūt, & hūc versū Andromachę tribuētes legūt. *Animoſa nullos mater admittit metus.* V. L *hic ipſe quo, &c.*
b Amoris iſtē affectus, quo tā pertinaciter filio tuo proſpicis, & nos monet noſtris ęquè cōſulere.
c Procul à patria.
d Vaticinatur.
e Filio meo, ſi ſuperſit Aſtyanax in vltionē.
f Fatere, ô dolor, luct⁹ quos premis.
g Et ipſum ſophiſtā Vlyſſem pænè capit æquiuoci iuramenti fallaciā. dū iurat matēr filiū (in tumulo additū) luce carere, & inter extinctos iacere.
h Patrio ſolo, nec abducat captiua.
i Vide vltimā verſ. *Hippolyti.* k Exequias, iuſta debita mortuis. m Omen mortis immaturæ duræque, & malorum quibus ſe iſtreiurando deuouet. n Interrogatiuè hoc, *vel* Ironicè.

Si peierat, timere quid grauius poteſt?
Nunc aduoca aſtus, anime; nunc fraudes, dolos,
Et a *totum Vlyſſem.* veritas nunquam latet,
b *Scrutare matrē. mœret, illacrymat, gemit,*
Et huc & illuc anxios greſſus refert,
Miſſaſque voces aure ſollicita excipit.
Magis hæc timet quàm mœret. ingenio eſt opus.
c *Alios parentes* d *alloqui in luctu decet:*
Tibi gratulādū eſt, miſera, quòd nato cares,
Quem mors manebat ſæua, præcipitē datū
E turre, lapſis ſola quæ muris manet.
And. e *Reliquit animus, membra quatiuntur, labant,*
Torpétque vinctus frigido ſanguis gelu.
Vly. *En tremuit.* f *hac, hac parte quærenda eſt mihi.*
Matrem timor detexit. iterabo metum.
g *Ite, ite, celeres, fraude materna abditum*
Hoſtem Pelaſgi nominis, peſtem vltimam,
Vbicunque latitat, erutam in mediū date.
h *Bene eſt. tenetur perge, feſtina, attrahe.*
Quid reſpicis, trepidáſque? iam certè perit.
And. i *Vtinam timerem! ſolitus ex longo eſt metus.*
Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.
Vly. k *Luſtrale quoniam* l *debitum muris puer*
Sacrum anteceſſit; nec poteſt vatem ſequi

a Omnes Vlyſſis artes, technas, aſtus.
b *Hæc ſecum, mulieris geſtus aduertens.*
c *His Andromacham ſubdolè affatur.*
d Conſolari. *alloquio curæ parte leuare decet, παραμυθεῖσθαι.*
e Al. *Deliquit.* P. Scriuerius leg. *Me liquet,* & hæc quibuſdā in lib. cōtinuantur Vlyſſi tacitè & callidè mulieris affectus obſeruanti.
f Per timorē.
g *Comites ceu famulos alloquitur.*
h Fingit puerū inuentum ab aliquo è ſuis abduci à tergo Andromachæ. quod illa timens reſpicit trepidè vnde illā filiū occuluiſſe coniicit.
i Excuſat metū à metu diuturno profectū, nō à iuſtâ causâ, inquiens, vtinā mihi viueret filius, eſſetque veri timoris cauſa! k Vt mulierē penitus excutiat, metū illi adauget, fingítq; iubere Calchantē vndas Hectoris cineribus placare, ſi minùs inueniatur puer. l De turre deijciendum.

m *Meliore fato raptus: hoc Calchas ait*
Modo piari poſſe redituras rates,
Si placet vndas Hectoris ſparſi cinis,
Ac tumulus imo totus æquatur ſolo.
Nunc ille quoniam debitam effugit necem,
Erit admouenda a *ſedibus ſacris manus.*
And. b *Quid agimus? animum diſtrahit geminus timor:*
Hinc gnatus, illinc coniugis chari cinis.
Pars vtra vincet? teſtor immites deos,
Deóſque veros, coniugis c *manes mei,*
Non aliud, Hector, in meo nato mihi
Placere, d *quàm te, viuat, vt poſſit tuos*
Referre vultus, e *prorutus tumulo cinis*
Mergetur? oſſa fluctibus ſpargi ſinam
Diſiecta vaſtis? potius f *hic mortem oppetat:*
Poteris nefandæ deditum, mater, neci
Videre? poteris celſa per faſtigia
Miſſum rotari? potero; perpetiar; feram,
Dum non meus poſt fata victoris manu
Iactetur Hector. i *hic ſuam pœnam poteſt*
Sentire; at g *illum fata iam in tuto locant.*
Quid fluctuaris? ſtatue, quē pœnæ extrahas.
Ingrata, dubitas? Hector eſt illic tuus.
Erras, vtrinque eſt Hector: hic h *ſenſu potens,*
Forſan futurus vltor extincti patris.
Vtrique parci non poteſt, quidnam facis?
Serua è duobus, anime, quem Danai timēt.
Vly. *Reſponſa peragam; funditus* i *buſta eruam.*
And. k *Quæ vendidiſtis?* Vly. *pergam, & è ſummo aggere*

m Mitiorē quā vt de turre prę cipitaretur.
a Sepulchro Hectoris. Sepulchra autē violare nefas, omniūq; nationū ritibus & legibus cautum.
b *Hæc ſecum.*
c *Appoſitiuè.* præcipuo autē honore veteres colebant deos domeſticos & ſuorum lares.
d Quā quòd te referat.
e Fluctuat mētu dubia mulier, nec cogitat erui non poſſe cineres ſaluo filio in tumulo abſcondito:
f Aſtyanax.
g Hectorem.
h Viuus.
i Tumulū in quo cadauer vſtū & cinefactū, propriè enim cadaueris crematio *Buſtū* dicitur ab antiquo Buro, ἀπυρῶν locus

Vſtrina, operis extructio *Sepulchrū* Inſcriptio *Monumentū*, ſtrues lignorū *Rogus*. Ignis inflāmatus *Pyra*, apparatus mortuorū *Funus*.

Trahũ ſepulchra. And. *cœlitũ appello fidem,*
Fidémque Achillis, Pyrrhe; *genitoris tui*
k *Munus tuere.* Vly. *tumulus hic campo ſtatim*
Toto iacebit. An. a *fuerat hoc prorſus nefas*
Danais inauſum, templa violaſtis, b *Deos*
Etiam fauentes; buſta tranſierat furor.
Reſiſtam, inermes offeram armatis manus.
Dabit ira vires. c *qualis Argolicas ferox*
Turmas Amazon ſtrauit; aut qualis d *Deo*
Percuſſa e *Mænas,* f *entheo ſyluas gradu*
Armata thyrſo terret, atque g *expers ſui*
Vulnus dedit, nec ſenſit; in medios ruam,
Tumulóque cineris ſocia defenſo cadam.
Vly. *Ceſſatis? & vos flebilis clamor mouet,*
Furórque caſſus fœminæ? iuſſa ocyus
Peragite. And. *me, me ſternite hic ferro priùs.*
Repelle Auernum, *rumpe fatorum moras.*
h *Molire terras, Hector, vt Vlyſſem domes.*
Vel vmbra ſatis eſt. i *arma concuſſit manu:*
k *Iaculatur ignes, cernitis Danai Hectorẽ?*
An ſola video? Vly. *funditùs cuncta erue.*
And. *Quid agis? ruina mater & gnatum & virum*
Proſternis vna, forſitan Danaos prece
Placare poteris, l *conditum elidet ſtatim*
Immane buſti pondus, m *intereat miſer*
Vbicunque potiùs, ne pater gnatum obruat,
Prematque patrẽ gnatus. n *ad genua occido*

k Corpus Hectoris mortui Achilles, locũ ſepulchro extruendo Græci vendiderunt.
a Hactenus à ſepulchris violãdis abſtinuiſtis, cætera vtut furioſi.
b Vt Palladẽ.
c *Quales Threiciæ cùm flumina Thermodoontis Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis, Seu circum Hippolytem, ſeu cùm ſe Martia curru Pentheſilea refert,* &c.
d Furore Bacchico percita.
e Agaue Theb. 17. & OEdip. 616.
f Afflatu numinis acta. OEd. 628.
g Mente ab alienata, animi impos.
h Ἄρηξον, ἐλθὲ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι, Ἅλις γάρ. Euripid.

i *Vel* in eorum terrorem fingit, *vel* per phantaſiam videtur cernere Hectorem. k Vt quondam, naues Græcorum flammis petens. l Filium abſconditum. m Vel de turre præcipitatus, aut vbicunque, modò ne in patris ſepulchro. n Verecundiæ veteres frontem aſſignabant, impudentiæ os, ſagacitati vel ir-

Supplex, Vlyſſe, quamque nullius pedes
Nouere dextram, pedibus admoneo tuis.
Miſerere matris, & preces placidus pias
Patiénſque recipe: quóque te celſum altiùs
Superi leuarunt, mitiùs lapſos preme.
Miſero datur quodcunque [a] fortunæ datur.
[b] *Sic te reuiſat* [c] *coniugis ſanctæ torus,*
Annóſque, dum te recipit extendat ſuos
[d] *Laërta ſic te* [e] *iuuenis excipiat tuus,*
Et vota vincens veſtra felici indole,
Ætate [f] *auũ tranſcendat, ingenium patrẽ.*
Miſerere matris. vnicum afflictæ mihi
Solamen hic eſt. Vly. *exhibe gnatũ, & roga.*

risioni naſum; iudicio aurem; faſtui ſupercilium, virtuti & fidei dextram, miſericordiæ genua, quæ illius, cui ſe ſupplices ingererent, contingebant; vt & caput, ſeu mẽtum, & dextrã. velut τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ πρακτικὸν, καὶ τὸ κινητικὸν, ſymbola conſenſus, actionis, & progreſſus ad præſtanda quæ petuntur. a Par relaturæ illi qui ſuccurrit miſeris, lubricæ fortunæ memor, Lipſ. autem legit *Miſeræ datur quodcunque fortunæ datur*. q. d. animo verè liberali datur, non aucupanti & retributionem ſperante.
b Sic tu reuiſas thorum. *Hypallage*. c Penelopes caſtæ & reditum tuum expectantis. d Pater tuus. e Telemachus filius. f Laertem.

ANDROMACHA.

Euocat filium è tumulo mater, iubetq́; ſupplicem petere Vlyßis gratiam.

HVc è latebris procede tuis,
Flebile matris furtum miſeræ.
Hic puer, [g] *hic eſt, terror, Vlyſſe,*
Mille carinis ſubmitte manus,
Dominique pedes ſupplice dextrâ
Stratus adora: nec turpe puta,
Quidquid miſeros fortuna iubet.
Pone ex animo reges atauos,
[h] *Magnique ſegnis iura per omnes*
Inclyta terras: excidat [i] *Hector.*

g *Argiuis de patre timendus, Aſtyanax*. Auſon.

h Priami.

i Memoria, vel indoles & virtus Hectoris.

k *Rege captiuum; poſitoque genu,*
l *Si tua nondum funera ſentis,*
Matris fletus imitare tuæ.
Vidit m *pueri regis lacrymas*
Et Troia prior, paruuſque minas
Trucis n *Alcidæ flexit Priamus.*
Ille, ille ferox, cuius vaſtis
Viribus omnes ceſſere a *feræ:*
Qui perfracto limine Ditis
Cæcum retrò patefecit iter,
b *Hoſtis parui victus lacrymis,*
Suſcipe, dixit, rector c *habenas,*
Patrioque ſede celſus ſolio,
Sed ſceptra fide d *meliore tene.*
Profuit illo victore capi.
Diſcite mites Herculis iras:
e *An ſola placent Herculis arma?*
Iacet ante pedes non minor f *illo*
Supplice g *ſupplex, vitámque petit.*
Regnum Troiæ, quocumque volet,
Fortuna ferat.

k Geſtu te præbe, gere te more captiui. l Si fortè non intelligis malum tuum & mortē paratā. m Priami tum pueri futuri regis ſup. 129. n Her. Fu. 556. a Mōſtra domita. b Priami. c Gubernacula, imperium. d Quàm pater Laomedō, qui perfidè primū Deos vrbis munitores promiſsâ mercede, mox Herculem equis propter liberatam à monſtro marino Heſionem pactis fraudauit, ſup. v. 131 e An Herc. ſagittæ in expugnandâ Troiâ ſolæ placent vobis? annon & mores, miſericordia & clementia? f Priamo. g Aſtyanax.

VLYSSES. ANDROMACHA.
ASTYANAX.

Precibus minas & diras miſcet Andromache,
Vlyſſem orans, nec exorans.

Vly. M*Atris quidem me mœror attonitæ monet:*
Magis Pelaſga me tamen matres mouent,
Quarū iſte magnos creſcit in luctus puer,
An. h *An has ruinas vrbis in cinerē datas*

h Emphaticè vt ſup. v. 474.

i *Hic excitabit? hæ manus Troiam erigent?*
Nullas habet ſpes Troia, ſi k *tales habet.*
l *Non ſic iacemus Troes, vt cuiquam metus*
Poſſimus eſſe. ſpiritus m *genitor facit?*
Sed nempe tractus. m *ipſe* n *poſt Troiã pater*
Poſuiſſet animos, magna quos frangũt mala
Si pœna petitur, quæ peti grauior poteſt?
a *Famulare collo nobili ſubeat* a *iugum:*
Seruire liceat. aliquis hoc b *regi negat?*
Vly. *Non hoc Vlyſſes: ſed negat* c *Calchas tibi.*
And. d *O machinator fraudis, ô ſcelerum artifex!*
Virtute cuius bellicâ nemo occidit,
Dolis & aſtu maleficæ mentis iacent
Etiam e *Pelaſgi;* f *vatem & inſontes deos*
Prætendis? hoc eſt pectoris facinus tui,
g *Nocturne miles, fortis in pueri necem.*
Iam h *ſolus audes aliquid, &* g *claro die.*
Vly. *Virtus Vlyſſis nota Danais eſt ſatis,*
Nimiſque Phrygibus. non vacat vanis diẽ
Conterere verbis: anchoras claſſis i *legit.*
And. *Breuem moram largire, dum officiũ parens*
Gnato ſupremum reddo, & amplexu vltimo
Auidos dolores ſatio. Vly. k *miſereri tui*
Vtinam liceret! quod tamen ſolum licet,

i Infans, puellus Τροίαν ποτὲ πεσοῦσαν ὀρθώσειεν, &c. Euripid.
k Tam macras, lentas, exiles.
l Imò tam funditus deleti, vt non ampliùs timendi ſimus.
m Hector.
n Circa mœnia Troiç Achillis bigis raptus. vel ad naues & ter circum Patrocli tumulum raptatus.
a Seruitutis onus.
b Regia ſtirpe edito, regni hæredi, ἄστυ ἄνακτι.
c Deorum oraculum, cuius interpres Calchas.
d Deplorata ſalutis ſpe ſe ad conuitia in vindictã conuertit.
e Iphigenia ſup. verſ. 567. Palamedes falſa proditionis accuſatione oppreſſus: & Aiax in contentione de armis Achillis victus.
f Calchanta & deos hoc non iubentes.
g Qui noctu ſolum expeditiones ſeu furta potiùs exerces, vt in rapiendo Palladio, & Rheſi tentoriis deprehendendis. ſup. v. 38.
h Sine Diomede comite.
i Retrahit in nauem, *Vvayethanchor.*
k Et miſericordiam profitetur Sophocleus ille Vlyſſes, ἐποικτείρω δέ νιν Δύστηνον ἔμπας. καί περ ὄντα δυσμενῆ.

Tempus morámque dabimus: arbitrio tuo
Implete lacrymis: [l] fletus ærumnas leuat.
And. *O dulce pignus! ô decus lapſæ domus!*
Summúmque Troiæ funus! ô Danaûm timor!
Genitricis, ô ſpes vana! cui demens ego
[m] *Laudes parentis bellicas, annos aui*
Medios precabar: vota deſtituit deus.
Iliaca non tu ſceptra regali potens
Geſtabis aulâ; iura nec populis dabis,
Victáſque gentes ſub tuum mittes iugum;
[n] *Non Graia cædes terga, non* [o] *Pyrrhum trahes;*
Nõ [a] *arma tenerâ* [a] *parua tractabis manu,*
Sparſaſque paſſim ſaltibus latis feras
Audax ſequeris; nec ſtatò [b] *luſtri die*
[c] *Solenne referens Troici* [d] *luſtri* [c] *ſacrum,*
Puer citatas nobilis turmas ages:
Non inter aras [e] *mobili velox pede,*
Reuocante [f] *flexo* [e] *concitos* [f] *cornu modos,*
[g] *Barbarica* [h] *priſco templa ſaltatu coles.*
O morte dirâ triſtius lethi genus!
Flebilius aliquid Hectoris magni nece

l *Expletur lacrymis, egeritúrq́; dolor.*
m Fortitudinem patris, Priami ętatem mediam, id eſt, florentem opibus, regno, liberis; non optarem eius ſenectutē, quę miſeriarum exemplum.
n Vt pater.
o In filio patrem tuum vltus.
a Exercicationes & præludia bellica, venationes ſc Troianum agmen, ſaltationes.
b Vide Herc. Fur. verſ. 840.
c A nobilibus pueris equeſtribus & armatis peractum, quem deſcribit Virgilius 5. Æneid. quæ Pyrrhica dicta eſt, vel Troia. d Lege *Ludi*, aut *feſti*, vt euitetur inſuauis repetitio eiuſdem vocis in verſu præcedenti.
e Choreas in Dyndimenes ſacris, ſaltando ad Phrygium modum, qui cæteris quatuor concitatior: Æolius. n. ſimplex; & animi tempeſtates tranquillat; Doricus honeſtus & grauis, pudicitiæ largitor; Ionius ſeu Ioſius varius, intellectum obtuſis acuit; Lydius querulus mentem curis defatigatam reparat & oblectat; Phrygius verò religioſus & ἔνθεος pugnas excitat, & votum furoris inflammat. f Curua tibia, ἐν αὐλοῖς Σιπυλίδεσσι Πέλοπος ματρὸς ὀρείας Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
Barbara & horribili ſtridebat tibia cantu. Catul.
g Phrygia. h Phrygio.

i *Muri videbunt.* Vly. k *rumpe iam fletus, parens.*
Magnus ſibi ipſe non facit finem dolor.
And. *Lacrymis, Vlyſſe, parua, quam petimus, mora eſt.*
Concede paruos vt meâ l *condam manu*
Viuentis oculos occidis paruus quidem,
Sed iam timendus. Troia te expectat tua.
I, vade liber; m *liberos Troas vide.*
Aſt. *Miſerere, mater.* And. *quid meos retines ſinus,*
Manuſque matris? caſſa præſidia occupas.
Fremitu leonis qualis audito tener
Timidum iuuencus applicat matri latus;
At ille ſæuus matre ſummotâ leo,
n *Prædam minorem morſibus vaſtis premẽs*
Frangit, vehitque: talis è noſtro ſinu
Te rapiet hoſtis, o *oſcula, & fletus, puer,*
p *Laceroſque crines excipe, & plenus* q *mei*
Occurre patri; pauca maternæ tamen
Perfer querelæ verba, a *ſi manes habent*
Curas priores, nec perit flammis amor:
Seruire Graio pateris Andromachen iugo,
Crudelis Hector? b *lentus & ſegnis iaces,*
Rediit Achilles, c *ſume nunc iterum comas,*
Et ſume lacrymas; quidquid è miſero d *viri*
Funere relictum eſt; ſume quæ reddas tuo
Oſcula parenti: matris hanc ſolatio

i *Iliaci, Neptunia mœnia, muri Viderunt aliquid crudelius Hectore rapto.* Auſon.
k Deſine, mitte.
l Claudam; quod proximè neceſſitudine cõiuncti officium eſt.
m Apud inferos, qui bello mortem oppetierunt, nec in ſeruitutem redacti.
n Iuuencum.
o Viuo filio, ſed morti deſtinato iuſta perſoluit, reſpicit autem ad ritum oſſa cõponendi, qui talis: primò buſtũ vino extinguebant, manes vocabant, lotis deinde manibus oſſa legebant, lecta vino perfundebant & lacte, mox, vẽto ſiccãda exponebãt, ſiccata aromatib⁹ & odoribus miſta in vrnã reponebãt, reliquiis lacrymas ſuperfundebãt. p Hippolyt. v. 1376. q Spiritus mei ab oſculis; lacrymarũ: criniũ. a Si affect⁹ maneant poſt rogos, *nec cura nos ipſâ in morte relinquãt*. b Cur nõ & tua vmbra rediit, vt Achillis? ſup. 430. c Modò v. 728. d Mei Hectoris.

*Relinque veſtem, tumulus * hanc tetigit meus,*
Manéſque chari, quidquid hic cineris latet,
Scrutabor ore. Vly. *nullus eſt flédi modus,*
Abripite properè claſſis Argolicæ † moram.

* Veſtem, qua obuolutus in ſepulchro à matre abſcõditus fuerat. e Cineres ſuorũ, ne qua pars periret, labris & ore ſeruati lambere ſolebant. Herc. Oet. 1341. † Puerum in quo mora, vt ſup. v. 550.

CHORVS.

Aſſortandæ Troades in varia Græciæ loca, prout ſorte Achiuis diſpertitæ contigerant, in quamcunque tamen Græciæ partem abduci præoptant, quàm in Spartam, Mycenas, & Ithacam, Helenæ, Agamemnonis, & Vlyſſis patriam.

QVæ vocat ſedes habitanda captas?
Theſſali montes, & opaca g *Tempe?*
An viros tellus dare militares
Aptior h *Phthie? meliórque fœtu*
Fortis armenti i *lapidoſa* i *Trachyn?*
An k *maris vaſti domitrix* k *Iolcos?*
l *Vrbibus centum ſpacioſa Crete?*
Parua m *Gortyne, ſteriliſque* n *Trice?*
An frequens ruſcis leuibus o *Methone,*
Quæ ſub p *OEtæis latebroſa ſyluis*
Miſit infeſtos Troïæ ruinis
q *Non ſemel artus?*
r *Olenos tectis habitata raris?*
Virginis ſ *Pleuron inimica Diuæ?*

g Theſſaliæ loca amœna. h Theſſaliæ pars, Achillis & Myrmidonum patria. i Theſſaliæ vrbs & pars, quòd τραχεῖα, id eſt, aſpera ſit, dicta. k Iaſonis patria, quia ad vellus aureũ petendũ vectus Argo, mare nauibus peruium docuit. l Ἑκατόμπολις inſula. m Cretæ opp. n Al. Tricca, Theſſaliæ vrbs, o Thraciæ vrbs, cui aliæ cognomines in Meſſenia, Macedonia, Euboia, &c. p Oeta mons in finibus Theſſaliæ, Herculis rogo celebris. q Sup. v. 133. r Elidis vrbs. ſ Ætoliæ vrbs Meleagri patria, cuius pater Oeneus, cùm cæteris numinibus frugũ honores ſacrificaret, omiſsâ Dianâ, indignata Dea immiſit aprum qui Ætoliam vaſtaret.

An maris lati ſinuoſa t *Trœzen?*
Pelio regnum u *Prothoi ſuperbum,*
* *Tertius cœlo gradus ?* a *hîc recumbens*
Montis exeſi ſpacioſus antro
b *Iam trucis Chiron pueri magiſter,*
Tinnulas plectro feriente chordas,
c *Tunc quoque ingentes acuebat iras*
Bella canendo.
An ferax d *varij* e *lapidis* f *Caryſtos?*
An premens litus maris inquieti
Semper g *Euripo properante* h *Chalcis?*
Quolibet vento faciles i *Echinæ?*
An carens nunquam * *Gonoëſſa vento?*
Quæque k *formidant Borean* k *Eniſpæ?*
Attica pendens l *Peparethos ora ?*
An ſacris gaudens m *tacitis* n *Eleuſis?*
* *Numquid Aiacis Salamina* o *veram?*
Aut p *ferâ notam* q *Calydona ſæua?*
Quáſque perfundit ſubiturus æquor

t Peloponneſi ciuitas maritima Theſei patria.
u Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος Τενθρηδόνος υἱός, Οἳ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον. Non *Protei*, vt habetur in vulgatis.
* Pindo ſeu Olympo & Oſſæ ſuperingeſtus à gigãtibus. vid. Herc. Fu 970.
a In Pelio.
b Achillis, quẽ puerũ inſtruxit Centaurus Chiron medicâ, muſicâ, & equitandi arte. c Μῆνιν Homericam reſpicit *vel* Achillis tum iuuenis *mares animos in Martia bella Verſibus exacuit.* d Sunt qui metri cauſâ ſubdant *rari lapidis*, cùm tamen alibi pluries reperiatur Dactylus in ſecundâ Sapphici ſede, è licẽtia Tragicorũ. e Marmoris. f Vna è Cycladũ inſulis. g Herc. Fu. v. 377. h Euboiæ vrbs, ab Aulide Bœotiæ portu Euripo diuiſa. i Echinę ſeu Echinades inſulæ ad oſtium Acheloi. * In Ætolia. k Καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην. l Legendum videtur *Perithados*, qui Atticæ vicus, vel aliquid ſimile nam Peparethos è Cycladum numero eſt. m Cereris ſacris non reuelandis. Herc. Fu. v. 301. & 844. n Hippolyt. 835. o Inſulam Atticam, Telamoni regnatam; non illam à Teucro in Cypro conditam, & hic deeſſe aliquid videtur ad perficiendam conſtructionem, niſi referantur Accuſatiui ad *Mittat.* inf. v. 850. * Sed quo caueatur conſtructioni Nominatiui in Accuſatiuum tranſeuntis, Ioſ. Scaliger inſerit duos verſus: *Quóve iactatæ pelago feremur Exules? ad quæ loca? quae ad vrbes?* atque illos in editione ſua adoptat P. Scriuerius. p Apro. ſup. verſ. 825. q Vrbem Ætoliæ.

Segnibus terras r *Titareſſos vndis,*
Beſſan & Scarphen: ſ *Pylon an ſenilem?*
t *Pharin? an* u *Piſam Iouis, &* x *coronis*
y *Elida claram?*
Quolibet triſtis miſeras procella
Mittat, & donet cuicunque terræ:
Dum z *luem tantam Troiæ atque Achiuis*
Quæ tulit, 1 *Sparte, procul abſit: abſit*
Argos, & ſæui Pelopis Mycenæ;
2 *Neritos paruâ breuior,* 3 *Zacyntho,*
Et nocens ſaxis Ithace 4 *doloſis.*
a *Quod manet fatum, dominúſque quis te,*
Aut quibus terris, Hecube, videndam
Ducet? in cuius moriere regno?

r Titareſſus Theſſal. amnis, qui Locros perfluit, quo 16 vrbes ſunt Beſſa & Scarpe. ſ Meſſeniæ, *Pylon antiquã, Neleïa Neſtoris arua.* t Laconiæ vrbem. u Thyeſt. verſ. 128. x Victorum præmiis in ludis Olympicis iuxta Elida vrbem. y Vide Herc. Fu. v. 839. z Helenam. 1 Laconum vrbs. 2 Mons Ithacæ. 3 Inſulâ Vlyſſi regnatâ. *nemoroſa Zacynthos, Dulychiúmque, Saméque, & Neritos ardua ſaxis.* 4 Latentibus ſub vndis, vel Ithaca ſaxoſa & aſpera, nidus inter ſcopulos, Vlyſſis doloſi patria & regnum. a Conuerſus ad Hecubam Chorus hoc quæſit.

ACTVS QVARTVS.

HELENA. ANDROMACHA. HECVBA.

POLYXENA. muta perſona.

Vt manibus Achillis ritè inferiæ peragantur, excogitata ratio eſt, qua vt veſte ita animo nuptiali affecta mactetur Polyxena. vid. ſup. v. 360 quæ partes dantur Helenæ, vt Polyxenam lactet inani ſpe nuptiarum cum Pyrrho, quas illa primò ſimulat, mox Andromachæ iurgio excuſſa, dolos fatetur, & rem apertè ſuadet.

b Thebaid. 261.

Hel. Q*Vicunque* b *hymen funeſtus, illætabilis,*
Lamenta, cædes, ſanguinem, gemitus habet,

Eſt c *auſpice Helena* d *dign⁹. euerſis quoq;*
Nocere cogor Phrygibus; ego Pyrrhi thoros
Narrare falſos iubeor; ego e *cultus dare,*
Habitúſquè Graios. arte capietur mea,
Meáque fraude concidet f *Paridis* f *ſoror.*
Fraudetur. ipſi leuius hoc equidem reor.
g Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori.
Quid iuſſa ceſſas agere? ad auctores redit
Sceleris coactis culpa. i *Dardania domus*
Generoſa virgo, melior afflictos Deus
Reſpicere cœpit; téque felici parat
Dotare thalamo. tale coniugium tibi
Non ipſa ſoſpes Troia, non Priamus daret.
Nam te k *Pelaſga maximum gentis decus*
Ad ſancta lecti iura legitimi petit.
Cui regna campi lata Theſſalici iacent:
Te magna l *Tethys, téque tot Pelagi deæ,*
Placidúmq; numē æquoris tumidi m *Thetys*
Suam vocabunt: te datam Pyrrho ſocer
Peleus a *nurum vocabit, & Nereus* a *nurū.*
Depone cultus ſqullidos, b *feſtos cape.*
Dediſce captam: deprime horrentes comas,
Crinémque c *doctâ patere diſtingui manu.*
Hic forſitan te caſus exceſo magis
Solio repone. profuit multis capi.
And. *Hoc deerat vnum Phrygibus euerſis malum,*
Gaudere? flagrant ſtrata paſſim Pergama.

e Veteres nihil non initiabantur ab augurio: in nuptiis itaque adhibiti auſpices.
d Digna ſanè pronuba quæ haſce funeſtas nuptias conciliaret. nam & ipſa bis rapta, iura iugalia violauerat, Paridem ſecuta Menelaum deſeruerat, Deiphobum prodiderat, Troiamq; in prioris mariti gratiam.
e Sup. v. 360.
f Polyxena.
g Repentina & ſubita mors, quæ & Iulio Cæſari optata contigit.
h Duces Græcos qui mihi inuitę has partes mandarūt.
i Conuerſa ad Polyxenam, hæc.
k Pyrrhus, cui campi Theſſ. patent lata regna, te in coniugium petit.
l Martis Dea, Neptuni coniux. m Mater Achillis. Dea marina, Pelei vxor. a Affinem, neptem, nurum, &c.
b Nuptiales. c Pſecados, coſmetæ, ciniflonis, commotrię, ancillæ ornatricis, quæ *pectitque comas, & voluit in orbem.*

d *O coniugale tempus! an quiſquã audeat*
Negare? quiſquam dubius ad thalamos eat,
Quos Helena ſuadet? peſtis, exitium, lues
e *Vtriuſq; populi! cernis hos tumulos ducũ?*
Et nuda totis oſſa quæ paſſim iacent
Inhumata campis? hæc hymen ſparſit tuus.
Tibi fluxit f *Aſia, fluxit* g *Europa cruor,*
h *Cùm dimicantes lenta proſpiceres viros,*
Incerta voti. i *perge, thalamos appara.*
Tædis quid opus eſt? quidve k *ſolenni face?*
Quid igne? l *thalamis Troia prælucet nouis.*
Celebrate Pyrrhi, Troades, connubia;
Celebrate m *dignè. planctus & gemitus ſonent.*
He. *Ratione quamuis careat, & flecti neget*
Magnus dolor, ſocióſque nonnunquã ſui
Mœroris ipſos oderit; cauſam tamen
Poſſum tueri iudice infeſto meam;
n *Grauiora paſſa.* o *luget Andromacha Hectorem,*
Et Hecuba Priamum: ſolus occultè Paris
Lugendus Helenæ eſt. a durum, & inuiſum, & graue eſt,
Seruitia ferre. *patior hoc olim iugum*
Annis decem captiua. a *proſtratũ Iliũ eſt,*
a *Verſi penates. perdere eſt patriam graue,*
Grauius b *timere. vos* c *leuat tanti mali*
c *Comitatus.* d *in me victus & victor furit.*
Quam quiſq; famulã traheret, incerto diu
Caſu pependit: me e *meus traxit ſtatim*
Sine ſorte dominus. f *cauſſa bellorum fui,*

d Ironicè.
e Troiani & Græci.
f In qua Troia.
g In qua Græcia.
h Cum è muro Troiano proſpiceres duos maritos tuos monomachiâ de te certantes, ipſa cui faueas incerta, legitimóne Menelao, an raptori Paridi.
i Ironicè.
k Nuptiali, Thebaid. 263. & 507.
l Sarcaſticè.
m Planctu ſc. & gemitu, vt ſeq.
n Quàm vos.
o Vobis apertè luctum licet profiteri, mihi occultè lugendus eſt Paris.
a Vobis.
b Quod ego facio, deſerti à me mariti vltionem timẽs.
c Vide Chorum ſequentẽ verſ. 1009.

d Me Troiani & Græci deteſtantur. e Menelaus prior maritus.
f *Anthypophora*, at dicetis me meruiſſe, quę fuerim cauſa belli &

Tantaque Teucris cladis. hoc verum puta,
Spartana puppis veſtra ſi ſecuit freta,
Sin rapta Phrygiis præda remigibus fui,
Deditque donum iudici victrix Dea:
Ignoſce g *Paridi.* h *iudicem iratum mea*
Habitura cauſſa eſt. iſta Menelaum manẽt
Arbitria. nunc hanc luctibus paulum tuis,
Andromacha, omiſſis flecte. vix lachrymas queo
Retinere. k An. *quantum eſt, Helena quod lacrymas, malum!*
Cur lacrymat autẽ? fare, quos Ithacus dolos,
Quæ ſcelera nectat. vtrum ab Idæis iugis
Iactanda virgo eſt? arcis an celſæ edito
Mittenda ſaxo? num per has vaſtũ in mare
Voluenda rupes, latere quas ſciſſa leuat
Altum vadoſos l *Sigeon ſpectans ſinus?*
Dic, fare, quidquid ſubdolo vultu tegis.
Leuiora mala ſunt cuncta, m *quàm Priami gener,*
Hecubæq Pyrrhus; fare, quam pœnã pares.
Exprome; & vnũ hoc deme noſtris cladib⁹,
Falli. paratas perpeti mortem vides.
Hel. *Vtinam iuberet me quoque* a *interpres deũm*
Abrumpere enſe lucis inuiſæ moras,
Vel Achillis ante buſta, furibundâ manu
Occidere Pyrrhi, fata comitantem tua,
Polyxene miſeranda, quam tradi ſibi,
Cinerémque Achilles ante mactari ſuum,
b *Campo maritus vt ſit* b *Elyſio, iubet.*

cladis Troianæ, ego autẽ non fui cauſa, neq; enim vltrò ſecuta ſum Paridẽ, ſed ab eo rapta, & donata quidẽ illi à Venere. ſup. v.66.

g Qui datum ſibi à Dea munus vindicauit iure ſuo.

h Quod verò meum peccatum ſpectat pœnámq;, ſeuerũ ſatis habebo iudicem Menelaum, nempe læſum, iratum.

i Polyxenã ad nuptias tu flecte, namq; ego vix lacry. &c.

k Magnum certè aliquod imminet malũ, quod Helenã malis induratam in lacrymas cogat.

l Troiæ promontorium.

m Quàm vt Polyxena nubat patris ſui interfectori.

a Calchas, ſup. 192. & v. 359. b Sede & domicilio beatarum animarum corpore exutarum ἀπὸ τῆς λύσεως, id eſt, ſolutione. aliis ab ἠλύσεως, id eſt, profectione. quem campum ſub terra locant nonnulli, in orbe Lunæ alij, alij in Sphæra quæ

And. *Vide, vt* c *animus ingens lætus audierit necem.*
Cultus decoros regiæ veſtis petit,
Et admoneri crinibus patitur manum
Mortem putabat d *illud,* e *hoc thalamos putat.*
At miſera luctu mater audito ſtupet.
Labefacta mens ſuccubuit. aſſurge, alleua
Animum, & cadentem miſera firma ſpiritum.
f *Quàm tenuis anima vinculo pendet leui!*
g *Minimum eſt, quod Hecubam facere felicem poteſt.*
Spirat, reuixit: h *prima* mors miſeros fugit.
Hec. *Adhuc Achilles viuit in pœnas Phrygum?*
Adhuc rebellat? ô manum Paridis i *leuem!*
Cinis ipſe noſtrum ſanguinem ac tumulus ſitit.
Modò k *turba felix latera cingebat mea:*
Laſſabar in tot oſcula, in totum gregem
Diuidere l *matrem.* m *ſola nunc hæc eſt ſuper,*
Votum, comes, leuamen, afflictæ quies,
H*æc totus Hecubæ fœtus, hac* n *ſolâ vocor*

ἀπλανὴς dicitur, in inſulis fortunatis & Atlanticis; alij in Hiſpania. Homerus, &c. Quum verò amœnitatem & gaudia Paradiſi (cuius cognitionem ab Ægyptiis & literis ſacris habuere) Philoſophi & hos ſecuti Poëtæ ad Elyſium ſuũ tranſtulerint, cur non & nomen indidem ex אשל אל id eſt, Dei nemus?

c Polyxenæ, quæ muta inducitur perſona, quaſi virginem ingenuã deceat ſilentiũ. Quæ tamen apud Euripidem θανεῖν inquit μειζωτυχία κρεῖσσον ἐκύρησεν. d Pyrrho nubere. e Occidi.
f Quàm facilè euolat ſenilis anima? Herc. Fu. 1308.
g Facilis mors, & vnus quaſi ſpiritus euolans Hecubam ſeruitute ac miſeriis liberare valet. h Mors verò maximè fugit miſeros. i Quæ Achillem non in torum interfecerit. ſup. v. 346.
k Liberorum. ſup. verſ. 32. l Affectus & officia materna.
m Supererat quidem Caſſandra, aliis Alexandro; ſed non comes matris. *Namque trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus à templo Caſſandra, adytiſque Mineruæ.* inf. verſ. 960. & 975.
n Caſſandræ ſolius.

Iam voce mater. [o] *dura & infelix, age,*
Elabere anima, denique hoc vnum mihi
Remitte funus. irrigat fletus genas,
Imberque victo ſubitus è vultu cadit.
Lætare, gaude, gnata, quàm vellet [b] *tuos*
Caſſandra [b] *thalamos, vellet Andromache* [b] *tuos!*
And. *Nos, Hecuba, nos, nos, Hecuba, lugendæ ſumus,*
Quas mota claſſis huc & huc ſparſas feret.
Hanc chara tellus ſedibus patrÿs teget.
Hel. [c] *Magis inuidebis, ſi tuam ſortem ſcias.*
And. *An aliqua pœnæ pars meæ ignota eſt mihi?*
Hel. [d] *Verſata dominos vrna captiuis dedit.*
And. *Cui famula tradar, ede: quem dominum voco?*
Hel. *Te ſorte primâ* [e] *Scyrius iuuenis tulit.*
And. *Caſſandra* [f] *felix! quàm furor ſorte eximit,*
Phœbúſque. Hel. [g] *regum hanc maximus rector tenet.*
Hec. *Eſt-ne aliquis,* [h] *Hecubam qui ſuam dici velit?*
Hel *Ithaco obtigiſti præda* [i] *nolenti* [k] *breuis*
Hec. *Quis tam impotens ac dirus, & iniquæ ferus*
Sortitor vrnæ, [l] *regibus reges dedit?*
Quis tam ſiniſter diuidit captas deus?
Quis arbiter crudelis, & miſeris grauis,
[m] *Eligere dominos neſcit? & ſæuâ manu*

o Difficilis ad exeundum.
a Polyxenæ.
b Mori, vt tu.
c Inuidendo fœlicitati illi⁹, tum dolebis.
d Sup. v. 58.
e Pyrrhus Achillis filius ex Deïdamia Lycomedis Scyri regis filia. ſup. v. 340.
f Propter diuinationẽ & ſacerdotiũ Phœbi ſorte exempta.
g Agamemnõ Caſſandrã extra ſortem habet.
h Quia vetulã ſup. 68.
i *Prædæ mala ſors, quã victor Vlyſſes Eſſe ſuã nollet.*
k Citò enim ab Vlyſſe dimiſſa ad Thracas fugit vbi in canem conuerſa, id eſt, rabidis conuiciis omnes impetẽs, lapidibus obruta eſt.
l Nõnullis placet lectio, *haud regibus reges.* m Dignos eligere neſcit, ſed cęcâ ſortè indignè miſcet.

Dat iniqua miſeris fata? n *quis matrem Hectoris*
Armis Achillis miſcet? ad Vlyſſem vocor.
o *Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi*
Obſeſſa videor cladibus, domini pudet,
Non ſeruitutis, p *Hectoris ſpolium feret,*
Qui tulit Achillis? ſterilis, & ſæuis fretis
Incluſa tellus, num capit tumulos meos?
Duc, duc, Vlyſſe, a *nil moror; dominum ſequor:*
(Me mea ſequantur fata, non pelago quies
Tranquilla veniat, ſæuiat ventis mare,
Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala.
Dumque iſta venient, interim hæc pœna in loco eſt:
Sortem occupaui, præmium c *eripuit mihi.)*
Sed incitato Pyrrhus accurrit gradu,
Vultúque toruo. Pyrrhe, quid ceſſas? age,
d *Reclude ferro pectus, & Achillis tui*
Coniunge ſoceros, perge, e *mactator ſenum;*
Et f *hic decet te ſanguis:* g *abreptam trahe.*
Maculate ſuperos cæde funeſtâ deos,
Maculate h *manes, quid precer vobis? precor*
His i *digna ſacris æquora, hoc claſſi accidat*
Toti Pelaſgæ, ratibus hoc mille accidat,
k *Meæ precabor, cũ vehar, quidquid ratĩ.**

n Vt eidẽ Vlyſſi, cui adiudicata ſũt Achillis arma, contingat Hecuba, cuiꝰ *ratione ſubiungit*, verſ. 988. Hect. ſp. &c.
o Poſtquã Vlyſſi ſorte cõtigerim.
p Me matrem Hectoris, ſpoliũ autẽ propriè veſtis corpori detracta dicitur.
a Sequar tamẽ, vt & infortunia mea Vlyſſẽ comitẽtur.
b Lege ex autoritate Ioſ. Scaligeri, *in lucro eſt*, nãq; miſera omnia ſæuáq; pro lucro deputabo, modò compatiatur Vlyſſes.
c Legit idem Scal. *Eripuit*, vt ſit ab athletis tranſlatio, qui ſæpè victori ſecuro extra ſortẽ præmiũ eripiebãt, quid ſi legamus, *ſors occupauit?* ac ſi diceret, & hoc ante ſortẽ optaui vt infauſta comes adderer Vlyſſi Iam verò ſors occupauit, pręmiúmque eripuit mihi. d Me vt nuper Priamum confice, coniũgéque nos per mortem ſoceros in his funeſtis nuptiis patris tui. e Sup. 45. f Mens ſenilis hic cruor. g Polyxenam. h Inferos, *vel* Achillis vmbram. i Sæua, tumida, infeſta. k Sup. v. 992. Atq; hoc quinque verſus à verſu. 991. vncinulis incluſos, traijciendos contendit Ioſ. Scal. cui adſtipulatur P. Scriuerius.

CHORVS.

Chorus occaſione ſumptâ ab Helena dicto ſup. v. 911. vos leuat tanti mali comitatus, *ſolatur ſe communi malo, quaſi* ſolamen miſeris, ſocios habuiſſe doloris; *quod tamen ſolatium ipſis fortuitò diſiunctis ablatum fore.*

DVlce mœrenti populus dolentum,
Dulce lamentis reſonare gentes.
Leniùs luctus lacrymæque mordent,
Turba quas fletu ſimili frequentat.
Semper, ah ſemper dolor ipſe magnus
l Gaudet in multos ſua fata mitti,
Séque non ſolum patuiſſe pœnæ.
Ferre, quam ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat.
m Nemo ſe credit miſerum, licèt ſit.
Tolle felices, remoueto multo
Diuites auro, remoueto a centum
Rura qui ſcindunt opulenta bubus;
Pauperi ſurgent animi iacentes.
Eſt miſer nemo, niſi comparatus.
Dulce in immenſis poſito ruinis
Neminem lætos habuiſſe vultus.
Ille deplorat, queritúrque fatum,
Qui ſecans fluctum rate b ſingulari
c Nudus in portus cecidit petitos.
Æquior caſum tulit & procellas,
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui vidit, tabuláque litus
Naufragâ ſpargi, mare cùm coactis
Fluctibus d Corus prohibet reuerti.
Queſtus eſt e Hellen cecidiſſe Phrixus,

l Gaudet ſua mala in multos mitti, cõmunicari.
m Sit nemo diues; & ipſi pauperes ſibi non videbuntur miſeri.
a *Terram qui centum vertebat aratris.* Virgil. de Galeſo. 7. Æneid.
b Vnicâ, ſolâ, ſingulâ, μονόκοπος ἀνήρ.
c E naufragio enatans.
d Thyeſt. v. 576.
e Phrixus & Helle patrem Athamanta & nouercã Ino fugiẽtes, ariete aurei velleris conſcenſo pontum trãsfretare aggreſſi ſunt, quod ille quidem fecit, Helle verò ſubmerſa nomen ponto reliquit.

Cùm f gregis ductor radiante villo,
Aureo fratrem ſimul & ſororem
Suſtulit tergo, medióque g iactum
Fecit in ponto. h *tenuit querelas*
i *Et vir, & Pyrrhe, mare cùm viderent,*
k *Et nihil præter mare cùm viderent,*
l *Vnici terris homines relicti.*
Soluet m *hunc cœtum, lacrymáſque noſtras*
Sparget huc illuc agitata claſſis,
Et n *tuba iuſſi dare vela nautæ,*
Cùm ſemel ventis properante remo
Prenderint altum, o *fugiétque litus.*
Quis ſtatus mentis miſeris, vbi omnis
Terra decreſcet, pelagúſque creſcet?
Celſa cùm longè latitabit Ide?
Tum puer matri; genitrixque gnato,
Troia qua iaceat regione, monſtrans
Dicet, & longè digito notabit:
Ilium eſt illic, vbi fumus altè
Serpit in cœlum, a *nebulaque turpes.*
Troës hoc ſigno patriam videbunt.

f Aries aureo vellere radiãs. g Iacturam Helles. h Contra, Deucalion & Pyrrha non cõquerebantur malũ latè patens. i Al. *Et vir & vxor.* k Iſte verſus in pleriſq; lib. non habetur. l Diluuium in Theſſalia tempore Deucalionis, de quo Poëtæ tanquã generali loquuntur. m Noſtrũ, captiuarum vid. argumentum huius Chori.

n ὀρθίαν ὅπου Σάλπιγγος ἠχῶ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ Πέργοις Ἀχαιῶν. Euripid. Troad. o In altum è portu vectis terra recedere videtur; *Prouehimur portu, terræque vrbéſque recedunt.* Oculus enim quieſcere nos iudicans, motu conſpecto, quaſi ſemet retractans terram retro tendere opinatur. a Aſcendentis fumi.

ACTVS QVINTVS.

NVNCIVS. ANDROMACHA. HECVBA.

Nuncius matribus narrat, vt è turri præcipitatus fuerit Aſtyanax, & Polyxena ad tumulum Achillis cæſa.

Nun. O b *dira fata, ſæua, miſeranda, horrida,*

b Incrementũ Rhetoricum.

Quod tam ferum, c quàm triſte bis quinis ſcelus
Mars vidit annis? quod prius referēs gemā?
d *Tuóſne potius; an tuos luctus, anus*
Hec. *Quoſcunq; luctus fleueris, flebis meos.*
Sua quemque tantùm, me omnium clades premit.
e *Mihi cuncta pereunt, quiſquis eſt, Hecuba eſt, miſer.*
Nun. *Mactata virgo eſt. miſſus è muris puer.*
Sed vterque letum mente generoſâ tulit.
And. *Expone ſeriem cædis, & duplex nefas*
Proſequere. gaudet f *animus ærumnas meus*
Tractare totas, ede, & enarra omnia.
Nun. g *Eſt vna magnâ turris è Troiâ ſuper,*
Aſſueta Priamo; cuius è faſtigio
Summiſque pinnis arbiter belli ſedens
a *Regebat acies:* b *turre in hac blando ſinu*
Fouens nepotem, cùm metu verſos graui
Danaos fugaret Hector & ferro & c *face,*
Paterna puero bella monſtrabat ſenex.
Hæc nota quondam turris, & muri decus,
Nunc ſæua cautes, vndiq; effuſâ ducum
Plebiſque turbâ cingitur. d *totum coït*
Ratibus relictis vulgus. his collis procul
e *Aciem petenti liberam præbet loco;*
His alta rupes, cuius è cacumine
Erecta ſummos turba f *librauit pedes.*
Hunc pinus, illū laurus; hunc fagus g *gerit.*

c Cuiuſmodi non vidimus bello decennali.
d Tuóſne, ô Andromacha; an tuos, ô Hecuba?
e Reginæ, & iā omnes miſerias ſuperaſti.
f Induratus iam, malis inſenſatus & inſanus.
g Supereſt è Troiâ turris vna portæ Scææ, quòd ad ſiniſtram eſſet dictæ, è quâ Priamus, Antenor, &c. prælia & exercitus ſpectabant, vt Iliad. γ.
a Signo è mœnibus dato congrediendi cum hoſte, vel receptus.
b *Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde Pugnantem pro ſe proauitaque regna tuentem Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat.* c Quam in naues impulit. d Confluunt vniuerſi à claſſe ad miſerandū hoc ſpectaculū e Proſpectū. f In pedum digitos erecta, vel ſedens lib. ped. g Aſcendentes, ſc. vt

Et tota populo ſylua ſuſpenſo tremit,
Extrema mortis ille prærupti petit,
Semiuſta at ille tecta, vel ſaxum imminens
Muri cadẽtis preſſat. atq; aliquis (nefas!)
h *Tumulo feras ſpectator Hectoreo ſedet.*
Per ſpacia latè plena ſublimi gradu
Incedit Ithacus, paruulum dextrâ trahens
Priami nepotem: nec gradu ſegni puer
Ad alta pergit mœnia. vt ſummâ ſtetit
Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo. qualis ingentis feræ
Paruus tenérq; fœtus, & nondum potens
Sæuire dente, iam tamen tollit minas.
Merſuſque inanes tentat, atque animis tumet:
Sic ille dextrâ prenſus hoſtili puer
Ferox, k *ſupernè mouerat vulgũ ac duces,*
Ipſumque Vlyſſem: a *non flet è turba omnium,*
Qui fletur: ac dum verba fatidici, & preces
b *Concipit Vlyſſes vatis, & ſæuos ciet*
Ad ſacra ſuperos, c *ſponte deſiluit ſuâ*
In media Priami regna.
And. d *Quis Colchus hoc, quis* e *ſedis incerta Scytha*
Commiſit? aut f *qua Caſpium tangẽs mare*
Gens iuris expers auſa? non g *Buſiridis*
Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.
Nec h *parua* i *gregibus membra Diomedes ſuis*
Epulanda poſuit. quis ſuos artus teget,

Aſtyanacta proiectũ ſpectarent. Al. *tegit.*
h Violati ſepulchri. ſup. verſ. 639.
i Leonis catulus.
k E turri ſc. Al. *Superbè.* alto animo mortem deſpiciẽs.
a *Ille ſolus non flet* pro quo omnes flebãt. *At populus lacrymas, quas ille tenebat, Non tenet.*
b Prout à Calchante vate inſtructus & edoctus fuerat.
c Proiecit ſe id medium vrbis, vel populi illic adſtantis. Sunt qui ſuffertum eunt hoc hemiſtichiũ, adduntque, *non trepidus puer.* verùm citra authoritatem libri vnius.
d Quis immaniſſim⁹ è Colchis Medeæ crudelitate famoſis? e Herc. Fur. 532. & Thyeſt. verſ. 628. & 1045. f Hyrcani, barbari & crudeles. g Herc. Fu. 484. h Puerorum. i Equis. Herc. Fur. 225.

Tumulóq; tradet? Nun. [k] *quos enim præceps locus*
Reliquit artus? oſſa diſiecta, & graui
Eliſa caſu, ſigna clari corporis,
Et ora, & illas nobiles patris notas
Confudit imam pondus ad terram datum.
Soluta ceruix; ſilicis [l] *impulſu caput*
Ruptum, cerebro penitus expreſſo, iacet
Deforme corpus. And. [m] *hic quoque eſt ſimilis patri.*
Nun. *Præceps vt altis cecidit è muris puer,*
Fleuitq; Achiuûm turba, quod fecit, nefas,
Idem ille populus [n] *aliud ad facinus redit,*
[o] *Tumulúmq; Achillis. huius extremum latus*
Rhœtea leni verberant fluctu vada;
Aduerſa cingit campus, & cliuo leni
Erecta medium vallis includens locum
Creſcit theatri more. concurſus frequens
Impleuit omne litus: hi claſſis [p] *moras*
Hac morte ſolui rentur; hi ſtirpem hoſtium
Gaudent recidi: magna pars vulgi leuis
[*] *Odit ſcelus, ſpectatque; nec* Troës *minus*
Suum frequentant funus, & pauidi metu
Partem ruentis vltimam Troiæ vident,
Cum ſubitò [a] *thalami more præcedũt faces:*
It [c] *pronuba illic Tyndaris mœſtum caput*
Demiſſa: [*] *tali nubat* [d] Hermione [*] *modo,*
Phryges precantur: [*] *ſic viro* [e] *turpis ſuo*

k Neque enim ſepulturâ opus erit laceris & diſperſisartub. *Quid enim ſupereſt de corpore? quæ membra, quæ oſſa inuenit? obtritum pueri perit omne cadauer More animæ.*

l Al. *incuſſu.* Al. *incurſu.*

m Etiam in hoc ſimilis patri, quem lacerum raptarat bigis Achilles.

n Polyxenæ cædem.

o Qui ad Rhœtũ Troiæ promontoriũ.

p Sup. verſ. 358. 550. & 811.

* Monet Iſ. Pontanus in lib. Cantabrigienſ., haberi, *Odit ſcelus, peccatque* eadem mente qui ſupra verſ. 1117. & qua Tacitus 5. hiſt. *Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciúntque.*

a Nuptiali ritu. ſup. verſ. 360. b Thebaid. 263. & 507.

c Sup. verſ. 861. d Helenæ & Menelai filia poſteà à Pyrrho rapta, verùm ab Oreſte, cui priùs deſponſata fuerat, repetita, cæſo Pyrrho. * Nece. e Adultera.

Reddatur Helene. terror attonitos mouet
f *Vtroſq; populos.* g *ipſa deiectos gerit*
Vultus pudore; h *ſed tamen fulgent genæ,*
Magiſque ſolito ſplendet extremus decor.
Vt eſſe Phœbi dulcius nomen ſolet
Iam iam cadentis, aſtra cùm repetũt vices,
Premitúrque dubius nocte viciná dies.
Stuper omne vulgus; i *& ferè cuncti magis*
k *Peritura laudãt. hos mouet formæ decus,*
Hos mellis ætas, hos vaga rerum vices.
Mouet animus omnes fortis, & leta obuius.
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt:
l *Miſerentur, ac mirãtur. vt primùm ardui*
Sublime montis tetigit, atque altè edito
m *Iuuenis paterni vertice in buſti ſtetit,*
Audax virago non tulit retro gradum:
Conuerſa ad ictum ſtat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omniũ mentes n *ferit.*
Nouúmq; monſtrum eſt, Pyrrhus *ad cædem piger.*
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
P*er vulnus ingens. nec tamen moriẽs adhuc*
Deponit animos. cecidit, vt Achilli a *grauem*
Factura terram, prona, & irato impetu.
b *Vterque fleuit cœtus. ac timidũ* Ph*ryges*
Miſere gemitum. clariùs victor gemit.
Hic ordo ſacri. non ſtetit fuſus cruor.
Humóve ſumma fluxit. c *obduxit ſtatim,*
Sæuúſque totum ſanguinem tumidus bibit.
Hec. *Ite, ite Danai, petite iam tuti domos,*
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis. concidit virgo, ac puer.

f Troianos & Græcos
g Polyxena.
h In ipſa morte.
i Al. *vt ferè.*
k Al. *Peritură adulant.* nec probè.
l Lipſ. *Mirantur & miſerentur.*
m Pyrrhus.
n Dolore, ſtupore, commiſeratione.
a Hippol. 1274.
b Troum & Graiorum.
c Hauſit, ebibit.

Bellum peractum eſt, quò meas lacrymas feram?
Vbi hanc anilis [d] *exſpuam leti moram?*
Gnatam, an nepotem; coniugem, an patriam fleam?
An omnia? an me? ſola mors, votum meum,
[e] *Infantibus violenta,* [f] *virginibus venis,*
Vbicũque properas, ſæua: [g] *me ſolam times,*
Vitáſque gladios inter, ac tela, & faces
Quæſita tota nocte cupientem fugis.
Non hoſtis, aut ruina, non ignis meos
Abſumpſit artus: [h] *quàm propè à Priamo ſteti?*
Nun. *Repetite celeri maria, captiuæ, gradu.*
Iam vela puppis laxat, & claſſis [i] *mouet.*

d Cũ indignatione emittã. Sen. de ira l. 3. cap. vlt. *Iã ipſum ſpiritum exſpuimus interim dum trahimus.*

e Vt Aſtyanacti.

f Vt Polyxenę.

g *Quò me ſeruas damnoſa ſenectus? Quò Dij crudeles, niſi, vti noua funera cernam, Viuacem differtis anum?* eadẽ apud Ouid. 13. Metam.

h Cùm ad aras ipſe occideret, nec tamen cæſa fui.

i Se mouet, mouetur.

AGAMEMNON.

PERSONÆ.

THYESTES. EVRYBATES.
CLYTÆMNESTRA. CASSANDRA.
NVTRIX. AGAMEMNON.
ÆGISTHVS. ELECTRA.
CHORVS Argiuarum STROPHIVS.
ſiue Mycenæarum. CHORVS Iliadum.

ARGVMENTVM.

Thyeſtis vmbra vlciſcendi iniuriarum (de quibus vide Thyeſtis argumentum) cupida, filium Ægiſthum in cædem Agamemnonis incitat. Ille itaque Agamemnonem victorem à Troia reducem in conuiuio imperuiâ irretitum veſte occidit conſilij cædiſque participe Clytæmneſtrâ, quam abſente marito Agamemnone corruperat. Caſſandram deinde, Agamemnoni amatam, ab aris auulſam occidi; Electram, quòd fratrem Oreſtem amandarat, carceri mancipari iubent.

ACTVS PRIMVS.

THYESTES.

Thyeſtis vmbra ab inferis aduenient Ægiſthum ad vindictam ſibi ab oraculo promiſſam inuitat.

OPaca linquens [b] *Ditis inferni loca,*
Adſum profundo [c] *Tartari emiſſus ſpecu,*

a Inferna, vmbroſa, quibus à interpoſita terra, quę Ops lucem interſcendit. b Διὸς ſed inferni, Plutonis. c Hippolyt. 841.

Incertus d *vtras oderim ſedes magis.*
e *Fugio Thyeſtes inferos, ſuperos fugo.*
En horret animus, & pauor membra excutit:
Video f *paternos, imò* f *fraternos lares.*
Hoc eſt vetuſtum Pelopiæ limen domus.
g *Hinc auſpicari regium capiti decus*
Mos eſt Pelaſgis, hoc ſedent alti toro,
Quibus ſuperbâ ſceptra geſtantur manu.
Locus hic habendæ curiæ: hic epulis locus.
a *Libet reuerti, nonne vel* b *triſtes lacus*
Incolere ſatius? nonne c *cuſtodem Stygis*
Tergemina nigris colla iactantem iubis?
Vbi d *ille celeri corpus euinctus rota*
In ſe refertur; e *vbi per aduerſum irritus*
Redeunte toties luditur ſaxo labor;
Vbi tondet ales auida f *fœcundum iecur;*
Et inter vndas feruida g *exuſtus ſiti*
Aquas fugaces ore decepto appetit,
h *Pœnas daturus cœlitum dapibus graues.*
Sed ille noſtræ pars quota eſt culpæ g *ſenex?*
Reputemus omnes, quos ob infandas manus
i *Quæſitor* k *vrna* l *Cnoſſius verſat reos:*
Vincam Thyeſtes ſceleribus cunctos meis,
A fratre vincar. m *liberis plenus tribus*
In me ſepultis, viſcera exedi mea.
n *Nes hactenus fortuna maculauit patrem;*

d Inferáſne, an ſuperas. e Inferos horreo, ſuperis ipſe horribilis. f Pelopis patris mei victoriâ (de qua Thyeſt. 143) imò fratris Atrei ſcelere (de quo in Thyeſt. 4. & 5. act) claros. g Thyeſt. 655. Troad. 861. a In his atriis coronari ſolẽt reges Domo feſtâ ſeu cœnatione viſa, ſuccurrit illi de filiis, quos ibi epulatus fuerat. b Acheronta, ex ἄχος & ῥεῖν quòd luctuoſis fluat vndis vel ab α, & χαίρειν quaſi illætabilis vnda: Styga autẽ στυγέω, id eſt, odi. *triſtique palus innabilis vnda Styx.* & Cocytum ἀπὸ τοῦ κωκύειν à lamẽtando. c Cerberũ, *Troad.* 403. *Herc. Fu.* 189. d *Voluitur Ixion, & ſe ſequitúrque, fugitque.* Al. leg. *celeri tortus, & vinctus rotâ.* e Siſyphus. *Hippol.* 1226. f Tityi. *Hippol.* 1228. g Tantalus *Thyeſt.* 152. h Ob Pelopem filium diis appoſitum. *ibid.* i Iudex: tranſlatum à conſuetudine Romanorũ, apud quos, qui iudiciis publicis præerat, Quæſitor dicebatur, ſyncopatè Quæſtor; qui de crimine diligenter inquirebat & vindicabat. k Herc. Fu. 190. & 731. l Herc. Fu. 742. m Thyeſt. act. 4. & 5. n Neſcientem me comediſſe proprios filios, atque ex ignorantia

Sed o *maius aliud auſa commiſſo ſcelus;*
Nata nefandos petere concubitus iubet.
p *Non pauidus hauſi dicta, ſed cepi nefas.*
Ergo vt q *per omnes liberos irem parens,*
r *Coacta fatis nata fert vterum grauem,*
Me patre dignum verſa natura eſt retro.
ſ *Auo parentem, (pro nefas!) patri virum,*
Natis nepotes miſcui; t *nocti diem.*
Sed ſera tandem reſpicit feſſos malis
u *Poſt fata demum* x *ſortis inceſta fides.*
a *Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum,*
Cuius ſecuta mille vexillum rates
b *Iliaca velis maria texerunt ſuis;*
c *Poſt dena Phœbi luſtra deuicto Ilio*
Adeſt, daturus coniugi d *iugulum ſua*
e *Iam iam natabit ſanguine alterno domus.*
Enſes, ſecures, tela, diuiſum graui
Ictu f *bipennim regium video caput.*
Iam ſcelera propè ſunt; iam g *dolus, cædes, cruor.*
Parantur h *epulæ cauſſa natalis tui,*
Ægiſthe, venit. k *quid pudor vultus grauat?*

peccantē. Ioſ. Scal legit, *Cortina maculauit patrem*.

o Oraculi monitu, vt cum propriâ filiâ cōcumberem, hinc natū fore vltorē fraterni ſceleris.

p Vindictæ cupidine audax, & obuius ſceleri.

q Filios n. mihi ingeſſi, eos comedens; me filiæ, cum ea concumbens.

r Oraculo, vt modò. v. 30.

ſ Namq; ego Ægiſtho auus, & pater filiæ pater & maritus, ſic Ægiſthus mihi natus & nepos.

t *Fugiente per ortus Sole, Thyeſtaas horret dum cernere menſas.* Thyeſt. verſ. 774. u Poſt meā fratriſque mortem. x Oraculi ſuadēris inceſtū. verſ 30 ſup. Al. leg. *ſortis incertæ.* a Græcorū exercitus imperator. b *Hyperbole ſonantior.* c Poſt decē ſolaria luſtra. i. annuos ſolis curſus. h. e. annos. d Feriendum. infra verſ. 803. e Vbi Ægiſthus interfecerit Atrei filium, vt meos Atreus. alij intellig. de ſanguine alterno Agamemnonis, mox Clytæmneſtræ & Ægiſthi. ſed prius magis placet, neque n. lætaretur etiam impia vmbra filij ſui morte. f Quam *dextrâ lauâque tenens* coniugis incuſſit capiti Clytæmneſtra *fortiſſima Tyndaridarum.* g Veſtis, quæ negaret exitum capiti & manibus. inf. verſ. 882. h Simulatę & funeſtæ Agamemnoni, vt quondam mihi. i. Vltio per te promiſſis. ſup 30. k *An te pudet vxorem patruelis ſtupraſſe?*

l *Quid dextra dubio trepida conſilio labat?*
Quid ipſe temet conſulis, torques, rogas,
An deceat hoc te? m *reſpice ad matrem; decet.*
n *Sed cur repentè noctis æſtiua vices*
Hiberna longâ ſpatia producunt morâ?
Aut quid o *cadentes detinet ſtellas* p *polo?*
q *Phœbum moramur. redde iam mundo diem.*

l An dubitas patruelem interficere? m Decere procul dubio te hæc ſcelera fatebere, ſi memineris te matre inceſta natum. n Sed cur nox hæc æſtiua (quam contractiorem eſſe oporteret) æquat longitudine hybernas? o Iam occidere paratas. vel quas iamdudũ occidiſſe tempus erat. p Hoc hemiſphærio. q Mea illi in morá præſentiâ. meum refugit conſpectum. vid. Thyeſt. verſ. 119.

CHORVS. ARGIVORVM.

Chorus è mulieribus Argiuis ſeu Mycenæis (vid. argum. primi Chori Thyeſtæi) *excelſam fortunam queritur inſtabilem, anxiam, periculis obnoxiam; mediocrem itaque illis præfert.*

O Regnorum magnis fallax
Fortuna r bonis, in præcipiti
Dubióque nimis excelſa locas!
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certúmve tui tenuere diem.
ſ *Alia ex alia cura fatigat,*
Vexátque animos noua tempeſtas.
Non ſic t *Libycis Syrtibus æquor*
Furit a *alternos voluere fluctus;*
Non b *Euxini turget ab imis*

r Splendore quidem, & ſpecie bonis: reuerâ atq; exitu plerunque malis; ὃ δ᾽ αὖ σοφώτατον ἡδύ τ᾽, αἰδουμένῃ τῷ λυπηρόν. Eurip. ſ Herc. Fu. v. 207. *Alterius curæ finis gradus eſt futuræ.*

t Vid. Herc. Fu. 322. a Fluxa refluxúque impetuoſos. b Quibuſdam κατ᾽ ἀντίφρασιν dict. rectiùs, quòd cùm priùs ob accolarum inhoſpitalitatem vel latronum immanitatem ἄξενος dicta fuerit regio illa, Herculis tandem operâ latrociniis purgata, & aliarum gentium commercio emollita, εὔξεινος nuncupata eſt.

Commota vatis vnda, c *niuali*
Vicina polo;
Vbi cœruleis d *immunis aquis*
Lucida verſat e *plauſtra Bootes:*
Vt præcipites regum caſus
Fortuna rotat.
Metui cupiunt, f *metuique timent.*
Non nox illis alma receſſus
Præbet tutos; g *non curarum*
Somnus domitor pectora ſoluit.
Quas non h *artes ſcelus* i *alternum*
Dedit in præceps? impia k *quas non*
Arma fatigant? iura, pudórque,
Et coniugij ſacrata fides,
Fugiunt aulas: *ſequitur triſtis*
Sanguinolentâ l *Bellona manu;*
Quæque ſuperbos vrit m *Erynnis,*
Tumidas ſemper comitata domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto, licèt arma vacent,
Ceſſentque doli;
n Sidunt ipſo pondere magna,
Ceditque oneri Fortuna ſuo.
Vela ſecundis inflata notis
Ventos nimiùm timuere ſuos.
o *Nubibus ipſis inſerta caput*
Turris pluuio vapulat Auſtro:
Denſaſque nemus ſpargens vmbras
Annoſa videt robora frangi.
a Feriunt celſos fulmina colles.
b Corpora morbis maiora patent;
Et cùm in paſtus armenta vagos

c Septentrionali.
d Eadē ratione, qua Vrſæ, vid. Thyeſt. 476.
e Med. v. 315.
f Multos timeat neceſſe eſt, quem multi timent.
h Οὐδ' ὁ πανδαμάτωρ ἂν ὁ πολυκρατὴς ὕπνος λύει πεδήσας Sophoc.
h Regias. vid. Thyeſt. 453. & 640.
i A regib. ſibi mutuò illatū.
k Arces?
l Enyo, bellorū dea, Martis ſoror, auriga.
m Furi. Erinnyes autē tres θεαὶ σεμναὶ καὶ τιμωρητικαὶ, Tiſiphone, Megæra, & Alecto, natę è guttis ſanguinis Saturni verendorum.
n *In ſe magna ruunt.*
o Alta, quæ *caput inter nubila cōdit.* vid. Hippol. chorum vlt. à verſu 112. qui totus huic choro concinit. a *Plurimaq; huius Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis,* Lucr. 6 *feriuntq; ſummos fulmina montes* b Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα Πί

Vilia currunt, c placet in vulnus
Maxima ceruix. d quidquid in altum
Fortuna tulit, ruitura leuat.
e Modicus rebus longius æuum eſt.
Felix mediæ quiſquis turbæ
Sorte quietus,
Aura f ſtringit litora tuta;
Timidúſque mari credere cymbam,
Remo terras propiore legit.

πλεῖν βαρείας νόσους θεῶν δυσπραξίας Εἴωθε Sophocl.
c Eximũtur ad cædẽ è grege pulcherrimi quique boues.
d *Tolluntur in altum, Vt lapſu grauiore ruant.* Claud.
e *Moderata durant. Firma mediocria.*
f Radit, *atque poſtea* legit litus.

ACTVS SECVNDVS.

CLYTAEMNESTRA. NVTRIX.

Sibi malè conſcia Clytæmneſtra, atque adulterij pœnas redeunte iam marito, ver. ta κακὰ κακοῖς ἰᾶσθαι ſtatuit. meditatur itaque Agamemnoni exitium: diſſuadet nutrix.

Cl. Q*Vid, ſegnis anime*, g *tuta conſilia expetis?*
Quid fluctuaris? cluſa iam melior via eſt.
Licuit pudicos coniugis quondam toros,
Et ſceptra caſtâ vidua tutari fide.
Periere mores, ius, decus, pietas, fides,
Et qui redire, cùm perit, neſcit pudor.
Da frena, & omnem prona nequitiam incita.
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.
Tecum ipſa nunc euolue h *fœmineos dolos,*
Quod vlla coniux perfida, atque impios ſui
Amore cæco; quod nouercales manus
Auſa; quod a *ardens impiâ virgo face,*
b *Phaſiaca fugiens regna* c *Theſſalicâ trabe,*
Ferrum, venenum. vel d *Mycenæa domo,*

g Honeſtam receptionẽ, vel excuſationem, deprecationẽ culpæ, &c.
h *Emphaticè*, nihil inauſum intentatúmq; relinquentes.
a Medea Iaſonis amore ardẽs. vid. Med. & Hippol 591.
b Colchica à Phaſide flu.
c Argo. vide Medea 509.
d E Mycenis Agamẽnoniis.

Coniuncta e *ſocia, profuge furtiuâ rate.*
Quid timida loqueris furta, & exilium,
& fugas?
f *Soror iſta fecit. te decet maius nefas.*
Nut. *Regina Danaûm, & inclytum Ledæ*
genus,
Quid tacita verſas? quidve cõſilij impotẽs
Tumido feroces impetus animo geris?
Licèt ipſa ſileas, g *totus in vultu eſt dolor.*
Proin quidquid eſt, da tempus, ac ſpacium tibi.
h Quod ratio nequiit, ſæpè ſanauit
mora.
Cly. *Maiora cruciant, quàm vt moras*
poſſim pati.
Flamma medullas, & cor exurunt meum.
Miſtus k *dolori ſubdidit ſtimulos* l *timor.*
Inuidia pulſat pectus. hinc animum iugo
Premit m *Cupido turpis, & vinci vetat,*
Et inter iſtas mentis obſeſſa faces
Feſſus quidem, & deiectus, & peſſundatus
Pudor n *rebellat: fluctibus variis agor:*
o *Vt cùm hinc profundum ventus, hinc*
æſtus rapit,
Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.
Proinde omiſſi p *regimen è manibus meis.*
Quocunq; me ira, quò dolor, quò ſpes feret,
Huc ire pergam. fluctibus dedam ratem.
Vbi animus errat; optimum eſt caſum
ſequi.
Nut. Cæca eſt temeritas, quæ petit caſum ducem.
Cly. *Cui* q *vltima eſt fortuna, quid dubiam timet?*
Nut. *Tuta eſt, latétq; culpa, ſi pateris, tua.*

e Egiſtho adulterij & periculi ſocio.

f Helena ſoror mea fugit, Paridem ſecuta.

g Prodit dolorem vultus. Med v. 444.

h Χρόνος μαλάξει. νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι κακόν. Euripid.

k De pellice Caſſandrâ.

l Ne deprehenſi adulterij pœnas ſumat maritus.

m Adulterij Ægiſthi.

n Nec cedit honeſto coniugis amori.

o *Vtque carina, Quàm ventus premit, & vento contrarius æſtus, Vim geminam ſentit, parétque incerta duobus.*

p Clauum, gubernaculũ rectæ rationis.

q In extremo, quo deterius nil poteſt eſſe.

Cly. a Perlucet omne regiæ vitium domus.
Nut. *Piget prioris, & nouum crimen ſtruis.*
Cly *Res eſt profectò ſtulta, nequitiæ modus.*
Nut. b Quod meruit, auget, qui ſcelus ſcelere obruit.
Cly. c *Et ferrum, & ignis ſæpe medicinæ loco eſt.*
Nu. d *Extrema primo nemo tentauit loco.*
Cly. e *Capienda rebus in malis præceps via eſt.*
Nut. *At te reflectat coniugij nomen ſacrum.*
Cly. f *Decem per annos vidua reſpiciam virum?*
Nu. *Meminiſſe debes ſobolis ex illo tuæ.*
Cly. g *Equidē & iugales filiæ memini faces;*
Et generum Achillem. h *præſtitit matri fidem.*
Nut. *Redemit illa claſſis immotæ moras,*
Et maria pigro fixa languore impulit.
Cly. *Pudet, pigétque!* i *Tyndaris cœli genus,*
k *Luſtrale claſſi Doricæ peperit caput.*
Reuoluit animus virginis l *thalamos meæ,*
Quos ille dignos m *Pelopiâ fecit domo,*
Cùm ſtetit ad aras ore ſacrilego pater
Quaſi nuptiales. horruit Calchas ſua

a In omnium oculis &, ore poſitū eſt. *Tātò conſpectius in ſe Crimē habet, quātò maior, qui peccat, habetur.*

b Scelus, ſceleriſq; pœnā.

c Cauterio, cādēti ferro obſiſtitur cancris, gāgrænis, &c. *Vt redimas corpus, ferrum patieris, & ignes.*

d *Cuncta priùs tentāda, ſed immedicabile vulnus Enſe reciſdendum,* &c.

e In rebus aſperis & tenuis ſpei fortiſſima quæq; conſilia ſunt tutiſſima. ſed in bellicis politiciſq; vtibile hoc, in peccādo minimè.

f Egregius ſanè coniux, qui me per decem annos reliquit. de vidua autē vid. Hyppolyp. verſ. 610. g Et memini quo pacto ſub prætextu nuptiarum cum Achille accerſiuerit Iphigeniam, eámque immolauerit Dianæ. Troad. 161. h Ironicè. i Ego Tyndari filia putatiua, reuerâ Iouis ex Leda, *ſeu vt quidam* Nemeſi, *vel* ego filia Tyndari, cui Iup. abauus. Namque Helena & Pollux altero ouo editi Iouis progenies dicuntur; Caſtor & Clytæmneſtra, Tyndari, ex altero ouo.
k Expiatiuum, ventos redimens vid. Troad. 161. l Modò verſ. 156. m Sæuâ, crudeli, quæ liberos mactare ſolet, vt Tantalus Penelopem, Atreus tres Thyeſtis filios.

Reſponſa vocis, & n *recedentes focos.*
O ſcelera ſemper ſceleribus vincens domus!
o *Cruore ventos emimus, bellum nece.*
Nur. *Sed vela pariter* p *mille fecerũt rates.*
Cly *Non eſt ſoluta proſpero claſſis* q *Deo:*
Eiecit r *Aulis impias portu rates.*
ſ *Sic auſpicatus bella, non meliùs gerit.*
t *Amore captæ, captus; immotus · prece,*
b *Sminthea tenuit ſpolia Phœbei ducis,*
Ardore ſacræ virginis iam tum furens.
c *Non illũ Achilles flexit indomitus minis;*
Non d *ille ſolus fata qui mundi videt,*
e *In nos fidelis augur, in captas leuis;*
Non populus f *ager, &* g *relucentes rogi.*
Inter ruentis Græciæ ſtragem vltimam
Sine hoſte victus h *marcet, ac Veneri vacat,*
Reparátque amores: né-ve deſertus foret
A pellice vnquam barbarâ i *cœlebs torus,*
k *Ablatam Achilli diligit Briſeïda:*
Nec rapere puduit è ſinu vulſam viri.
m *En Paridis hoſtem! nunc nouum vulnus*
gerens:
Amore n *Phrygiæ vatis incenſus* o *furit:*

n *Pathos* ſic Thyeſt. v. 766. o Vid. 16. Troad. p Quas tamen Homer. 1080. cõputat; Dares Phrygius 1140. Dictys 1195. q Numine, etiam Dianâ, vid. Herc. Fu. 384. r Bœotiæ portus, Græcorum ſtatio in Troianos coniurantium. ſ Cæde virginis filiæ imperatoris. t Aſtynomes. Troad. 221. a Patris Chryſæ filiam redempturi. b Filiã Chryſæ ſacerdotis Apollinis Sminthei. ϖϱ̀ τῦ Σμίνϑας, i. mures κτείναι, ϑεὸς μυοκτόνος. *al.* à Smynthe opp. c Non flexit minis, *vel* Achilles indomitus minis. d Calchas οἰωνοπόλων ὄχ' ἄϱιςος. Ὃς ᾔδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πϱό τ' ἐόντα. e Statim Agamemnoni creditus, vbi Iphigeniam Dianæ immolandam cecinit, quando fatetur reddendam Chryſeïda, fidem eius eleuauit Agamemnon. Μάντι κακῶν, &c. Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστι φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι f Peſte laborans, *notum ex Hom.* Iliad α g Αἰεὶ δὲ πυϱαὶ νεκύων καίοντο θαμειαί. h *In Venerem patris.* i Hippol. 130 k Hippodamiam Briſei filiam per præcones Achilli aufert. l Achillis fortis, vel illam maritali amore tenentis. m En pulchrum adulterij vindicem. *Iron.* n Caſſandræ, ſeu Alexandræ. vid. Troad. 34. & 966. o *Elegãter* ἀντανάκλασις *vatis furori.*

Et poſt

Et poſt [p] *trophæa Troica, ac verſum Ilium,*
Captæ maritus remeat, & Priami gener.
Accingere, anime; bella non leuia apparas:
[q] *Scelus occupandum eſt. pigra, quem exſpectas diem?*
Pelopia [r] *Phrygiæ ſceptra dum teneāt* [r] *nurus?*
[ſ] *An te morantur virgines viduæ domi;*
Patrique Oreſtes ſimilis: horum te mala
Ventura moueant, turbo queis rerum imminet.
Quid miſera ceſſas? en adeſt natis tuis
Furens nouerca. per tuum, ſi aliud nequit,
Latus exigatur enſis, & perimat duos.
Miſce cruorem, perde pereundo virum.
Mors miſera non eſt, commori [t] *cum quo velis.*

Nut. *Regina, frena temet, & ſiſte impetum;*
Et quanta tentes, cogita. [a] *victor venit*
[b] *Aſiæ ferocis, vltor* [c] *Europæ, trahens*
[d] *Captiua Pergama, &* [e] *diu victos Phrygas.*
Hunc fraude nunc conaris, & [f] *furto aggredi?*
Quem non Achilles enſe violauit fero,
[g] *Quāuis* [h] *procacē toruus armaſſet manū;*
Non [i] *melior Aiax,* [k] *morte decreta furēs;*

p Troad. verſ. 147.
q Antequam meum vlciſcatur adulterium Agamemnon, ego illi᷒ Thyeſt. 203. Herc. Oet. 435.
r Caſſandra. *plural. indignāter pro ſingulari, vt Theb. 368. Med. 1005.*
ſ An filiarum innuptarum Electræ, Chryſothemidos, Laodices, & Iphianaſſæ filiique cauſa vindictæ abſtines? imò horū gratiâ magis perfice, ne quid grauius patiantur iſtā ſuperinductâ nouercâ, eaq; captiuâ furore vaticinij percitâ. Hipp. 601.
t Cum illo, quem perire expetis, mori. Helen. συνθανεῖν τῷ ἀνδέλοις.

a Agamemnon, cui hæc meditaris, redit victor. b Troiæ in Aſia minori vid. Troad. 4. v. c Iniuriæ illatæ Græciæ, quæ in Europa. d Reliquias Troiæ, captiuas. e Diutino, lento, decennali bello. f Clandeſtinis inſidiis. Al *conaris inſana aggredi?* Ελκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, &c. Ili. α. h Cædis & vindictæ immodicè appetentem. Procari enim ſignificat immodicè & impudenter petere. i Telamonius, non Οἰλῆος, ταχὺς, Αἴας μείων. k Deliberatâ morte ex pudore cæſorum à ſe pecorum per inſaniam, qua correptus eſt propter adiudicata Vlyſſi

O

Non [k] *ſola Danais Hector & bello mora;*
[m] *Non tela Paridis certa; non* [n] *Memnon niger;*
Non [o] *Xanthus armis corpora immiſtis gerens;*
[p] *Fluctúſq; Simoïs cæde purpureos agens;*
Non [q] *niuea proles Cycnus æquorei Dei;*
[r] *Non bellicoſo Threſſa cum Rheſo phalanx,*
Non [ſ] *picta pharetras, & ſecurigera manu*
Peltata Amazon; [t] *hunc domi reducem paras*
Mactare, & aras cæde maculare impia?
Vltrix inultum Græcia hoc facinus feret?
[u] *Equos & arma, claſſibúſque horrens fretum*
Propone, & [x] *alto ſanguine exundans ſolum,*
Et tota capta fata Dardaniæ domus
[y] *Regeſta Danais. comprime affectus truces,*
Mentémque tibimet ipſa pacifica tuam.

ab Agamemnone & proceribus Achillis arma.
l Trod. 31. & 221.
m Nec tela Paridis certa, quia ab Apolline directa in Achillem, (Troad 345.) violauerunt.
n Memn. Æthiops. vide Troad. v. 10.
o Ὡς οὐκ' Ἀχιλλῆος ζαθὲν βαθυδινήεντος πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν. Il. φ.
p Quem neq; qui tot *Simois correpta ſub vndis Scuta virûm, galeáſque, & fortia corpora voluit*, violauit.
q Troad. verſ. 180.
r Troad. verſ. 8.
ſ Non Penthesilea, quæ *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Sæua ſecurigeris dextris, & picta pharetras* Med. verſ. 214. eſt autem pelta ſcutum in folium hederaceum formatum.
t Talem poſt tot tantáſque res geſtas ſtrenuè reducem.
u Propone tibi egregia eius facinora, nec ſperabis te impunè laturam cædem viri optimè de omni Græcia meriti.
x Troianum ſolum ſanguine cund..
y Reportata in Græciam in vindictam raptæ vnius Helenæ.

ÆGYSTHVS. CLYTAEMNESTRA.

Clytæmneſtram nutricis conſiliis cedere paratam, iámque dubiam ſuperueniens Ægiſthus auertit rurſus, atque in præceps trahit.

Æg. *QVod tempus animo ſemper, ac mente horrui,*
Adeſt profectò rebus extremum meis.
Quid tergu vertis, anime? quid primo impetu
Deponis arma? crede perniciem tibi,
Et dira ſæuos fata moliri deos.
Oppone cunctis vile ſuppliciis caput.
Ferrúmque, & ignes pectore [a] *aduerſo excipe.*
Cly. *Ægyſthe, non eſt pœna* [b] *ſic nato, mori.*
Æg. *Tu nos, pericli ſocio, tu* [c] *Ledâ ſata*
Comitare tantùm: [d] *ſanguinem reddet tibi*
[e] *Ignauus iſte ductor, ac* [f] *fortis pater.*
Sed quid trementes circuit pallor genas,
Iacénſque vultus languido obtutu ſtupet?
Cly. *Amor iugalis vincit, ac flectit retrò.*
Remeemus illuc, vnde non decuit prius
Abire: ſic nunc caſta repetatur fides:
Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via.
Quem pœnitet peccaſſe, pænè eſt innocens.
Æg. *Quò raperis amens? credis, aut ſperas tibi*
Agamemnonis fidele coniugium? vt nihil
Subeſſet animo, quod graues faceret metus;
Tamen ſuperba & impotens flatu nimis
Fortuna magno, ſpiritus tumidos daret.

a Oppoſito, omnia prius tentâte, quàm timidè cedas; vertáſq; terga.
b Ex inceſtu nato. ſup. v. 30.
c Hippol. 300. & ſup. v. 160.
d Sãguine ſuo rependet ſanguinẽ filię tuę Iphigeniæ ab illo cæſæ. Troad. 161.
e Quia ipſe; dux licèt ducũ; per ſe nihil geſſit fortiter, οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι τέτληκε, amoribus ſolũm indulgens.
f In filiã immolandâ, ἀνάθετα a. τῷ ignauus ductor, vel ſtrenuus in concubinas.
g Fac te caſtã eſſe, nec adulterij conſciam ſupplicium metuere.

h *Grauis ille ſociis ſtante adhuc Troia fuit:*
Quid rere ad animũ ſuapte natura trucẽ,
i *Troiam addixiſſe? rex Mycenarum fuit.*
Veniet tyrannus. proſpera animos ene-
runt.
Effuſa circa pellicum quanto venit
Turba apparatu? ſola ſed longè eminet,
k *Tenétque regnum famula veridici Dei.*
Feréſne thalami, victa, conſortem tui?
a *At illa nolet. vltimum eſt nuptæ malum,*
Palam mariti poſſidens pellex domum.
b Nec regna ſocium ferre, nec tædæ
ſciunt.
Cly. *Ægiſthe, quid me rurſus in preceps*
rapis,
Irámque flammis iam reſidentem excitas?
c *Permiſit aliquid victor in captas ſibi:*
Non coniugem hoc reſpicere, non d *domi-*
nam decet.
Lex alia e *ſolio eſt, alia priuato toro.*
Quid quòd ſeueras ferre me leges viro
Non patitur animus, turpis admiſſi memor?
f Det ille veniã facile cui venia eſt opus.
Æg. g *Ita eſt. paciſci metuã veniam licet.*
Ignota tibi ſunt iura regnorum haud noua.
Nobis maligni iudices, æqui ſibi,
Id eſſe regni maximum h pignus putant,
Si quidquid aliis non licet, ſolis licet.
Cl. *Ignouit Helena: iuncta Menelao redit,*
Quæ i *Europam & Aſiam paribus afflixit*
malis,

h Quod exprobrat δημοβόρῳ βασιλεῖ. Achilles Iliad. α.
i Troiæ caſũ.
k Imperátque Caſſandra vates Apollinis.
a Quod ſi tu poteris, voléſve, illa nolet, te itaque tollere tentabit.
b *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & Amor. Non capiunt dominos regna, Venuſque duos.*
c Fac Agamemn. victorẽ ſibi aliquid indulſiſſe in captiuas.
d Matrem familiás, *Donna.* Lacones autẽ vxores ſuas κυρίας vocabant, Theſſali δεσποίνας, illæ viciſſim maritos κυρίους & δεσπότας, dominos.
e Regibus, quibus plerumque quot libet concubinæ licent. f Iniquum eſt, vt coniux à coniuge fidem à ſe non præſtitam exigat.
g Ironicè. h Prærogatiuam. i Sup. verſ. 203.

Æg. Sed nulla Atridem Venere furtiuâ abſtulit,
Nec cepit animum coniugi obſtrictum ſuæ.
Iam crimen l *ille quærit, &* m *cauſas parat.*
n *Nil eſſe crede turpe commiſſum tibi:*
Quid honeſta prodeſt vita flagitio carens,
Vbi dominus odit? o *fit nocẽs, non quæritur.*
p *Spartámne repetes ſpreta, & à tanto viro,*
Patriáſque ſedes profuga? non dant exitũ
Repudia regum. ſpe metum falsâ leuas.
Cly. a *delicta nouit nemo, niſi fidus, mea.*
Æg. Non intrat vnquam regium limen fides,
Cl. b *Opibus merebor, vt fidẽ precio obligẽ.*
Æg. Precio parata, vincitur precio fides.
Cl. c *Surgit reſiduus priſtinæ mentis pudor.*
Quid obſtrepis? quid voce blãdiloquâ mala
Conſilia dictas? d *ſcilicet nubet tibi*
Regum relicto rege; generoſa exuli?
Æg. Et cur e *Atrida videor inferior tibi,*
Natus Thyeſte? Cly. f *ſi parum eſt, adde & nepos.*
Æg. g *Auctore Phœbo gignor, haud generis pudet.*
Cly. *Phœbũ nefandæ ſtirpis auctorẽ vocas?*

k Sed nullius concubinæ amor animum Menelai ab Helena alienauit, vt Caſſandræ pellicis amor Agamemnonis animum à te. l Agamemnon. m Propter quas te de medio tollat, quo liberiùs fruatur pellice. n Vt ſup. verſ. 245. o Non inquiritur nocénſne quis ſit, nécne, ſed pro nocente damnatur quemcunque rex odit. p Nec ſperate repudiatã perituram patriã tuam Spartam; repudiatas enim vxores non ſinunt reges abire, verùm eas necandas curant. a Adulterio meo conſcius eſt nemo præter quendam fidelem, qui celabit. vnde non eſt cur fugiam. b Muneribus. c Statui ad meliorem vitam me recipere, refocillantur n. mihi in animo ſcintillulæ quædam priſtini pudoris. d Egone Agamemnone relicto nubam tibi exuli & eiecto? vnde & nomen illi à τοῦ quod eſt lacto & αἰγὸς, quòd eiectus, à capella nutriretur. ſunt tamen qui *Ægyptum* dicendum autumant. e Atrei filio, qui Thyeſtæ frater. f Nec filius tantùm, ſed & nepos Thyeſtæ es, te quippe è filia genuit. g Sup. verſ. 30.

h *Quem nocte ſubita frena reuocantem ſua*
Cœlo expuliſtis? quid deos probro aduocas,
i *Surripere doctus fraude geniales toros,*
Quem Venere tantùm ſcimus illicita virū?
Secede properè: dedecus claræ domus
Aſporta ab oculis. hæc vacat k *regi ac viro.*
Arg. *Exilia mihi ſunt haud noua. aſſueui malis.*
Si tu imperas, regina, non tantùm domo,
Argíſve cedo: nil moror iuſſu tuo
Aperire ferro pectus ærumnis graue.
Cly. l *Si quidem hoc* m *cruēta Tydaris fieri ſinam?*
n *Quæ inuita peccat, debet & culpæ fidem.*
Secede mecum potius, vt rerum ſtatum
Dubium ac minacē iuncta conſilia explicēt.

h Reducentē currus, ne videret nefandā patris tui cœnam. Thyeſt. v. 774.
i Nuptiales toros violare doctus à patre tuo, qui Atrei fratris ſui vxorem corrupit.
k Agamemnoni.
l Miſerè labaſcit Clytæmn. vel iam ſimulatas iras, fraudéſque aperit.
m In tantum crudelis ero vt hoc fieri ſinam? non patiar &c.
n Delrius ex fide Mogunt. cod legit. *Quæ iuncta peccat, debet & culpæ fidem.* q. d. non deferam aut prodam culpæ ſocium; ſecedamus itaque, & conſilium capeſſamus quid in dubiis nobis rebus agendum ſit.

CHORVS ARGIVARVM.

Chorus è virginibus Mycenæis & Argiuis canit Apollinis Pæana ob partam victoriam: interſerit autem Iunoni, Mineruæ, & Ioui laudes ſuas.

a CAnite, ô pubes inclyta, Phœbum.
Tibi feſta caput turba coronat:
Tibi virgineas b *laurum quatiens*
De more comas innuba fundit.
c *Stirps Inachia. tu quoque noſtros,*
d *Thebana manus, comitare choros,*

a Carmine laudate Phœbum, *hoc præfica, vel Chori pars altera.*
b Apollini ſacrā, vid. Oed. verſ. 36.
c Inachi genus virgines Argiuæ.
d Suſpicatur hunc locū Lipſius, & meritò. Sed cur reponat *Thebais hoſpes* è libro ſuo, non video. quis enim locus Thebanis in Choro eorum victoriæ gratulanti, qui bello non

Quæque [e] *Eraſini gelidos fontes,*
Quæque [f] *Eurotam, quæque virenti*
Tacitum ripa bibis [g] *Iſmenon,*
[h] *Quam fatorum præſcia Manto*
Sata Tireſia Latonigenas
Monuit ſacris celebrare deos,
Arcus [i] *victor pace relata*
Phœbe [k] *relaxa;*
Humeróque graues leuibus telis
Pone pharetras; reſonétque manu
Pulſa citata vocale chelys.
[l] *Nil acre, velim,*
Magnúmque modis intonet altis:
Sed quale ſoles leuiora lyra
Flectere carmen ſimplex, luſus
Cum docta tuos Muſa recenſet.
Licet & chorda grauiore ſones,
Quale canebas, cùm [m] *Titanes*
Fulmine miſſo fregere dei.
Vel [m] *cum montes montibus altis*
Super impoſiti ſtruxere gradus
Trucibus monſtris, ſtetit impoſita
Pelion Oſſa; pinifer ambos
Preſſit Olympus.
Ades, O magni ſoror & coniux
Conſors ſceptri, Regia Iuno:
[a] *Tua te colimus turba, Mycena.*

adfuerunt? teſte Artemidoro *μόνοι οἱ Θηβαῖοι τῶν Βοιωτῶν οὐκ ἐστράτευσαν εἰς Ἴλιον*. Cùm verò Homer' in Catalogo eos recenſere videatur, Οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον, &c. legendum Ὑποθήβας teſte Euſtathio quæ paruũ eſt oppidum propè Thebas, cuius incolæ ad Troiam profecti cum Græcis, nõ autem Thebani. e Eraſini plures, hic atticus eſſe videtur. f Laconiæ fl. g Her. Fu. 333. h Hunc locũ explicat illud Ouid. 6. Metam. vnde sũpſit noſter: *Nam ſata Tireſiâ, venturi præſcia Manto, Per medias fuerat diuino concita motu Vaticinata vias: Iſmenides ite frequentes, Et date Latonæ, Latonigeniſque duobus Cum prece thura piâ lauróque innectite crinem,* &c. i Laomedonteæ perfidiæ vltor. k *Quondam cithara tacentem Suſcitet muſam, neque ſemper arcum Tendat Apollo.* l Nihil bellicum, nihil grande, quale vbi vates afflatu concitas, ſed pæana lætum, qualem canebas partâ à diis victoriâ de gigantibus. m Vid. Herc. Fu. 970. & Troad. verſ 817.. a Ἤτοι πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

b Creditur Argis nata, vnde & Ἀργεία dicitur. Iuno; *In Iunonis honorem dicet* ἑκατόμβοια Ἀργεῖοι, αὐτοί*que Mycenæi.*
c Namq; & Iunoni. τρόπαια, non ſecus ac Ioui erigebantur ſpolia; canebatur Pæan (qui tamē primò & propriè Apollini debetur) vt cuius beneficio ſubuerſi hoſtes, parta victoria.
d Fides, chordæque ex χορδαῖς, id eſt, inteſtinis cōtortis; alij tamē à corde deducunt, minus rectè.

a *Tu ſollicitum, ſuppléxque tui*
Numinis. b *Argos ſola tueris;*
c *Tu bella manu, pacémque regis;*
Tu nunc lauros Agamemnonias
Accipe victrix,
Tibi multifora tibia buxo
Solenne canit. tibi d *ſola mouent*
Docta puella carmine molli.
Tibi votiuam matres Graia
e *Lampada iactant. ad tua* f *coniux*
Candida tauri delubra cadit,
Neſcia aratri, nullo collum
Signata iugo.
Túque, ô magni, g *nata Tonantis*
Inclyta Pallas, h *qua Dardanias*
Sape petiſti cuſpide turres:
Te permiſto matrona i *minor*
Maiórque choro colit, & reſerat
Veniente dea templa ſacerdos:
Tibi k *nexilibus turba coronis*
Redimita venit.
Tibi grandaui laſſique ſenes
Compote voto reddunt grates,
Libántque manu vina trementi.

e Λαμπαδηδρομίαν (à Perſis acceptam) Athenienſes in feſtis Panathenaicis Hephæſtiis, & Promethæis exercebant (Vulcano enim & Prometheo ex ope Mineruæ inuentum ignem ferunt) priùs quidem Eleuſin, poſtea ex Academia Athenas accenſam geſtantes lampada, currentes certabant quis primum ad metam perueniret non extinctâ lampade, quandoque & defatigatus lampada alteri tradebat. vid. Herc. Eu. verſ. 846. f Iuuenca niuea, iniugit. g E Iouis cerebro nata. h Namque *Omnis ſpes Danaûm & capti fiducia belli Palladis auxiliis ſemper ſtetit.* i. Omnis ætatis, iunior, ſeniórque.
k Plectilibus, quæ è ramulis (hîc oleaginis vt pote Palladiis) innectebantur plectebantúrve, vnde dictæ, vt *Serta*, à ſerendo, *ſutiles* quæ è floribus, mero imprimis roſarum folio conſuebantur, *pactiles*, quæ in torulo rotúndo pangebantur.

Et te, [a] *Triuia, grata* [b] *memores*
Voce precamur. tu [c] *maternam*
Siſtere [c] *Delon,* [d] *Lucina, iubes,*
Huc atque illuc prius errantem
Cyclada ventis. nunc iam ſtabilis
Fixa terras radice tenet;
[e] *Reſpuit auras, religátque rates*
Aſſueta ſequi. tu [f] *Tantalidos*
Funera matris victrix numeras.
[g] *Stat nunc Sipyli vertice ſummo*
Flebile ſaxum.
Et adhuc lacrymas marmora * *fundunt*
Antiqua nouas.
Colit impensè fœmina virque
[h] *Numen geminum. Túque ante omnes*
Pater ac rector, fulmine pollens,
Cuius [i] *nutu ſimul extremi*
Tremuere poli, generis noſtri
Iuppiter auctor, cape dona libens:
[a] *Abanúſque tuam non degenerem*
Reſpice prolem.
Sed, ecce, vaſto concitus gradu
Manifeſta properat [l] *ſigna lætitiæ gerens.*
Namq; haſta ſummo lauream ferro gerit:
Fidúſq; regi ſemper [m] *Eurybates adeſt.*

a Hippol. 411.
b Auxilij cui, Palladij Diomedem & Vlyſſem ſequi dignati, Troiæ *per amica ſilentia Lunæ*, & a qui *diuina Palladis arte* fabricati.
c Vid. Herc. Fu. 15.
d Med. 2.
e Al. *Diſpicit.* q. d. dedignatur amplius agitari ventis, quin & ipſa ratibus ſtatio eſt, olim huc illuc acta vt ratis.
f Niobes *Her. Fur.* 389. *Oed.* 613. *&* *Med.* 952.
* Al. *ſudant.*
g Ὀςις ἐνὶ Φρυγίῃ δ(ι)ερὸς λίθος ἐςήρικται Μαρμάρεον αἰπὶ γυναικὸς εὐζυγέοντι χαλύσῃ, *quæ fixa cacumine montis, Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.* h Apollinem & Dianam. i Ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. *cuncta ſupercilio mouens.* k Agamemnonis, cui patrer Atreus Iouis nepos. l Victoriam teſtati Græci capiti, haſtis, ſignis, ſtatuis, curribus, puppibus laurus affigebant, necnon literis, foribus, faſcibus, &c. m Ithacenſis præco, & nuncius Agamemnonis.

Sulcata vibrant æquora, & q latera increpant;
Dirimúntque cana cœruleum ſpuma mare.
Vt aura plenos fortior tendit ſinus,
Poſuere tonſas: credita eſt vento ratis:
*Fuſúſq; trãſtris * miles, a aut terras procul,*
Quantum recedunt vela, fugientes notat;
Aut bella narrat: b Hectoris fortis minas,
Currúſq;, & empto d redditũ corpus rogo:
Sparſum cruore e regis Herceum Iouem.
Tum qui iacente reciprocus ludit ſalo,
Tumidúmq; pando tranſilit dorſo mare,
f Tyrrhenus omni piſcis g exſultat freto,
Agitque gyros, & comes lateri adnatat,
Anteire naues lætus, & rurſus ſequi.
Nunc h prima tangens h roſtra laſciuit i chorus,
Milleſimam nunc ambit & luſtrat ratem.
k Iam litus omne tegitur, & campi latent,
Et dubia parent montis Idæi iuga.
Et iam, quod vnum! peruicax acies videt,
m Iliacus atrâ fumus apparet notâ.
n Iam laſſa Titan colla releuabat iugo;
In aſtra iam lux prona, iam præceps dies.
o Exigua nubes ſordido creſcens globo
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar.
o Suſpecta varius occidens fecit freta:

q Nauium latera increpant remigantium impetu.
r Remos.
* Al. nauita.
a Vid. Troad 1046. & Med. 303.
b Cum flammas Argiuæ claſſis inferret. Troad. 440
c Ahillis, quibus raptabatur Hector Troad. verſ. 742.
d Patri Priamo. Troad. 325.
e Priami cæſi ad aram Hercei Iouis verſ. 45. Troad.
f Delphin ex fab. Tyrrhenorum piratarum in Delphinas verſorum. vid. Ovid. verſ 449.
g Delphini in trãquillo mari laſciuientes futuram tempeſtatem portendunt; hyemali enim procella ingruente, ab imo mari aſſurgunt exhalationes, quæ tempeſtati fomenta ſuggerant, quibus Delphini excitati geſtiunt, atque in maris ſuperficie colludunt. h Primas claſſis naues. i Delphinum ſaltantium. k Iam non in altum prouectis humiliora Troadis loca abſconduntur, montes vix apparent. l Al. *perſpicax.* m Troad. 1071. n Iam occidente ſole nox ingruebat. o Nubibus conſpectus ſol occidens ventorum & pluuiæ prognoſticon.

Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis : iacent
Deſerta vento vela : tum p *murmur graue*
Maiora minitans collibus ſummis cadit,
Tractúque longo litus ac petra gemunt:
Agitata ventis vnda venturis tumet:
Cùm luna ſubitò conditur, ſtellæ q *cadunt:*
r *In aſtra pontus tollitur :* ſ *cœlum perit:*
a *Nec vna nox eſt : denſa tenebras obruit*
Caligo, & omni luce ſubductâ b *fretum,*
b *Cœlúmq; miſcet: vndiq; incumbũt ſimul,*
Rapiuntque pelagus infimo euerſum ſolo
c *Aduerſus Euro Zephyrus, & Borea Notus;*
Sua quiſque mittunt tela, & infeſti fretum
d *Emoliuntur : turbo conuoluit mare:*
e *Strymonius altas Aquilo contorquet niues,*
f *Libycúſq; arenas Auſter,* g *ac Syrtes agit,*
h *Nec manet in Auro;* i *fit grauis nimbis Notus,*
Imbre auget vndas, Eurus Orientẽ mouet,
k *Nabathæa quatiens regna, & Eoos ſinus.*
l *Quic rapidus ora Corus Oceano exerens?*
Mundum reuelli ſedibus * *totum ſuis,*
Ipſoſque rupto crederes cœlo deos
Decidere, & m *atrum rebus induci* n *chaos.*
Vento reſiſtit o *æſtus, & ventus retro*

p Murmurans à terrâ venit aura, grauioris venti prænuncia.
q Al. latent, de qua re vide quæ ad Thebaid. 431. & Hippol. 736.
r *Fluctibus erigitur, cœlúmque æquare videtur Pontus.*
ſ Eripiunt nubes cœlum.
a Non ſimplices non noctis ſolius tenebræ, ſic. *Non cœli nox illa fuit.* Et 9. Metamorph. *Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.*
b Vt neutrum diſcerni poſſit.
c *Diuerſi turbine venti confligunt Zephyrúſque Notúſque, &c.*

Σὺν δ' εὖρός τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε, νότος τε δυσαὴς, καὶ βορέας αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.
d Molem eius loco mouent, euertunt.
e Thracius, è Thraciâ flans à fl. vſque Strymone.
f Herc. Fur verſ. 322. g *Al. ad Syrtes.*
h Nec manet tempeſtatis dominum penes auſtrum. vel in Auſtrali parte. i *Madidis Notus euolat alis, &c.*
k Arabiam Petream. l Quid autem Corus fecit, &c. de Coro ad Thyeſt. verſ. 576. * Al. motum.
m Non quòd illi color vllus, ſed quia nullus certus.
n Herc. Fur. verſ. 609. o Maris.

Non [l] *ſola Danais Hector & bello mora;*
[m] *Non tela Paridis certa; non* [n] *Memnon niger;*
Non [o] *Xanthus armis corpora immiſtis gerens;*
[p] *Fluctúſq; Simoïs cæde purpureos agens,*
Non [q] *niuea proles Cycnus æquorei Dei;*
[r] *Non bellicoſo Threſſa cum Rheſo phalanx,*
Non [ſ] *picta pharetras, & ſecurigera manu*
Peltata Amazon; [t] *hunc domi reducem paras*
Mactare, & aras cæde maculare impia?
Vltrix inultum Græcia hoc facinus feret?
[u] *Equos & arma, claſſibúſque horrens fretum*
Propone, & [x] *alto ſanguine exundans ſolum,*
Et tota capta fata Dardaniæ domus
[y] *Regeſta Danais. comprime affectus truces,*
Mentémque tibimet ipſa pacifica tuam.

ab Agamemnone & proceribus Achillis arma.

l Trod. 31. & 321.

m Nec tela Paridis certa, quia ab Apolline directa in Achillem, (Troad 345.) violauerunt.

n Memn. Æthiops. vide Troad. v. 10.

o Ὡς ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος Πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν. Il φ.

p Quem neq; qui tot *Simois correpta ſub vndis Scuta virûm, galeáſque, & fortia corpora voluit,* violauit. q Troad. verſ. 180. r Troad. verſ. 8. ſ Non Pentheſilea, quæ *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Sæua ſecurigeris dextris, & picta pharetras* Med. verſ. 214. eſt autem pelta ſcutum in folium hederaceum formatum.

t Talem poſt tot tantáſque res geſtas ſtrenuè reducem.

u Propone tibi egregia eius facinora, nec ſperabis te impunè laturam cædem viri optimè de omni Græcia meriti.

x Troianum ſolum ſanguine eund..

y Reportata in Græciam in vindictam raptæ vnius Helenæ.

ÆGYSTHVS. CLYTAEMNESTRA.

Clytæmneſtram nutricis conſiliis cedere paratam, iámque dubiam ſuperueniens Ægiſthus auertit rurſus, atque in præceps trahit.

Æg. *QVod tempus animo ſemper, ac mente horrui,*
Adeſt profectò rebus extremum meis.
Quid terga vertis, anime? quid primo impetu
Deponis arma? crede perniciem tibi,
Et dira ſæuos fata moliri deos.
Oppone cunctis vile ſuppliciis caput.
Ferrúmque, & ignes pectore [a] *aduerſo excipe.*
Cly. *Ægyſthe, non eſt pœna* [b] *ſic nato, mori.*
Æg. *Tu nos, pericli ſocio, tu* [c] *Ledâ ſata*
Comitare tantùm: [d] *ſanguinem reddet tibi*
[e] *Ignauus iſte ductor, ac* [f] *fortis pater.*
Sed quid trementes circuit pallor genas,
Iacénſque vultus languido obtutu ſtupet?
Cly. *Amor iugalis vincit, ac flectit retrò.*
Remeemus illuc, vnde non decuit prius
Abire: ſic nunc caſta repetatur fides:
Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via.
Quem pœnitet peccaſſe, pænè eſt innocens.
Æg. *Quò raperis amens? credis, aut ſperas tibi*
Agamemnonis fidele coniugium? vt nihil
Subeſſet animo, quod graues faceret metus;
Tamen ſuperba & impotens flatu nimis
Fortuna magno, ſpiritus tumidos daret.

a Oppoſitò; omnia prius tentâte, quàm timidè cedas; vertáſq; terga.
b Ex inceſtu nato. ſup. v. 30.
c Hippol. 300. & ſup. v. 160.
d Sãguine ſuo rependet ſanguinẽ filię tuę Iphigeniæ ab illo cæſæ. Troad. 161.
e Quia ipſe, dux licèt ducũ, per ſe nihil geſſit fortiter, οὔτέ ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι τέτληκας, amoribus ſolùm indulgens.
f In filiã immolandâ, ἀντίθεται a. τῷ ignauus ductor, vel ſtrenuus in concubinas.
g Fac te caſtã eſſe, nec adulterij conſciam ſupplicium metuere.

h *Grauis ille ſociis ſtante adhuc Troia fuit:*
Quid rere ad animũ ſuapte natura trucẽ,
i *Troiam addixiſſe? rex Mycenarum fuit.*
Veniet tyrannus. proſpera animos efferunt.
Effuſa circa pellicum quanto venit
Turba apparatu? ſola ſed longè eminet,
k *Tenétque regnum famula veridici Dei.*
Feréſne thalami, victa, conſortem tui?
a *At illa nolet. vltimum eſt nuptæ malum,*
Palam mariti poſſidens pellex domum.
b Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.
Cly. *Ægiſthe, quid me rurſus in preceps rapis,*
Irámque flammis iam reſidentem excitas?
c *Permiſit aliquid victor in captas ſibi:*
Non coniugem hoc reſpicere, non d *dominam decet.*
Lex alia e *ſolio eſt, alia priuato toro.*
Quid quòd ſeueras ferre me leges viro
Non patitur animus, turpis admiſſi memor?
f Det ille veniã facile cui venia eſt opus.
Æg. g *Ita eſt. paciſci mutuã veniam licet.*
Ignota tibi ſunt iura regnorum haud noua.
Nobis maligni iudices, æqui ſibi,
Id eſſe regni maximum h pignus putant,
Si quidquid aliis non licet, ſolis licet.
Cl. *Ignouit Helenæ: iuncta Menelao redit,*
Quæ i *Europam & Aſiam paribus afflixit malis,*

h Quod exprobrat δημοβόρῳ βασιλεῖ. Achilles Iliad. α.
i Troiæ caſũ.
k Imperátque Caſſandra vates Apollinis.
a Quod ſi tu poteris, voléſve, illa nolet, te itaque tollere tentabit.
b *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & Amor. Non capiunt dominos regna, Venúſque duos.*
c Fac Agamemn. victorẽ ſibi aliquid indulſiſſe in captiuas.
d Matrem familiãs, *Donna.* Lacones autẽ vxores ſuas κυρίας vocabant, Theſſali δεσποίνας, illæ viciſſim maritos κυρίους & δεσπότας, dominos.

e Regibus, quibus plerumque quot libet concubinæ licent. f Iniquum eſt, vt coniux à coniuge fidem à ſe non præſtitam exigat.
g Ironicè. h Prærogatiuam. i ſup. verſ. 203.

Æg. *Sed nulla Atridem Venere furtivâ abſtulit,*
Nec cepit animum coniugi obſtrictum ſuæ.
Iam crimen ille quærit, & [n] *caſſas parat.*
[n] *Nil eſſe crede turpe commiſſum tibi:*
Quid honeſta prodeſt vita flagitio carens,
Vbi dominus odit? [o] *fit nocẽs, non quæritur.*
[p] *Spartámne repetes ſpreta, & à tanto viro,*
Patriáſque ſedes profuga? non dant exitũ
Repudia regum. ſpe metum falſâ leuas.
Cly. [a] *delicta nouit nemo, niſi fidus, mea.*
Æg. Non intrat vnquam regium limen fides,
Cl. [b] *Opibus merebor, vt fidẽ precio obligẽ.*
Æg. Precio parata, vincitur precio fides.
Cl. [c] *Surgit reſiduus priſtinæ mentis pudor.*
Quid obſtrepis? quid voce blãdiloquâ mala
Conſilia dictas? [d] *ſcilicet nubet tibi*
Regum relicto rege; generoſa exuli?
Æg. *Et cur* [e] *Atrida videor inferior tibi,*
Natus Thyeſte? Cly. [f] *ſi parum eſt, adde & nepos.*
Æg. [g] *Auctore Phœbo gignor, haud generis pudet.*
Cly. *Phœbũ nefandæ ſtirpis auctorẽ vocas?*

k Sed nullius concubinæ amor animum Menelai ab Helena alienauit, vt Caſſandræ pellicis amor Agamemnonis animum à te.
l Agamemnon.
m Propter quas te de medio tollat, quo liberiùs fruatur pellice.
n Vt ſup. verſ. 245.
o Non inquiritur nocénſne quis ſit, nécne, ſed pro nocente damnatur quemcunque rex odit.
p Nec ſperate repudiatã perituram patriã tuam Spartam; repudiatas enim vxores non ſinunt reges abire, verùm eas necandas curant.

a Adulterio meo conſcius eſt nemo præter quendam fidelem, qui celabit. vnde non eſt cur fugiam. b Muneribus. c Statui a. ad meliorem vitam me recipere, refocillantur n. mihi in animo ſcintillulæ quædam priſtini pudoris. d Egone Agamemnone relicto nubam tibi exuli & eiecto? vnde & nomen illi à τοῦ quod eſt lacto & αἰγὸς, quòd eiectus, à capella nutriretur. ſunt tamen qui *Ægyptum* dicendum autumant. e Atrei filio, qui Thyeſtæ frater. f Nec filius tantùm, ſed & nepos Thyeſtæ es, te quippe è filia genuit. g Sup. verſ. 30.

h *Quem nocte ſubita frena reuocantem ſua*
Cœlo expuliſtis? quid deos probro aduocas,
i *Surripere doctus fraude geniales toros,*
Quem Venere tantùm ſcimus illicita virũ?
Secede properè: dedecus clara domus
Aſporta ab oculis. hæc vacat k *regi ac viro.*
Arg. *Exilia mihi ſunt haud noua. aſſueui malis.*
Si tu imperas, regina, non tantùm domo,
Argíſue cedo: nil moror iuſſu tuo
Aperire ferro pectus ærumnis graue.
Cly. l *Si quidem hoc* m *cruẽta Tydaris fieri ſinam?*
n *Quæ inuita peccat, debet & culpæ fidem.*
Secede mecum potius, vt rerum ſtatum
Dubium ac minacẽ iuncta conſilia explicẽt.

h Reducentẽ currus, ne videret nefandã patris tui cœnam. Thyeſt. v. 774.
i Nuptiales toros violare doctus à patre tuo, qui Atrei fratris ſui vxorem corrupit.
k Agamemnoni.
l Miſerè labaſcit Clytæmn. vel iam ſimulatas iras, fraudéſque aperit.
m In tantum crudelis ero vt hoc fieri ſinam? non patiar &c.
n Delrius ex fide Mogunt. cod legit. *Quæ iuncta peccat, debet & culpa fidem.* q. d. non deferam aut prodam culpæ ſocium; ſecedamus itaque, & conſilium capeſſamus quid in dubiis nobis rebus agendum ſit.

CHORVS ARGIVARVM.

Chorus è virginibus Mycenæis & Arginis canit Apollinis Pæana ob partam victoriam: interſerit autem Iunoni, Mineruæ, & Ioui laudes ſuas.

a CAnite, ô pubes inclyta, Phœbum.
Tibi feſta caput turba coronat:
Tibi virgineas b *laurum quatiens*
De more comas innuba fundit
c *Stirps Inachia. tu quoque noſtros,*
d *Thebana manus, comitare choros,*

a Carmine laudate Phœbum, *hoc præfica, vel Chori pars altera.*
b Apollini ſacrã, vid. Oed. verſ. 36.
c Inachi genus virgines Argiuæ.
d Suſpicatur hunc locũ Lipſius, & meritò. Sed cur reponat *Thebais hoſpes* è libro ſuo, non video. quis enim locus Thebanis in Choro eorum victoriæ gratulanti, qui bello non

Quæque [e] *Eraſini gelidos fontes,*
Quæque [f] *Eurotam, quæque virenti*
Tacitum ripa bibis [g] *Iſmenon,*
[h] *Quam fatorum præſcia Manto*
Sata Tireſia Latonigenas
Monuit ſacris celebrare deos,
Arcus [i] *victor pace relata*
Phœbe [k] *relaxa;*
Humeróque graues leuibus telis
Pone pharetras; reſonétque manu
Pulſa citata vocale chelys.
[l] *Nil acre, velim,*
Magnúmque modis intonet altis:
Sed quale ſoles leuiora lyra
Flectere carmen ſimplex, luſus
Cum docta tuos Muſa recenſet.
Licet & chorda grauiore ſones,
Quale canebas, cùm [m] *Titanes*
Fulmine miſſo fregere dei.
Vel [m] *cum montes montibus altis*
Super impoſiti ſtruxere gradus
Trucibus monſtris, ſtetit impoſita
Pelion Oſſa; pinifer ambos
Preſſit Olympus.
Ades, O magni ſoror & coniux
Conſors ſceptri, Regia Iuno:
[a] *Tua te colimus turba, Mycenæ.*

adfuerunt? teſte Artemidoro μόνοι οἱ Θηβαῖοι τῶν Βοιωτῶν οὐκ ἐστράτευσαν εἰς Ἴλιον. Cùm verò Homerꝰ in Catalogo eos recenſere videatur, Οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον, &c. legendum Ὑποθήβας teſte Euſtathio quæ paruũ eſt oppidum propè Thebas, cuius incolæ ad Troiam profecti cum Græcis, nõ autem Thebani. e Eraſini plures, hic atticus eſſe videtur. f Laconiæ fl. g Her. Fu. 333. h Hunc locũ explicat illud Ouid. 6. Metam. vnde sũpſit noſter: *Nam ſata Tireſiâ, venturi præſcia Manto, Per medias fuerat diuino concita motu Vaticinata vias: Iſmenides ite frequentes, Et date Latonæ, Latonigeniſque duobus Cum prece thura piâ, lauróque innectite crinem,* &c. i Laomedonteæ perfidiæ vltor. k *Quondam cithara tacentem Suſcitet muſam, neque ſemper arcum Tendat Apollo.* l Nihil bellicum, nihil grande, quale vbi vates afflatu concitas, ſed pæana lætum, qualem canebas partâ à diis victoriâ de gigantibus. m Vid. Herc. Fu. 970. & Troad. verſ 817.. a Ἥρη, ᾧ πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, Ἄργός τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Altiſona quatiens regna, placatos deos.
Nunc omne ˣ *latâ fronde veletur caput.*
ᵃ *Sacrifica dulces tibia effundat modos;*
Et ᵇ *niuea magnas victima ante aras cadat.*
Sed ecce ᶜ *turba triſtis, incompta comas,*
ᶜ *Iliades adſunt: quaſ ſuper celſo gradu*
Effrena ᵈ *Phœbas* ᵉ *entheas* ᶠ *laurus quatit.*

- x Coronâ triumphali.
- a Sacris adhibita.
- b Diis ſuperis debita OEdip. verſ. 549.
- c Troades captiuæ.
- d Caſſandra Phœbi vates OEd. v. 231.
- e OEd v. 268.
- f OEdip. verſ. 16.

CHORVS TROADVM. CASSANDRA.

Chorus Iliadum Troiæ fata caſúmque luget, Caſſandra furore Phœbeo correpta, quæ Agamemnoni imminent, vaticinatur.

Ch. *Hic quàm dulce malum mortalibus additum,*
Vitæ ᵍ *dirus amor: cùm* ʰ *pateat malis*
Effugium, & miſeros libera mors vocet,
Portus æternâ placidus quiete?
Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ mouet,
Aut ⁱ *iniqui flamma Tonantis.*
ᵏ *Pax alta.* ˡ *nullos ciuium cœtus*
Timet, aut minaces victoris iras;
Non maria aſperis inſana ᵐ *Coris;*
Non acies feras,
ⁿ *Puluereámque nubem*
Motam barbaricis equitum cateruis;
Non urbe cum totâ populos cadentes
Hoſtica muros populante flamma,
Indomitum ve bellum perrumpet omne

- g Etiam in miſeriis.
- h Per mortẽ, quæ Stoicis portus aliquãdo petendus, nunquam recuſandus. vid. Herc. Fu. 425.
- i Obliquum fulmen.
- k In hoc portu ſecura tranquillitas.
- l *Non ciuiũ ardorem praua iubentiũ, Nõ vultus inſtantis tyranni*, &c. Imitatio Horat. 3. 3. Od. q. d. mortis contemptor omnia contemnit.
- m Ventis. de Coro Thyeſt. v. 576.
- n Os γ' ὑπὸ ποσὶ κονισάλος ὄρνυτ' ἀελλής.

Solus contemptor o leuium deorum.
p *Qui vultus* q *Acherontis atri,*
Qui q *Styga* r *triſtem non triſtem videt,*
Audétque vitæ ponere finem;
Par ille regi, par ſuperis erit.
O quàm miſerum eſt neſcire a mori!
Vidimus patriam ruentem nocte funeſta,
Cùm Dardana tecta Dorici *raperetis ignes.*
b *Non illa bello victa, nec armis;*
c *Vt quondam Herculea cecidit pharetra:*
Quam non d *Pelei, Thetidiſque natus,*
e *Charúſque Pelidæ nimium feroci*
Vicit, acceptis cùm fulſit armis,
Fuditque Troas e falſus Achilles:
Aut cùm ipſe Pelides animos feroces
f *Suſtulit luctu,* g *celerémque ſaltu*
Troades ſummis timuere muris.
Perdidit in malis extremum decus;
Fortiter vinci; reſtitit annis
Troia bis quinis,
Vnius noctis peritura h *fato.*
Vidimus ſimulata i *dona* k *molis immenſæ;*
Danaûmq; l *fatale munus duximus noſtra*

o Non vltrà mortem nocere potentiâ, quæ ſapienti (Stoico ſeu Epicurio) leuis. vid. vid. Chor. ſec. Troados.
p Ex eadem ſchola Epic. ſic ille, *ſtrepitumq; Acherontis auari Subiecit pedibus.*
q Vid. 12. Agamem.
r Ἀϊτίδεως ἀπαλύπτως.
a Quod effugium eſt; & portus ex miſeriis ſup.
b Sed inſidiis & dolo.
c Sub Laomedonte. verſ. Troad. 131. & 726.

d Achilles. e Patroclus Achillis armis indutus. f Κλαῖε φίλον ἑταῖρον μεμνημένος, &c. Πατρόκλου ποθέων ἀνδροτῆτα
g Πόδας ὠκὺς, ὠκύμορος Achillis autem ſaltus Troiæ excidio fatalis. Lycophr. & Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως. h Al. furto; dolis & inſidiis. i Mineruæ pro reditu vota. k Equi durarei, ſiue πολιορκητικὸν fuerit illud μηχάνημα, ſeu porta equi inſigni picta, per proditionem Græcis aperta; ſeu mons Hippius; in quo ex inſidiis Greci Troianos interceperunt, ſimúlque vrbem irruperunt, ſeu deniq; equitatus Græcorum.
l Primò n. exciſum eſt Ilium propter equos Herculi ex pacto non datos à Laomedonte; ſecundò per equum durateum, de quo hoc in loco; tertiò per equum qui ſaluis interceptus Romanis irruendi poteſtatem fecit, cùm Ilienſes Cinnam Coſ. in vrbem recipere noluerunt.

m Credulì dextrâ : tremuitque ſæpe
Limine in primo ſonipes, cauernis
Conditos reges, bellumque geſtans:
Et licuit n verſare dolos, vt ipſi
Fraude ſuâ capti caderent Pelaſgi.
o Sæpe commota ſonuere parmæ,
Tacitúmque murmur percuſſit aures,
Et fremuit p malè ſubdolo
Parens Pyrrhus Vlyßi.
a Secura metus Troica pubes
Sacros gaudet tangere funes.
Hinc b æquæui gregis Aſtyanax;
Hinc c Æmonio deſponſa rogo,
Ducunt turmas : hæc fœmineas,
Ille viriles.
Feſtæ matres d votiua ferunt
Munera diuis . feſti patres
Adeunt aras . e vnus totâ eſt
Vultus in vrbe.
Et, quod nunquam f poſt Hectoreos
Vidimus ignes, læta eſt Hecube.
Quid nunc primum, dolor infelix,
Quidve extremum deflere paras?
g Mœnia diuûm fabricata manu,
Diruta noſtrâ?
An templa deos ſuper vſta ſuos?
Non vacat iſtis lacrymare malis
Te, h magne parens, flent Iliades:
Vidi, vidi, ſenis in iugulo
Telum Pyrrhi i vix exiguo
Sanguine tingui.

m Sinoni fidẽ habentes.
n In ipſos authores ſuos vertiſſe dolos, *ſi mens non læua fuiſſet.*
o *Atque vtero ſonitum quater arma dedere.*
p Ægræ inductus ab Vlyſſe. vt dolis vteretur μονότροπος & ſimplex Neoptolemus, viribus magis, quàm fallaciis fretus, quod ἦθος & illi apud Vlyſſ. in Philoctete tribuit Sophocles, ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράττειν κακῆς, &c. mox. Ἀλλ' εἰμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν, Καὶ μὴ δόλοισιν.
a *Circum pueri, innuptæq; puellæ Sacra canũt. funemque manu contingere gaudent.*
b Puerorum.
c Polyxena, quę poſteà deſpõſata erat rogo Achillis Theſſalici ducis, Troad. v. 360. d Pro filiorũ reditu. e Lętitiæ. f Poſt redemptũ, rogoq; datũ Hectoris corpus. g Murorũ munitiones, Troiæ mœnia. Troad. v. 479. h Priame. i *Exiguũ ſenis Priami Iouis ara cruorem*

Caſ. k *Cohibete lacrymas, omne quas tempus petit,*
Troades, & ipſæ veſtra lamentabili
Lugete gemitu funera, ærumnæ meæ
Socium recuſant. cladibus queſtus meis
Remouete, noſtris ipſa ſufficiam malis.
Ch. Lacrymas lacrymis miſcere iuuat.
Magis exurunt, quos ˡſecretæ
Lacerant curæ. iuuat ᵃ in medium
Deflere ſuos. nec enim, quamuis
b *Dura virago, patienſque mali,*
Poteris tantas flere ruinas.
Non quæ verno nobile carmen
Ramo cantat triſtis c *Aëdon,*
d *Ityn in varios modulata ſonos;*
Non quæ tectis e *Biſtonis ales*
Reſidens ſummis impia diri
f *Furta mariti garrula deflet;*
Lugere tuam poterit dignè
Conqueſta domum: licet ipſe velit
Clarus nineos inter olores
g *Iſtrum* h *cygnus* i *Tanaimque colens*
Extrema loqui: licet k *Alcyones*
Ceyca ſuum fluxu l *leniter*
l *Plangente ſonent, cùm tranquillo*
Malè confiſæ credunt iterum

Cōhiberat vid. 76 v. Troad.
k Cohib. luctꝰ veſtros de patre meo. meæ iſtę ſolius partes, vos funera veſtrorum lugete.
l Seorſim habitæ. priuatæ.
a In commune, palàm.
b Indurata malis, virili animo fœmina.
c *Ἀηδὼν*, luſcinia, al. *querula Edonis*, id eſt, Threicia Philomela, Daulias ales.
d Ceu Itylum, filium Terei, à Procne, & Philomela interfectum, patrique appoſitũ in vltionẽ ſtupratæ ab eo Philomelæ.
e Hirundo, in quam iras mariti fugiens Procne (*vt alij, Philomela*) verſa eſt coniux Terei regis Thraciæ, cuius Biſtonis ciuitas, & ſtagnum.
f Adulterium. g Thraciæ fl. h In quem verſus eſt Cycnus, de quo Troad. 180 i Morte vicina ſuauiùs canere dicitur olor. vid. Hippol. verſ. 301.
k Aues illæ, in quas mutati ſunt Ceyx rex Trachinæ in Ægæo ſubmerſus cum Alcyone vxore Neptuni filiâ, quibus auibus nidificantibus, fœtúmque intra 7. vt alij 9. alij 14. dierum ſpatium educentibus tempore hyberno, mare pacatur, quod tempus *Alcedonia* dicitur. l Fluctuante.

m Gallos Cybeles ſacerdotes ſemiuiros, quibus (ab Aty puero Cybele dilecto quod in Nymphâ Sagaritide peccaſſet, in furorem à deâ verſo, ſibique pudenda acuto ſilice amputãte) *venit in exemplum furor hic, molleſque miniſtri Cadunt iactatis vilia membra comis.*
n Cybele, quę ciuitatis Midæ clauſæ muros capite ſubleuauit, atque ita eſt ingreſſa. vel *quòd primis turres vrbibus illa dedit.* an quòd eadem

Pelago audaces, fœtúſque ſuos
Nido pauida titubante fouent.
Non ſi m *molles imitata* m *viros*
Triſtis laceret brachia tecum,
n *Quæ turrita turba parenti*
o *Pectore rauco concita, buxum*
Ferit, vt Phrygium lugeat p *Atyn.*
Non eſt lacrymis, Caſſandra, modus,
Quia, quæ patimur, vicere modum.
Sed cur q *ſacratas diripis capiti* r *infulas?*
Miſeris colendos maximè ſuperos reor.
CAS. a *Vicere noſtra iã metus omnes mala.*
Equidem nec vllâ cœlites placo prece:
Nec, ſi velint ſæuire, quò noceant, habent.
Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas.
Quæ patria reſtat? quis pater? quæ iam ſoror?
Bibere b *tumuli ſanguinem, atq;* c *aræ meũ.*
Quid illa felix turba fraterni gregis?
Exhauſta nempe: regiam d *miſeri ſenis*
Vacuam e *relinqui,* f *tótque per thalamos vident,*
Præter g *Lacænam, ceteras viduas nurus.*

cum Veſtâ, id eſt, terrâ? o Lege, *Pectora rauco concita buxo Ferit*, id eſt, ferit pinu (qui Gallorum fanaticorum mos eſt, vide Med. 806) pectora ſua in furorem incita rauca tibia.
p Sup. ad verſ. 680. q Apollini. r Filamenta lanea.
a Extrema ſunt mea mala, quibus ipſi dij vlteriora ſuperaddere non poſſunt. b Achillis tumulus bibit ſanguinem Polyxenæ ſororis. Troad. verſ. 360. c Iouis Hercij ara bibit fratris Polyxenæ ſanguinem, Priamique patris mei. Troad. verſ. 45.
d Priami. e Al. *Relicti.* q. d. relicti vident, &c. vel lege *videt* ſc. Hecuba.
Quinquaginta intus thalami, ſpes tanta nepotum. vide 32. verſ.
f Troad. g Helenam, quæ Paridi, deinde Deiphobo fuerat nupta, *ſed hoc indignanter.*

h Tot illa regum mater, & ⁱ regimen Phrygum,
Fœcunda ᵏ in ignes Hecuba, ˡ fatorum nouas
Experta leges, induit vultus ˡ feros.
Circa ruinas rabida ˡ latrauit ſuas,
Troiæ ſuperſtes, Hectori, Priamo, ˡ ſibi.
Ch. ᵐ *Silet repentè Phœbas, & ⁿ pallor genas,*
Crebérque totum poſſidet corpus tremor.
ᵒ *Stetère vittæ mollis horreſcit coma.*
ᵖ *Anhela corda murmure incluſo fremunt.*
ᑫ *Incerta nutant lumina; & ᑫ verſi retro*
Torquentur oculi. rurſus immites rigent.
Nunc leuat in auras ʳ altior ſolito caput,
Graditurque celſa: nunc reluctantes parat
Reſerare fauces; verba nunc ſ cluſo malè
Cuſtodit ore, ᵗ Mænas ᵘ impatiens dei.
Caſ. *Quid me furoris incitam ˣ ſtimulis noui,*
Quid mentis inopem ʸ ſacra Parnaſſi iuga
Rapitis? recede, Phœbe, iam ᵃ non ſum tua.
Extingue ᵇ flammas pectori infixas meo.
ᶜ *Cui nunc vagor veſana? ᶜ cui bacchor furens?*
Iam Troia cecidit. ᵈ falſa quid vates ago?
*Vbi ſū? * fugit lux alma, & obſcurat genas*
*Nox * alta, & æther abditus tenebris latet.*
ᵉ *Sed ecce gemino ſole præfulget dies;*

h Troad. v 32. i Regina. k Liberos immaturis rogis crematos. alij ad Paridẽ referũt vid. Troad ad verſ. 36. l Mutata in canem. Troad. verſ. 978. m Caſſandra *afflata eſt numine Phœbi iã propiore.* n *Non vultus, non color vnus.* o Inhorruere. *Non cõptæ mãſere comæ.* p *Pectus anhelũ Et rabie fera corda tument.* q *Torquet ad hæc oculos, totóq; vagantia cælo Lumina.* r *Maiórque videri, Nec mortale ſonans.* ſ Murmurat. t Vates furibunda. OEd. 436. u *At Phœbi nondum patiens immanis in antro, Bacchatur vates, magnũ ſi pectore poßit Excußiſſe deũ.* x Vt diuina, fatidici ſpiritus impetu. *Et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.* y Phœbo ſacra. a Sed Agamemnonis. b Diuinationẽ. c In cuius nunc tandẽ vſum & vtilitatem vaticinor? d Non credita. Troad. v. 35. * Al. atra. e *Et Solem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.* Entheis 4. vt & ebriis dupla ſe oſtentant obiecta, propter oculorum

Geminúmque duplices Argos attollit da-
mos.
f *Idæa cerno nemora fatalis ſedet*
Inter potentes g *arbiter paſtor deas.*
Timete, Reges, moneo, h *furtiuum genus.*
i *Agreſtis ille* i *alumnus euertet domum.*
Quid : *iſta vecors tela fœminea manu*
Diſtricta præfert? quem petit dextrâ virũ
k *Lacæna* l *cultu* m *ferrum Amazonio ge-*
rens?
Quæ verſat oculos alia nunc facies meos?
Victor ferarum colla vexatus iacet
n *Ignobili ſub dente* o *Marmaricus leo,*
Morſus cruentos paſſus audacis p *leæ.*
Quid me vocatis ſoſpitem ſolam è meis;
Vmbra meorum? te ſequor, tota pater
q *Troia ſepulte.* *frater,* r *auxiliũ Phrygũ,*
Terrorque Danaûm, ſ *non ego antiquum*
decus
Video, t *aut calẽtes ratibus exuſtis manus:*
u *Sed lacera membra, & ſaucios vinclo*
graui
Fortes lacertos te ſequòr x *nimium citò*
Congreſſe Achilli Troïle, y *incertos geris*
Deiphobe vultus, z *coniugis munus noua.*

muſcolos, vel ſpiritus ardore cõtractos, vel humiditate ſolutos, vnde oculus alter in ſuperna contruditur, in imũ deijcitur alter, ita vterque ſua apprehendit.
f Montis Idæ, vbi Paris tulit ſententiam de malo aureo.
g Paris. reſpicítq; ad Ægiſthum quẽ poſtea vocat agreſtem alumnũ, Agamemnoni Mycenísque nõ minùs fatalem, quàm Troiæ Paridẽ.
h Furtiuâ Venere natum Ægiſthum.
i Mox enim vt natus, proiectus eſt, & à capris nutritus, vnde nomen. k Clytemnæſtra. l More Amazonio armata. Heinſius legit, *vultu Amazon.* i. toruo, ſic Hippolyt. 655. m Bipẽnim, ſecurim. n Reſpicit ad Ægiſthum ex inceſtu natũ. o Ingẽs & fortis leo, quales in Marmarica regione Africæ verſus Ægyptũ. *intelligit autẽ Agamemnona.* p Clytemnęſtrę. q Troad. v. 29. r Hector, quo ſtante ſtetit Ilium Troad. 31. & columen patriæ, &c. v. 120. Troad. ſ Non exuuias indutum Achillis. t *Non Danaûm Phrygios iaculantem puppibus ignes.* u Sed per *pedes traiectum loratumentes, Raptatum bigis vid.* Troad. 741. x *Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli.* y Quem *lacerum crudeliter ora, &c. Vix adeò agnouit* Æneas. 6. Æneid. z Helenę, à quâ ſupremâ nocte

Iuuat per ipſos ingredi Stygios lacus;
Iuuat videre Tartari ſæuum canem,
Auidíque regna Ditis. hac hodie a ratis
Phlegethontis atri b regias animas vehet,
b Victámque, victricémque. vos, vmbra, precor,
c Iurata ſuperis vnda, te pariter precor,
Reſerate paulùm terga d nigrantis poli,
e Leuis vt Mycenas turba proſpiciat Phrygum.
Spectate miſeri. fata ſe * vertunt retro.
Inſtant f ſorores ſqualidæ.
Sanguinea iactant verbera.
Fert læuâ ſemuſtas faces;
* Ardéntque pallentes genæ,
Et veſtis g atri funeris
Exeſa cingit ilia;
Strepúntque nocturni metus,
Et oſſa h vaſti corporis
Corrupta longinquo ſitu
Palude limoſa iacent.
Et ecce i defeſſus ſenex
Ad ora ludentes aquas
Non captat, oblitus ſitis,
k Mœſtus futuro funere.
l Exultat, & ponit gradus
m Pater decoros Dardanus.
Ch. Iam n peruagatus ipſe ſe fregit furor,
Cadítque, flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus vulnus inciſâ gerens.
Releuemus artus a entheos tandem ſuos
b Victrice lauro cinctus Agamemnon adit;
Coniúxque pariter obuios illi tulit
Greſſus: redítque iuncta concordi gradu.

proditus eſt Græcis.
a Charontis cymba, *quam videre enthea ſibi videtur.*
b Meã, & Agamemnonis.
c Styx. Herc. Fur. 606. & 1103.
d Antarctici. Herc. Fu. 606. & 1103.
e Vt vmbræ Troianorum videant Agamemnona Mycenarum regem ab vxore cæſum, ad ſuã ſolationẽ, veluti inferias ſibi relatas.
* Al. *Voluunt.*
f Furiæ. *Thyeſt.* 78. *Med.* 957.
* Al *turgent.*
g Funeſti apparat⁹, & ominis.
h Gigantum.
i Tantalus. *Thyeſt.* 152.
k Propter imminentem ſui pronepotis necem.
l Lętatur Dardanus in vltionẽ prolis ſuæ.
m Tritauus

Caſſãdrę. n. Phœbas recedẽte ſpiritu exanimis cadit. a OEd. 628
b Sup. verſ. 384.

ACTVS QVARTVS.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

Agamemnoni reduci predicit Caſſandra fatum, nec creditur. Troad. verſ. 34.

Ag. T*Andem reuertor ſoſpes ad patrios lares.*
c *O cara ſalue terra. tibi tot barbaræ*
Dedêre gentes ſpolia. tibi felix diu
Potentis Aſiæ Troia ſubmiſit manus.
Cur iſta d *vates corpus effuſa, ac tremens*
Dubià labat ceruice? famuli, attollite,
e *Refouete gelido latice. iam recipit* f *diem.*
Marcente viſu. ſuſcita ſenſus tuos.
Optatus ille portus ærumnis adeſt.
Feſtus dies eſt. Caſ. g *feſtus & Troiæ fuit.*
Ag. *Veneremur aras.* Caſ. *cecidit ante* h *aras pater.*
Ag. *Iouem preeemur pariter.* Caſ. h *Herceum Iouem?*
Ag. *Credis videre te Ilium?* Caſ. i *& Priamum ſimul.*
Ag. *Hic Troia non eſt.* Caſ. k *Vbi Helena eſt, Troiam puto.*
Ag. l *Ne metue dominam, famula.* Caſ. m *libertas adeſt.*
Ag *Secura viue.* Caſ. *mors mihi eſt ſecuritas.*
Ag. *Nullum eſt periclum tibimet,* Caſ. *at magnum tibi eſt.*

c Vid. quæ ad v. 386. ſupra
d Caſſandra à furore exanimis: quam cũ cæteris captiuis Agamem. præmiſerat dono Clytęmneſtræ.
e Frigida enim in faciē λειποψύχοις aſperſa, ſpiritus, qui ad faciem plurimi venire ſolent, cogit, quibus congregatis redeunt ſenſibus functiones.
f Lucem.
g Quo periit, *tu noſtro exemplo feſtos caue.*
h Troad 45.
i Te ſc. mox interficiendũ, vt Priamum.
k Vbi mala & adultera mulier eſt, *qualis vxor tua Clytæmneſtra.* nãq; Helena iam in Ægypto erat.
l *Quod etiã ille de Clytæmneſtra ſubintelligẽs reſpõdet:* nõ erit cur Clytęmneſt. vt dominã metuas, qua mihi dilecta es. m Per mortem vicinam.

Ag. *Victor timere quid poteſt?* Caſ. *quod non timet.*
Ag. H*anc fida, famuli, turba, dum excutiat* n *Deum,*
Retinete, o *ne quid impotens peccet furor.*
At te, pater, qui ſæua torques fulmina,
Pelliſque nubes, ſidera, & terras regis,
Ad a *quem triumphi ſpolia victores ferunt;*
Et b *te ſororem cuncta pollentis viri,*
Argolica Iuno, *pecore votiuo libens.*
c *Arabúmque donis, ſupplice &* d *fibrá colam.*

n Phœbi numen quo afflatur.
o Ne ſibi manum inferat.
a Iouem τροπαιοῦχον, λαισοφόρα, vel νικηφορεῖον.
b Sup. ver. 341.
c Thure.
d Thyeſt ver. 754.

Chorvs Argivarvm.

Chorus Argiuarum Herculis laudes canit, nutriti ſc. Argis, cuiuſque ſagittæ fato poſcebantur ad ſecundum Troiæ excidium.

A*Rgos nobilibus nobile ciuibus,*
Argos e *irata* f *carum nouerca,*
Semper ingentes educas g *alumnos,*
g *Imparem æquaſti numerum deorum:*
Tuus ille biſſeno meruit labore
Allegi cœlo magnus Alcides;
Cui lege mundi Iuppiter rupta
Roſcidæ noctis geminauit horas,
Iuſſitque Phœbum tardiùs celeres
Agitare currus, & tuas lentè
Remeare h *bigas candida Phœbe;*
Retulitque pedem, i *alternis nomen*

e Iunoni Iouis ex pellicib. liberis infeſtæ.
f Sup. verſ. 34.
g Et in his Herculem, qui & Heben duxit vxorẽ, deorúmque (non magnorũ illorũ qui duodecim, neq; ſelectorum qui octo,) numerũ priùs imparẽ æquaui. *vel intellige* de tribus diis communibus, Marte, Bellona, Victoria, quibus additus Hercules. Poteſt & de Diis patriis intelligi, qui ex Argiuis ſeu Argis educati in deos relati ſunt. vide. Hercul. Fur. verſ. 24. h Bigas Lunæ tribuunt (vt ſoli quadrigas) quam trahunt equi, tauri, muli, vel cerui, quorum alter ater, albus alter. i Veneris ſtella. vid.

Stella quæ mutat, k *ſeque mirata eſt*
Heſperum dici; Aurora monit
Ad ſolitas vices caput, & relabens
Impoſui ſenis humero l *mariti.*
m *Senſit Ortus, ſenſit Occaſus,*
Herculem naſci. n *violentus illo*
Nocte non vna poterat creari.
o *Tibi concitatus ſubſtitit mundus,*
O puer magnum ſubiture cœlum!
Te ſenſit a *Nemeæas arcto*
Preſſus lacerto b *fulmineus leo,*
Ceruáque c *Parrhaſis.*
Senſit Arcadij d *populator agri.*
Gemuítque e *taurus, Dictæa linquens*
Horridus arua.
Morte f *fœcundum domuit* f *draconem,*
Vetuítque collo pereunte naſci.
g *Geminóſque fratres, pectore ab vno*
Tria monſtra natos, ſtipite incuſſo
Fregit inſultans: duxitque ad ortus
h *Heſperium pecus,*
Geryonis ſpolium triformis.
Egit i *Threïcium gregem,*
Quem non k *Strymonij gramine fluminis,*
k *Hebrive ripis pauit* l *tyrannus;*
Hoſpitum dirus ſtabulis cruorem
Præbuit ſæuis; tinxitque crudos
Vltimus rictus ſanguis l *aurigæ.*
Vidit m *Hippolytæ ferox*
Pectore è medio rapi ſpolium, & ſagittas.

Hippol 748. & Med. 71.
k Cum debuiſſet Lucifer appellari, id eſt, quòd non matutinus ort' ſit ſpatio ſolito.
l Tithoni.
m Phœbei itineris intermiſſi deſiderio.
n Τεχθῆναι γὰρ ἔδει μίζαι καὶ πολυάθλιον θεὸν τοῦτον οὐκ ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον.
o Tibi genito.
a Her. Fu. 225 & 83.
b Rapidus, impotens quod epithetō apro magis conuenit, quippe apri irati dentes vrere dicuntur.
c A Parrhaſia vrbe Arcadiæ. vid. Herc. Fu. verſ. 221.
d Aper, ſus Erymanthius.
e Qui Neptuni irā in Cretā miſſus traiecit in Peloponneſum, vbi ab Herc. cæſus eſt. f Hydram Herc. Fu. 240.
g Trigeminum Geriona Herc. Fu. verſ. 230.
h Armenta Hiſpana. i Equos Diomedis regis Thraciæ Herc. Fur. 225. k Thraciæ fl. l Ipſe Diomedes ſuis equis ab Hercule obiectus. m Herc. Fu. verſ. 542.

n *Nube percuſſa Stymphalis alto*
Decidit cœlo:
o *Arbórque pomis fertilis aureis*
Extimuit p *manu, inſueta carpi,*
Fugitque in auras leuiore ramo:
Audiuit ſonitum q *crepitante lamna*
a *Frigidus cuſtos neſcius ſomni,*
Linqueret cùm iam nemus omne fuluo
b *Plenus Alcides vacuum metallo.*
Tractus ad cœlum c *canis inferorum*
Triplici catena, tacuit, nec vllo
Latrauit ore, lucis ignotæ
Metuens colorem. d *te duce ſuccidit*
e *Mendax Dardania domus,*
Et ſenſit arcus f *iterum timendos:*
Te duce concidit g *totidem diebus*
Troia, g *quot annis.*

n Herc Fur. verſ. 243. o Her. Fur. v. 238. p Manus Herculis carpentis ſpoliantiſq; arborem. q Ramo aureo. ſic Virgil. *leni crepitabat bractea vento.* a Venenoſus draco, peruigil Heſperidum horti cuſtos. b Aureis malis onuſtus. c Cerberus Herc. Fu. 820. d Heinſius legit, *te duce dux cadit,* & verùm non adeò placet propter temporis enallagen, cùm, quæ præcedebat verba, præteriti fuerit temporis. e Periura, perfida, promiſſis non ſtans. vid. Troad. verſ. 131. & 756. f Troad. verſ. 133. g Decem.

ACTVS QVINTVS.

CASSANDRA.

Caſſandra vel illa non videns vaticinatur, vel in proſcenio ſtans, quæ intus & in ἐξώστρᾳ gerantur de cæde Agamemnonis, narrat.

R*Es agitur intus magna,* h *par annis decem.*
Eheu quid hoc eſt? anime, conſurge, & cape
i *Precium furoris.* k *vicimus victi Phryges.*

h Cuius atrocitas decennales labores noſtros æquat, aut etiam ſuperat. i Hoſtis cæde & vindicta compenſatum, Phœbei numinis te fatigantis cruciatum. k Hoſtium imperatore cœlo.

Bene eſt! reſurgis Troia. traxiſti iacens
l *Pares Mycenas.* m *terga dat victor tuus.*
n *Tam clara nunquã prouida mentis furor*
Oſtendit oculis. video, & interſum, &
fruor.
o *Imago viſus dubia non fallit meos.*
Spectamus. p *epulæ regia inſtructa domo,*
q *Quales fuerunt vltima Phrygibus dapes,*
Celebrantur. oſtro lectus r *Iliaco nitet;*
Merúmque in auro ſ *veteris Aſſaraci tra-*
hunt,
Et ipſe picta veſte ſublimis iacet,
Priami ſuperbas corpore exuuias gerens.
Detrahere cultus vxor a *hoſtiles iubet*
Induere potius coniugis fida manu
Textos amictus. horreo, atq; animo tremo:
Regémne perimet b *exul, & adulter vtrũ?*
Venere fata; ſanguinem c *extremæ dapes*
Domini videbunt, & cruor d *Baccho in-*
cidet.
e *Mortifera vinctum perfida tradet neci.*
Induta f *veſtis exitum manibus negat,*
Capútque laxi & inuij cludunt ſinus.
Haurit trementi g *ſemiuir dextra latus,*
Nec penitus adigit: vulnere in medio ſtu-
pet.
At h *ille, vt altis hiſpidus ſyluis aper;*
Cùm caſſe vinctus, tentat egreſſus tamen,
Arctátque motu vincla, & inceſſum furit:
Cupit fluentes vndique, & i *cæcos ſinus*

l Tuæ ruinæ corruentes.
m Vincitur.
n Tam euidẽtia & grata ſic enim ipſa exponit verſ. ſeq.
o Quod in furore entheo non raro fit.
p Interfectus enim eſt Agamemn. δειπνίοιος. vt ipſe narrat odyſſ. λ.
q Sup. verſ. 78.
r Ex prǽda Ilij.
ſ Regis antiqui Phrygum. ſic Virgil. *Impleuitque mero pateram, quam Belus, & omnes A Belo ſoliti.*
a Illos ex hoſte raptos, illas Priami exuuias
b Ægiſthus ſup. ſup. verſ. 289.
c Secundæ menſæ.
d Poculo philoteſio, quo conuiuia claudere ſolebant, id eſt, ſub finẽ conuiuij interficietur.
e Heinſius legi vult, *Mortifera vinctum perfidæ tradet neci Induta veſtis. exitum manibus negat. Caputque laxi, &c.*
f Veſtis ἄπειρος, exitum capiti non præbens.
g Ægiſthus mollis & meticuloſus.
h Agamemnon.
i Inuoluentes, nec exitum habentes.

Diſicere, & hoſtem quærit implicitus ſuū.
k *Armat bipenni Tyndaris dextram fures.*
l *Qualiſque ad aras colla taurorum prius*
Deſignat oculis, antequàm ferro petat,
Sic huc & illuc impiam librat manum.
m *Habet. peractum eſt.* n *pendet exigua* n *malè*
Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor
Exundat, illinc ora cum fremitu iacent.
Nondum recedunt. ille iam exanimē petit,
Laceratque corpus. illa fodientem adiuuat.
Vterque tanto ſcelere reſpondet ſuis.
Hic eſt o *Thyeſte natus; hæc* p *Helenæ ſoror.*
Stat ecce Titan dubius a *emerito die,*
b *Suáne currat, an Thyeſtea via.*

k *Tyndaris illa bipenim incuſſam & fatuam dextrâ læuáque tenebat.* l Ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, &c. Agamemn. de ſe apud Homer. Odyſſ. λ. m Sc. vulnus, formula à ludo gladiatorio ſumpta, vbi ſi gladiatorū alter vulnus accepiſſet, acclamabat aduerſarius & ſpectatores: *Hoc habet.* n Non integrè & fortiter amputatū. o Perfido, adultero, liberorum ſuorum helluoni, inceſto. p Adulteræ, & crudelis, quæ Deiphobum maritum Menelao & hoſtibus dilaniandum prodidit. a Finito, ſump. a Metaph ab operariis, ſeruis, militibus. b Procedátne curſu ſuo, an facinus hoc abominatus retrocedat, vt in Thyeſtæâ cœnâ. *Thyeſt act. 4. & 5.*

ELECTRA.

Electra fratri ſuo Oreſti ſubducto fugam ſuadet.

FVge, c *ô paternæ mortis auxilium vnicum,*
Fuge, & ſceleſtas d *hoſtium euita manus.*
Euerſa domus eſt funditus, regna occidunt.
e *Quis iſte celeres concitus currus agit?*
Germane, vultus veſte f *furabor tuos.*
g *Quos, anime demens, refugis? externos fugis:*

c Paternæ mortis vlciſcendæ ſpes vnica. d Matris & Ægiſthi. e Conſpecto è longè ſtrophio meruit, pueri vnq; occulit. f Tegā, clepam, vid. Herc. Fu. verſ. 798. g Suum corripit metum, quòd

Domus timenda eſt. pone iam trepidos metus,
Oreſta. amici fida præſidia intuor.

STROPHIVS. ELECTRA. ORESTES, & PYLADES mutæ Perſonæ.

Electra fratrem Strophio opportunè occurrenti tradit abducendum; ipſa ad aram confugit.

St. h *Phocide relicta Strophius,* i *Elea inclytus*
Palma reuertor cauſa veniendi fuit,
Gratari k *amico, cuius impulſum manu*
Cecidit decenni Marte concuſſum Ilium.
Quænam iſta lacrymis lugubrem vultum rigat,
Pauétque mœſta? l *regium agnoſco genus.*
Electra, luct⁹ cauſa quæ m *læta in domo eſt?*
El. *Pater peremptus ſcelere materno iacet.*
n *Comes paterna quæritur natus neci.*
Ægiſthus o *arces Venere quæſitas tenet.*
St. O nulla longi temporis felicitas!
El. *Te per parentis memoriam obteſtor mei,*
Per ſceptra p *terris nota, per* q *dubios deos,*
Recipe hunc Oreſten, ac pium furtū occule.
Str. *Et ſi timendum caſus Agamemnon docet,*
Aggrediar, & te, Oreſta, r *furabor libens.*
a Poſcunt fidem ſecunda, at diuerſa b exigunt.
Cape hoc c *decorum ludicri certaminis*

peregrinū timeret, cùm ſui timendi potius eſſent. *Lipſ. hæc ad fratrem dici vult.*

h Erat autem Strophius Phocidis rex, Anaxibiæ ſororis Agamemnonis filius: & Pyladis pater.
i Curuli certamine victor in ludis Olympicis. vid. Herc. Fu. verſ. 839.
k Agamemnoni meo cognato.
l Filiam regis eſſe.
m Reuerſo Agamemnone.
n Oreſtes quæritur, vt interficiatur.
o Thyeſt. 453. & 640.
p Recenti victoriâ.
q Memor idem tibi poſſe contingere. r Occultam, auehani. Herc. Fu. verſ. 798. a Gratuitam. b Debitam. c Coronam oleaginam mihi in ludis Olympicis datam.

Inſignia

Inſigne frontis. læua [d] *victricem tenens*
[d] *Frondem, virenti protegat ramo caput.*
Et iſta donum palma [e] *Piſæi Iouis*
[f] *Velamen eadem præſtet, atque* [g] *omen tibi.*
Tuque ô, paternis aſsidens frenis comes,
Condiſce, Pylade, patris exemplo fidem.
Vos, [h] *Graciâ nunc teſte, veloces equi*
[i] *Infida curſu fugite præcipiti loca.*
El. [k] *Exceſsit, abiit, currus effreno impetu*
Effugit aciem. [l] *tuta iam operiar meos*
Hoſtes, & vltro vulneri opponam caput.
Adeſt cruenta coniugis victrix ſui,
Et ſigna cædis veſte maculatâ gerit,
Manus recenti ſanguine etiamnum madent,
Vultúſque præ ſe ſcelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras. patere me [m] *vittis tuis,*
Caſſandra, iungi, [n] *paria metuentem tibi.*

d Palmam mihi victori datam. e Olympici, vide Thyeſt. verſ. 122. f Ne agnoſcaris vel aduerſus Solis æſtũ. g victoriæ, vindictæ paternæ cædis. h Celebri ludorum conuentu approbati victores. i Mycenas, vbi vxor maritum interfecit. k E conſpectu. l Decuratâ de fratre curâ, poſtquàm Oreſtis conſuluerim vitæ, de meâ non ſolicita. m Supplicationibus tuis, quæ vittata vates confugiſti ad aras ſupplex. n Mortem.

CLYTAEMNESTRA. ELECTRA. ÆGISTHVS. CASSANDRA.

Electram ab ara detrahi, & in carcerem coniici iubet Clytæmneſtra. Caſſandra iugulatur.

Cl. *HOſtis* [o] *parentis, impium atque audax caput,*
Quo more [p] *cœtus publicos, virgo, petis?*

o Mei, matris tuæ. p Reſpicit ad veterẽ Græcorum morem, quorum virgines rarò in publicum prodib[a]n[t], necnon ad originationem τῆς παρθένου, παρὰ τὸ παρθένειν τῇ μητρί.

Q

Domus timenda eſt. pone iam trepidos metus,
Oreſta. amici fida præſidia intuor.

peregrinū timeret, cùm ſui timendi potius eſſent z ipſ. hæc ad fratrem dici vult.

STROPHIVS. ELECTRA. ORESTES, & PYLADES mutæ Perſonæ.

Electra fratrem Strophio opportunè occurrenti tradit abducendum, ipſa ad aram confugit.

St. h *PHocide relicta Strophius,* i *Elea inclytus*
Palma reuertor cauſa veniendi fuit,
Gratari k *amico, cuius impulſum manu*
Cecidit decenni Marte concuſſum Ilium.
Quænam iſta lacrymis lugubrem vultum rigat,
Pauétque mœſta? l *regium agnoſco genus.*
Electra, luctus cauſa quæ m *læta in domo eſt?*
El. *Pater peremptus ſcelere materno iacet.*
n *Comes paternæ quæritur natus neci.*
Ægiſthus o *arces Venere quæſitas tenet.*
St. O nulla longi temporis felicitas!
El. *Te per parentis memoriam obteſtor mei,*
Per ſceptra p *terris nota, per* q *dubios deos,*
Recipe hunc Oreſten, ac pium furtū occule.
Str. *Et ſi timendum caſus Agamemnon docet,*
Aggrediar, & te, Oreſta, r *furabor libens.*
a Poſcunt fidem ſecunda, at diuerſa b exigunt.
Cape hoc c *decorum ludicri certaminis*

h Erat autem Strophius Phocidis rex, Anaxibiæ ſororis Agamemnonis filius: & Pyladis pater.
i Curuli certamine victor in ludis Olympicis. vid. Herc. Fu. verſ. 839.
k Agamemnoni meo cognato.
l Filiam regis eſſe.
m Reuerſo Agamemnone.
n Oreſtes quæritur, vt interficiatur.
o Thyeſt. 453. & 640.
p Recenti victoriâ.

q Memor idem tibi poſſe contingere. r Occultam, aueham. Herc. Fu. verſ. 798. a Gratuitam. b Debitam. c Coronam oleaginam mihi in ludis Olympicis datam.

Inſigne

Inſigne frontis. laua d *victricem tenens*
d *Frondem, virenti protegat ramo caput.*
Et iſta donum palma e *Piſæi Iouis*
f *Velamen eadem præſtet, atque* g *omen tibi.*
Tuque ô, paternis aßidens frenis comes,
Condiſce, Pylade, patris exemplo fidem.
Vos, h *Græciâ nunc teſte, veloces equi*
i *Infida curſu fugite præcipiti* ː *loca.*
El. k *Exceßit, abiit, currus effreno impetu*
Effugit aciem. l *tuta iam operiar meos*
Hoſtes, & vltro vulneri opponam caput.
Adeſt cruenta coniugis victrix ſui,
Et ſigna cædis veſte maculatâ gerit,
Manus recenti ſanguine etiamnum madent,
Vultúſque præ ſe ſcelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras. patere me m *vittis tuis,*
Caſſandra, iungi, n *paria metuentem tibi.*

d Palmam mihi victori datam.
e Olympici, vide Thyeſt. verſ. 122.
f Ne agnoſcaris vel aduerſus Solis æſtû.
g victoriæ, vindictæ paternæ cædis.
h Celebri ludorum conuentu approbati victores.
i Mycenas, vbi vxor maritum interfecit.
k E conſpectu.
l Decuratâ de fratre curâ, poſtquàm Oreſtis conſuluerim vitæ, de meâ non ſolicita. m Supplicationibus tuis, quæ vittata vates confugiſti ad aras ſupplex. n Mortem.

CLYTAEMNESTRA. ELECTRA.
ÆGISTHVS. CASSANDRA.

Electram ab ara detrahi, & in carcerem coniici iubet Clytæmneſtra. Caſſandra iugulatur.

Cl. H*Oſtis* o *parentis, impium atque audax caput,*
Quo more p *cœtus publicos, virgo, petis?*

o Mei, matris tuæ.
p Reſpicit ad veterē Græcorum morem, quorum virgines rarò in publicum prodib n·, necnon ad originationem τῆς παρθένου, παρὰ τὸ παρθεῖναι τῇ μητρί.

Q

El. q *Adulterorum virgo deſerui domus.*
Cl. *Quis eſſe credat* r *virginem?* El. ſ *gnatam tuam.*
Cl. *Modeſtius cum matre.* El. t *pietatem doces.*
Cl. *Animos viriles corde tumefacto geris,*
Sed u *agere domita fœminam diſces* x *malo.*
El. *Ni fortè fallor,* a *fœminas ferrum decet.*
Cl. b *Et eſſe, demens, te parem nobis putas?*
El. *Nobis: quis iſte eſt alter Agamemnon tuus?*
Vt vidua loquere. c *vir caret vita tuus.*
Cly. d *Indomita poſt hac virginis verba impia*
Regina frangam. e *citiùs interea mihi*
Ediſſere vbi ſit gnatus, vbi frater tuus.
El. *Exiit Mycenas.* Cly. *redde nunc gnatum mihi,*
El. *Et tu* f *parentem redde.* Cly. *quo latitat loco?*
El. *Tuto; quietus, regna non metuens* g *noua:*
h *Iuſta parenti ſatis, at irata parum.*
Cly. *Morieris hodie.* El. *dummodo* i *hac moriar manu;*
Recedo ab aris. ſiue te iugulo iuuat
Merſiſſe ferrum; præbes iugulum volens.
Seu more pecudum colla reſecari placet;
Intenta ceruix vulnus exſpectat tuum.
Scelus peractum eſt: cæde reſperſam viri,

q Tui & Ægiſthi.
r Quæ talia loquaris.
ſ Imò quæ tua ſim filia, mulieris impudicæ.
t Emphaticè, tu impia. Al. leg. Eia, tandem doces.
u Gerere te fœminã i. modeſtiùs.
x Suplicio & cruciatu.
a Latenter illi exprobat bipennim quâ occiderat Agamemnona.
b An tu credis decere te eadem quæ nos?
c Cur verò *Nobis*? quaſi iam dignus ſit adulter ille Agamemnonis locum ſupplere?
d Obſtinatam tuam animi ferociam, quam maternum ius flectere non poteſt. ſceptrum, quare nus regina ſũ, franget.

e Alij leg. El. *mitius interea mihi. Tu vidua loquere, vir caret vita tuus.* Agamem. quem occidiſti. g Adulteri tuique. h Sufficiat hoc reſponſum matri amanti & piæ. i Tuâ, ſi poſt coniugem etiam filiam occidere ſuſtines; non pigebit eadem manu pe-

Atque obſoletam ſanguine k *hoc dextram ablue.*
Cly. *Conſors pericli pariter ac regni mei,*
Ægiſthe, l *gaudes? gnata genitricem impiè*
Probris laceßit, abditum frratrem occulit.
Æg. *Furibunda virgo vocis infandæ ſonum,*
Et m *aure verba indigna materna opprime.*
El. *Etiam monebit ſceleris infandi artifex,*
n *Per ſcelera nactus nomen ambiguum ſuis?*
Idem ſororis gnatus, & patris nepos?
Cly. *Ægiſthe, ceſſas impium ferro caput*
Demetere? fratrem reddat, o *aut animam ſtatim.*
Æg. *Abſtruſa* a *cæco carcere, &* a *ſaxo exigat*
Æuum, per omnes torta pœnarum modos
Referre, b *quem nunc occulit, forſan volet*
Inops, egens, incluſa, pædore obſita,
c *Vidua ante thalamos, exul, inuiſa omnibus,*
d *Æthere negato, ſerò ſuccumbet malis.*
El. *Concede mortem.* AEg. *ſi recuſares, darem.*
e Rudis eſt tyrannus, morte qui pœnam exigit.
El *Mortem aliquid vltra eſt?* Æg. f *vita: ſi cupias mori:*
Cly. *Abripite, famuli, monſtrum, & auectam procul*
Vltra Mycenas, vltimo in regni angulo
Vincite, ſeptam nocte tenebroſi ſpecus,
Vt inquietam virginem carcer domet.

rire, qua pa-ret.
k Mei, filiæ tuæ.
l Subriſer ât fortè Ægiſt per indignationem *vel etiã* quod taceret.
m Indigna, quę mater audiat.
n Quę neſcierent parentes; quo cognationis nomine vocarent; pater, filium ne an nepotem; mater, filium ne an fratrem ſup. verſ. 35.
o Aut animam reddat i. amittat.
a Carcere obſcuro & ſaxeo.
b Fratrem Oreſtem.
c Quam & hinc quod coniugali caruerit lecto & in virginitate conſenuerit, Ælian. 4. lib. hiſt. refert Ἠλέκτραν nominatã quæ prius Laodice fuiſſet dicta.
d Cœli aſpectu.

e Herc. Fu. verſ. 512 Med. verſ. 1056 f Οὐ γὸ θανεῖν ἔχθιςον. ἀλλ' ὅτῳ θανεῖν χρήζοι τις, ἔπειτα μηδὲ τοῦτ' ἔχῃ λαβεῖν.

At g *iſta pœnas capite perſoluat ſuo,*
Captiua coniux, regij pellex tori.
Trahite, ut ſequatur coniugem ereptum mihi.
Caſ. *Ne trahite, veſtros ipſa præcedam gradus:*
i *Perferre prima nuncium Phrygibus meis*
Propero; repletum k *ratibus euerſis mare;*
l *Captas Mycenas;* m *mille ductorem ducum,*
Ut paria fata Troïcis * *tulerit malis,*
Periſſe dono fœmina, ſtupro, dolo.
Nihil moramur. rapite, quin grates ago.
n *Iam iam iuuat vixiſſe, poſt Troiam iuuat.*
Cly. *Furibunda morere.* Caſ. o *veniet & vobis furor.*

g Caſſandra.
h Agamemnonis, cui pellex erat coniugis loco.
i E veterum opinione, qui animas hominum corpore ſolutas in Elyſiis ſuos agnoſcere, cumque iis ſermones ſerere credebãt.
k Græcorum in reditu naufragio.
l A tyranno adultero occupatas interfecto Agamemnone.

m Agamemn. * Al. luerit. n Priùs quidem tædebat me vitæ patriæ ſuperſtitis, iam verò iuuat me viuendo vidiſſe meorum vindictam. o & vates & morti vicina Caſſandra ominata prædicit illis vindictam & mortem ab Oreſte, qui matre cæſa & ipſe furere cœpit.

HERCVLES FVRENS.

DRAMATIS PERSONÆ.

IVNO. HERCVLES.

LYCVS. AMPHITRYON.

THESEVS CHORVS Thebanorum.

ARGVMENTVM.

Lycus à Creonte Herculis ſocero rege Thebano propter ſcelera in exilium miſſus, abſente iam Hercule apud inferos, vt inde Euryſthei iuſſu peteret Cerberum (vbi & Theſeum in vinculis detentum, qui cum Pirithoo deſcenderat ad rapiendam Proſerpinam, liberauit) occaſionem oblatam arripit, & per ſeditionem Creonte cum duobus filiis cæſo, regnum Thebanum occupat, Magaram Herculis vxorem ad nuptias ſollicitat, abnuenti vim parat. Opportunè reuerſus Hercules Lycum cæteróſque illius factionis interficit. Hæc tam feliciter geſta Iuno non ferens, immittit illi furorem, quo correptus vxorem ſuam cum liberis interficit. Quod vbi ad ſe reuerſus intellexit, doloris impatientiâ vix Amphitryonis atque Theſei precibus detentus, ne ſibi mortem inferret, cum Theſeo Athenas purgandus proficiſcitur.

ACTVS PRIMVS.

IVNO ſola.

Iuno ob Iouis furta. pellices, nothos, Herculem autem maximè ſtomachatur. cui ab inferis reuerſo furioſam machinatur perniciem.

a *SOror Tonantis (hoc enim ſolum mihi*
Nomen relictum eſt) ſemper alienum Iouem,
Ac templa ſummi vidua deſerui ætheris:
Locúmque cœlo b *pulſa,* b *pellicibus dedi.*
Tellus colenda eſt: pellices cœlum tenent.
Hinc, c *Arctos altâ parte glacialis poli*
d *Sublime claſſes* e *ſidus* e *Argolicas agit;*
f *Hinc,* g *qua tepenti vere laxatur dies,*
Tyriæ per vndas h *vector Europæ* i *nitet;*
k *Illinc,* l *timendum ratibus ac ponto gregem*
m *Paſſim vagantes exerunt* n *Atlántides.*

a *Si ſum regina Iouiſque, Et ſoror & coniux, certè ſoror.*

b Notationem pellicis innuit à pelliciendo vel pellendo, quod ἀπὸ Μαχὴ rectiùs.

c Caliſto Lycaonis filia à Ioue compreſſa, à Iunone in ἄρκτον i. vrſam mutata, mox à Ioue vnà cum filio Arcade in cœlum relata, alterum ſidus Helice, alterum Cynoſura vocatur d Quo ad nos, quibus ab Æquinoctiali Septentrionem verſus ſitis *Hic vertex ſemper ſublimis*. e Helice, quam Græci primum obſeruabant, vt Sidonij Cynoſuram, *Helicem Graia carina notat*. vide quæ vt verſ. 696. Medeæ. f Ab Auſtrali parte in ipſo Zodiaco g Qua dies elongatur & aperitur oriente Tauro xx die Aprilis. h Taurus ſecundum Zodiaci ſignum, quem poetæ fabulantur Taurum eum fuiſſe, qui Europam à Phœnice tranſuexit in Cretam cuius opere Iupiter eam illi gratiam retulit vt inter ſydera illum collocarit. i In ſidus conuerſus fulget. k A parte Orientali. l Propter tempeſtantes quas ortæ denuntiant.
m Quo ad noſtrum aſpectum, fixæ tamen ſunt. n Pleiades vij. ſtellæ. inter os Tauri & Caudam Arietis ſitæ, Atlantis ex Pleione filiæ, quarum tres Electrum, Maïam, Taygetem Iupiter compreſſit.

* *Fera comâ hinc exterret* o *Orion deos:*
Suáſque Perſeus p *aureas ſtellas habet.*
Hinç q *clara gemini ſigna* q *Tyndaridæ micant:*
r *Quibuſque natis mobilis tellus ſtetit.*
Nec ipſe tantum Bacchus, aut n *Bacchi parens.*
Adiere ſuperos: ne qua pars probro vacet,
o *Mundus puellæ ſerta Cnoſſiaca gerit.*
Sed vetera querimur: vna me p *dira ac fera*
Thebana q *nuribus* q *ſparſa tellus* q *impiis,*
r *Quoties nouercam fecit? aſcendat licet,*
Meumque victrix teneat Alcmene locum,
Paritérque natus aſtra ſ *promiſſa occupet,*
* *In cuius ortu mundus* * *impendit diem,*
t *Tardúſque Eoo Phœbus effulſit* t *mari,*
Retinere merſum iuſſus t *Oceano iubar.*
Non ſic abibunt odia; u *viuaces aget.*

* Quia caput eius appareret ferū & terribile, & quãdo dominatur in cœlo, nubes adducuntur, & alia corpora cœleſtia teguntur. Alleg. *Ferro minax hinc terret*, eò quòd fulgẽti è ſtellis ferro Pleiadas inſequi videtur.

o E Iouis, Neptuni, & Mercurij vrina natus. quod zelotypam deam male vrit.

p xxvj. pulchras, ſplendidas, vtpote quem Iupiter in aureum imbrem conuerſus è Danae genuit. q *Lucida ſidera.* Caſtor & Pollux, Iouis ex Leda Tyndari vxore filij. *eſt autem Anachroniſmos ceu Prolepſis, necdum n. Tyndaridæ mortui erant.* r Appollo & Diana, quos Pythona ſerpentem fugiens Latona enixa eſt in Delo inſulâ priùs erraticâ & fluctibus agitatâ, tum verò primùm firmatâ, & *Mycone celſa Gyaróque reuinctâ.* n Semele, quæ & in cœlum relata traditur. o Cœlum cepit in numerum ſiderum coronam Ariadnes coniugis Bacchi, & filiæ Minois regis Cretæ in qua Cnoſſus vrbs regia. p. Reſpicit fab. de anguinis dentibus à Cadmo ſeminatis infrà verſ. 259. q Mulieribus impiis ſeu pellices Iouis ſeu Bacchas notet. r Tanquam priuignos mihi eff undant pellices: Zethum & Amphiona Antiopa, Bacchum Semele: Herculem Alcmena. ſ A Ioue, infra verſ. 958. & à Virtute in ſolitudine.

* Ad cuius πολυάθλου θεοῦ & τριεσπέρου λέοντος generationem continuatæ ſunt duæ noctes adiecto die intermedio.

* Al. impendit. t Et ſol à Ioue iuſſus per duplum ſpatium vacare, poſt geminam noctem exortus eſt è mari Orientali, ſecundum opinionem vulgarem. *vel*, ſuprà Horizontem, pro quo mare vſurpant poëtæ. u *Memores; graues. & inexſaturabile pectus,*

Violentus iras animus, & ſæuus dolor
Æterna bella pace ſublatâ geret.
x *Quid bella? quidquid horridum tellus creat*
Inimica; quicquid pontus aut aër tulit
Terribile, dirum, peſtilens, atrox, ferum;
Fractum atque domitum eſt; ſuperat & creſcit malis;
y *Iráque noſtrâ fruitur: & in laudes ſuas*
Mea vertit odia. dum nimis ſæua z *impero,*
a *Patrem probauit. inde,* b *qua luce premit,*
Aperitq; b *Tethys,* c *qua ferens Titan diē*
Binos propinqua tingit Æthiopas face,
Indomita virtus colitur; & toto Deus
Narratur orbe. monſtra iam deſunt mihi;
Minórque labor eſt Herculi, iuſſa exequi,
Quàm mihi iubere. lætus imperia excipit.
Quæ fera d *tyranni iuſſa violento queant*
Nocere iuueni? nempe pro telis gerit,
e *Quæ timuit, & quæ fudit: armatus venit*
f *Leonē & Hydra. nec ſatis terræ patent:*
Effregit, ecce lumen g *inferni Iouis.*

x *Epanorthoſis indignationis plena.* ſed quid ego bella loquor, poſtquàm mōſtra, terreſtria, *taurum*, *ſcorpion*, *gigantes*: aquatilia, *cancrum*, *Hydram*, &c. aëria, *Stymphalidas* debellaui?

y Verè Hercules, vt qui ex odio τῆς ἔχθρας κλέος aſſequatur.

z. Per Eurystheum Mycenarum regem, qui me dictante Herculem ad difficillima quæque obeunda adigit, inf. verſ. 829.

a Virtute ſuâ & victoriis probauit ſe verè natum Iouis. *Ioſ tamen Scal. ex veteribus libris reſtituit, legitque, Patrem probauit: gloriæ feci locum: Quà ſol relucens, quaque repromens diem, Binos, &c.*

b Suprà verſ. 25 1. ab ortu ad occaſum, vbi Columnæ Herc. Calpe & Abyla. c Qua ſol oriens calore vicino colorat Æthiopas ab orientali fl. Tigris parte Ægyptum Arabámque, ab occidentali mare Atlanticum ſpectantes Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος. οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

d Euryſthei ſupra verſ 35. e. Quæ in primo congreſſu etiam timere potuit: aggreſſus verò deuicit à natura, non à conſilio & ratione. ἐ συγκατατίθεται. Etiam nôrit fortis quæ timere debeat. vid. Med. verſ. 160. & 166.

f Nemeæi leonis pelle, & ſagittis felle & ſanguine Lerneæ Hydræ tinctis. g Plutonis.

Et h *opima victi regis ad ſuperos refert.*
Parum eſt reuerti : i *fœdus vmbrarũ perit.*
Vidi ipſa, vidi nocte diſcuſſâ inferûm,
Et Dite domito, h *ſpolia iactantem patri*
i *Fraterna. Cur non vinctum & oppreſſum trahit*
k *Ipſum catenis paria ſortitum Ioui?*
Erebóque capto potitur, & retegit Styga?
l *Patefacta ab imis Manibus retro via eſt,*
Et m *ſacra dira mortis in aperto iacent.*
At ille rupto carcere Vmbrarum, ferox
De me triumphat, & ſuperbifica manu
Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.
Viſo labantem Cerbero vidi diem,
Pauidúmq; ſolem: me quoq; inuaſit tremor:
Et * *tetra monſtri colla deuicti intuens,*
Timui imperaſſe. leuia ſed nimiùm queror,
Cælo timẽdum eſt; regna ne ſumma occupet,
Qui vicit ima. ſceptra præripiet patri,
Nec in aſtra a *lenta veniet, vt Bacchus, via:*
Iter ruina quæret, & b *vacuo volet*
Regnare mundo. c *Robore expenſo tumet*
Et poſſe cœlum viribus vinci ſuis
Didicit ferendo ſubdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis immenſæ labor,
Mediúſque collo ſedit Herculeo polus.
Immota ceruix ſidera & cœlum tulit,
Et d *me prementem. quærit ad ſuperos viã.*

h Spolia opima ipſi Diti erepta, Cerberum ſcilicet tricipitẽ, Plutonis inſigne, vt fulmen triſulcum Iouis, Neptuni tridentem.

i Dum Herc. viuus adhuc, Tartara, quæ Plutoni ſortitioni contigerant, penetrat, atq; inde Cerberum in ſuperas auras trahit.

k Pluton.

l Reditus ab inferis contra ſortitionis fœdus iam viuis patefactus eſt.

m Sacra illa & arcana vmbrarum cuſtodia (Cerbero ab Hercule ſublato) in aperto eſt, & peruia deſcendere atque remigrare volentibus. * Al. leg. *torua monſtri colla*, Tricipitem canem Cerb. a Quietâ, vel morte expectatâ.

b Expulſis cœlo cæteris diis.

c Viribus ſuis (quas expendit expertúſque eſt, dum Atlantis loco humeris cœlum ſuſtinere) fretus confiſuſque, etiam occupare cœlum tentabit.

d Emphaticè.

Perge ira, perge, & magna meditantem opprime.
Congredere, manus ipſam iam lacera tuis:
Quid [f] *tanta mandas odia? diſcedant fera.*
Ipſe imperando feſſus Euriſtheus vacet.
Titanas auſos rumpere imperium Iouis
Emitte. [g] *Siculi verticis laxa ſpecum.*
Tellus gigante [h] *Doris excuſſo tremens,*
Suppoſita [i] *monſtri colla terrifici leuet.*
Sublimis alias [k] *Luna concipiat feras.*
Sed vicit iſta. quæris Alcidæ parem?
Nemo eſt, niſi ipſe, [l] *bella iam ſecum gerat.*
Adſint ab imo Tartari fundo excitæ
[m] *Eumenides: ignem flammea ſpargant comæ;*
Viperea ſæua verbera incutiant manus.
[n] *I nunc, ſuperbe cælitum ſedes pete,*
Humana temne. iam Styga & manes, ferox,
Fugiſſe credis? [o] *hic tibi oſtendam inferos.*
Reuocabo in altâ conditam caligine
Vltra [a] *nocentum exilia* [b] *Diſcordẽ deam,*
Quam munit ingens montis oppoſiti ſpecus.
Educam & imo Ditis è regno extraham
Quidquid relictum eſt. veniat inuiſum Scelus.
Suúmque lambens ſanguinem Impietas ferox,

e Se Iuno ade iras excitat.
f Magis oppoſitè Heinſius legit *lenta mandas odia* q. d. leuia hæc & lenta odia ſũt quæ per Euryſtheũ mandas: quin Herculi cœlum affectanti Titanas gigantes idem auſos oppoſnis.
g Solue gigantem Enceladũ, cui fulmine icto iniectam Ætnam Siciliæ montem.
h *Sicula*. in Siciliam. n. frequentes colonias miſerunt Græci, & in his maximè Dores.
i *Et feſſum quoties motat latus, intremere omnẽ Murmure Trinacriam.*
k è luna n. decidiſſe credebatur leo Nemeæus idque ex opinione Pythagoræorum, qui in orbe Lunæ reperiri conſebant, quæcunque apud nos ſunt. l Ipſe furore percitus ſibi & ſuis vim paret. m Furię ardenti face ac ſerpentibus armatę Herculem in furorem vertant. n Inſultat ei Iuno pręſcia, quaſi peractâ iam re. o In terris ego tibi grauiora oſtendam, quàm quę apud inferos vidiſti. a Loca ſupplicij ſceleratorum. b Męgeram comitatam ſcelere, impietate, errore, furore.

Errorque, & in ſe ſemper armatus Furor,
Hoc, hoc miniſtro noſter vtatur dolor.
Incipite c *famulæ Ditis; ardentem incitè*
Concutite d *pinum: &* e *agmen horrendum anguibus*
Megæra ducat; atque luctificâ manu
Vaſtam rogo flagrante corripiat trabem.
Hoc agite. pœnas petite violatæ Stygis:
f *Concutite pectus;* g *acrior mentem excoquat,*
Quàm qui caminis ignis Ætnæis furit.
Vt poßit animo captus Alcides agi,
Magno furore percitus, h *nobis priùs*
Inſaniendum eſt i *Iuno, cur nondum furis?*
k *Me me, ſorores, mente deiectam meâ*
Verſate primam, facere ſi quidquam apparo
Dignum l *nouercâ.* m *Iam odia mutentur mea.*
Natos reuerſus videat incolumes, precor,
Manúque fortis redeat Inueni diem
Inuiſa quo nos Herculis virtus iuuet:
n *Me pariter & ſe vincat;* o *& cupiat mori*
Ab inferis reuerſus, hic proſit mihi.
p *Ioue eſſe genitum.* q *ſtabo, & vt certo exeant*
Emiſſa neruo tela, librabo manum:
Regam furentis arma. pugnanti Herculi
Tandem fauebo. ſcelere perfecto, licet

c Furiæ, vltrices deæ. d Facem. *Excutiens pronam flagrãti vertice pinum.* e Sorores ὀφιοπλοκάμους, Tiſiphonem & Alecto. verſ. 75. Thyeſt. f *Mille nocendi artes fæcundum concute pectus* i: & de Herculis pectore intelligi poteſt: ſed prius magis placet. g Violẽtior furoris ignis mẽtes veſtras exagitet, quàm qui Ætnæis cauernis & fornacibus furit, quò maiori impetu in Herculẽ feramini. h Alij leg. *vobis* i Cur non & ipſa furo? k Heinſius, ex lib. mſ. Villerij legit. *In me ſorores mente deiectâ meâ Primam facem verſate, ſi quicquam, &c* l Odio nouercali. m In tempus illi fauebo, quo grauiùs noceam furens. n Sibi & ſuis hoc erit pernicioſior. n Hic quidem facile me ab eo vinci patiar, dum modo ſe vincat ſuos interficiens. o Et qui mortem apud inferos euaſit, iam præ doloris acerbitate mortẽ optet, cùm ad ſe redierit, & vxorem filióſque à ſe furente occiſos fuiſſe viderit p Vt heros fortis ſit, omniaque ſternẽs obuia, & ſuos perdat. q Propoſito huic pertinaciter inſiſtam. *vel*, illi adſiſtã dirigám.

Admittat a *illas genitor in cælum manus,*
Mouenda b *iam ſunt bella; clareſcit dies.*
Ortúque Titan lucidus croceo ſubit.

que tela, ne errent. a Tam nefario ſcelere pollutas, *Sarcaſmus.* b Feſtinandum, & inſtanti auroræ cedendum eſt. vid. quæ ad verſ. 119. Thyeſt.

CHORVS THEBANORVM.

Chorus è Thebanis à deſcriptione ortus diei, magnatum curas ſtudiáque damnans, Herculem audaciæ in laboribus ſubeundis taxat, vitæ denique humilis laudat tranquillitatem, optatq́;.

I*am rara micant ſidera* c *prono*
d *Languida* c *mundo: nox victa* c *vages*
Contrahit ignes: luce renatâ
f *Cogit nitidum Phoſphoros agmen:*
Signum g *celſi glaciale poli*
Septem Stellis h *Arcades Vrſæ*
Lucem verſo temone vocant:
Iam i *cæruleis euectus equis*
k *Titan ſummum proſpicit Oetæ:*
Iam l *Cadmeis inclyta baccis*
Aſperſa die dumeta rubent:
m *Phœbique fugit reditura* m *ſoror.*
Labor exoritur durus, & omnes
Agitat curas, aperitque domos.

c In occidẽte cœli ſeu hemiſphærij parte. d A ſolis vicinitate. e Errãtes planetas, *vel generaliter*, omnes ſtellas, quę igneæ credunduntur eſſe naturæ. f *Diffugiant ſtellæ, quarum agmina cogit Lucifer.* g Arctici, qui nobis ſemper ſublimis-ſuprà verſ. 6.

h Sidera illa Borealia, in quæ verſi Caliſto & Arcas, plauſtro ſeptentrionali verſo, velut in metâ ceu confectâ viâ & decurſo ſpatio diem euocant. i Quos lauiſſe creditur cæruleo Oceano vide ſupra verſ. 25. k Oriri ſol videtur ex altiſſimis montibus. eſt autem Oeta mons in finibus Theſſaliæ. l Baccis lauri ſylueſtris, vel quibuſnis aliis in Bacchi nemore. alij leg. *Bacchis* q. d. Dumeta Baccharum Orgiis famoſa die aſperſa rubent. Quid ſi vuas intelligamus, vitium baccas: quarum inuentor fuit Bacchus Thebis à Cadmo conditis natus? m Luna.

Paſtor gelidâ cana pruina
n *Grege dimiſſo pabula carpit.*
Ludit prato liber aperto
Nondum rupta fronte iuuencus.
o *Vacuæ reparant vbera* o *matres.*
Errat curſu leuis incerto
Mollis petulans bædus in herba.
Pendet ſummo ſtridula ramo,
Pennáſque a *nouo tradere ſoli*
Geſtit querulos inter b *nidos*
c *Thracia pellex; turbáque circùm*
Confuſa ſonat, murmure miſto
Teſtata diem. Carbaſa ventis
Credit dubius nauita vitæ,
Laxos aura complente ſinus.
Hic exeſis pendens ſcopulis,
Aut e *deceptos inſtruit hamos;*
Aut ſuſpenſus ſpectat f *preſſa*
g *Præmia dextra. ſentit* h *tremulum*
Linea piſcem.
i *Hæc, innocuæ quibus eſt vitæ*
Tranquilla quies, & læta ſuo
Paruoque domus, ſpes & in agris
k *Turbine magno ſpes ſollicitæ*
Vrbibus errant, trepidique metus.
l *Ille ſuperbos aditus regum,*
Duráſque fores, expers ſomni
Colit: m *hic nullo fine beatus*
Componit opes, gazis inhians,

n Dimittit gregem qui carpat pabula.
o Vaccæ, oues, capellæ lacte euacuatæ.
a Recēs exorto.
b Pullos, *Metonym.*
c Luſcinia, in quam mutata eſt Philomela violata à Tereo Thracum rege & marito Prognes ſororis ipſi Philomelæ.
d Turba auicularū aliarū miſta, &c. teſtatur diem adeſſe.
e Eſcā reparat hamis, priori à piſcib. ereptâ.
f Pōdere capti piſcis depreſſa.
g Piſces captos.
h Ex arundine appenſum.
i Hæc ſ. agunt ii quibus, &c. In vrbibus verò, &c.

k Magno cum tumultu. Hic incipit Chorus in melioribus exemplaribus, omiſſis verſiculis antecedentibus. Alij libri hunc Chorum partiuntur in duos; & hic annotatur, SECVNDVS CHORVS.
l Patroni (qui & Rex vocatur) veſtibulum cliens ſummo manè colit, vt eum ſalutet, cœnam hinc vel ſportulam emeriturus.
m Auarus, nec fine quærendi ſibi præſtituto, nec vſu beatus.

Et n *congeſto pauper in auro eſt.*
o *Illum populi fauor attonitum,*
Fluctuque magis mobile vulgus
Aura timidum tollit inani.
p *Hic clamoſi rabioſa fori*
Iurgia vendens improbus, iras
Et verba locat. a nouit paucos
Secura quies, b qui velocis
Memores æui, tempora nunquam
Reditura tenent. dum fata ſinunt,
Viuite læti. properat curſu
Vita citato, volucrique die
c Rota præcipitis vertitur c anni.
d Duræ peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis, incerta ſui:
Stygias vltrò quærimus vndas.
Nimium, Alcide, pectore forti
Properas mœſtos viſere Manes.
Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli e iuſſo ceſſare licet.
Nulli ſcriptum proferre diem.
Recipit populos f vrna citatos.
Alium multis gloria terris
Tradat, & omnes fama per vrbes
Garrula laudet, cœlóque parem
Tollat & aſtris: alius g *curru*
Sublimis eat: me mea tellus
Lare ſecreto tutóque tegat

h *Quærit, & inuētis miſer abſtinet, & temet vti.* o Ambitioſū. p Cauſidicus, rabula, quas ſimulat iras, & verba precio venalia exponit. a *hypallage* pauci ſecurā quietem norunt. b Qui memores quàm velox ſit tēpus, vtuntur bono illo irreparabili. c Rota, vt & ſerpēs caudam vorans Hieroglyphicè annū deſignat. *namque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.* qui & à circuitu tēporis dictus, veteres. n. *an* pro *circum* dicebāt, quod & in cōpoſitis apparet hinc & *annulus* diminutiuum. d Parcæ quidē, duræ ſatis, vitæ noſtræ ſtamina abſoluunt, nos tamen miſeri homines præpropera manu illa incidimus noſtrâ freti audaciâ· ita tu ô Hercules. e Præſtitutum. f Qua cineres cōbuſtorum conduntur. *vel.* potius vrna iudicum infernorū *Quæſitor Minos vrnam mouet.* è qua *ſerius ocius Sors exitura, & in æternum Exilium impoſitura eſt cymbæ,* vide infra verſ. 780. g Triumphali,

Venit ad pigros cana ſenectus;
Humilique loco; ſed h *certa ſedet*
Sordida parua fortuna domus:
a Altè virtus animoſa cadit.
b *Sed mœſta venit crine ſoluto*
Megara, paruum comitata gregem:
Tarduſque ſenio graditur Alcidæ parens.

h Ex βελῶν tuta,& poſita extra pericula.
a Supernè, ex alto ſuam virtus animoſa habet ruinam.
b Sed Megara Herculis vxor crinibus ſolutis fœmineo mærens vlulatu procedit. Amphitryon ſenio degrauatus.

ACTVS SECVNDVS.

MEGARA.

Megara abſentiam Herculis deflet enumeratis ipſius ærumnis. Lyci vim & inſolentiam conqueritur.

O Magne Olympi rector, & mundi arbiter,
Iam ſtatue tandem grauibus ærumnis modum,
Finémque cladi nulla lux vnquam mihi
Secura fulſit. finis alterius mali
Gradus eſt futuri. c *protinus reduci nouus*
Paratur hoſtis ante quàm lætam domum
*Contingat, aliud iuſſus ad bellum * meat.*
Nec vlla requies, tempus aut vllum datur,
Niſi dum iubetur: ſequitur d *à primo ſtatim*
Ieſeſta Iuno, nunquid immunis fuit
Infantis ætas? monſtra ſuperauit prius,

c Herculi redeunti noua ſẽper ab Euryſtheo obiiciũtur monſtra.
* *P. Scriuerius* leg. exeat & hęc lectio ferri queat, eâ pronuntiatione, quâ & occurret infrà verſ. 526. *Euryſtheus facili regnet in otio, &c.*
d *Ita legit Lipſius*, i à vitæ principio. *alij* apprimè i. principaliter infeſta: Nullum, inquit, periculum adire iubetur, quin ecce tibi aduerſariam, & quidem peruicaciſſimam, Iunonem: Iunonem dico, quæ ne infantem quidem odij ſui habuit immunem.

Quàm noſſe poſſet. e *gemina criſtati caput*
Angues ferebant ora, quos contra obuias
Reptauit infans, igneos ſerpentium
*Oculos remiſſo * pectore ac placido intuens,*
Arctos ſerenis vultibus nodos tulit;
Et tumida tenera guttura elidens manu,
f *Præluſit Hydræ.* g *Mænali pernix fera,*
Multo decorum præferens auro caput,
Deprenſa curſu eſt. maximus h *Nemeæ timor*
Gemuit lacertis preſſus Herculeis leo.
Quid a *ſtabula memorē dira Biſtonij gregis,*
b *Suiſque regem pabulum armentis datum?*
Solitúmq; denſis hiſpidum Erymanthi iugis
Arcadica quatere nemora Mænalium ſuē?
Taurúmq; c *centū non leuē populis metū?*
d *Inter remotos gentis Heſperiæ greges*
Paſtor triformis littoris Tarteſſij
Peremptus, acta eſt præda ab occaſu vltimo.
Notum Cythæron pauit Oceano pecus.
Penetrare iuſſus ſolis æſtiui plagas,
Et aduſta medius regna quæ torret dies,
e *Vtrinque monteis ſoluit abrupto obice,*

e Iam in cunis ſerpētes duos à Iunone immiſſos vultu interritus & cum riſu eliſit.

* Lipſij codex pro pectore habet lumine: in vno è M.S. additur vultu.

f Præludium & ſpecimen dedit futuræ pugnæ & victoriæ in Hydram. Al. proluſit iræ .i. initium fecit iræ, quia primùm incœpit iraſci.

g Cerua æripes & χρυσόκερως, quam curſu comprehendit in Mænalo monte Arcadiæ.

h Leo in Nemeâ ſylua Peloponneſi, inter Cleonas & Phliuntem, maximus illius regionis incolis terror, quem Hercules interfecit. a Equos humanis carnibus paſtos, à Diomede Thraciæ rege. Biſtonis autem ſtagnum & regio Thraciæ.

b Æqua veteribus viſa eſt talionis pœna, εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, è lege Rhadamanthi. ita Theſeus Sinin tortis pinubus diſcerpſit, Scirona è rupe præcipitauit, Procruſten ad ſui lecti modulum extendit.

c Cretæ I. 817. Agam.

d Gerionem tricorporem Hiſpaniæ regem interemit, eiuſq; armenta à Tarteſſo Hiſpaniæ Bœoticæ oppido maritimo abegit in Bœotiam, in qua mons Cithæron.

e Fingitur Hercul. collibus inter Abylan & Calpen diremptis intromiſiſſe Oceanum, qui Mediterraneus dicitur.

Et iam

Et iam ruenti fecit Oceano viam.
Poſt hæc, adortus [f] *nemoris opulenti domos,*
[g] *Aurifera vigilis ſpolia ſerpentis tulit.*
Quid ſæua [h] *Lernæ monſtra, numeroſum malum,*
Non igne demum vicit, & docuit mori?
Solitáſque pinnis condere obductis diem
Petiit ab ipſis nubibus [i] *Stymphalidas?*
Non vicit illum cælibis ſemper tori
[k] *Regina gentis vidua Thermodontiæ:*
[l] *Nec ad omne clarum facinus audaces manus*
Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.
Quid iſta proſunt? orbe defenſo [m] *caret.*
[n] *Senſere terræ pacis autorem ſuæ*
Abeſſe terris. [o] proſperum ac felix ſcelus,
Virtus vocatur. ſontibus parent boni.
Ius eſt in armis, opprimit leges timor.
Ante ora vidi noſtra, truculenta manu
[a] *Gnatos paterni cadere regni vindices,*
Ipſámque Cadmi nobilis ſtirpem vltimam
Occidere, vidi [b] *regium capitis decus*
Cum capite raptum, quis ſatis Thebas fleat?
[c] *Ferax deorum terra* [d] *quem dominum tremit?*

f Hortorũ Heſperidum, quorum cuſtos pręter tres Atlantis filias erat vigil draco.

g Aurea, Medica, citrea mala, εὔοσμα, ἀλλ' ἄϐρωτα, inquit ille apud Athen. 3. l. 7. c *aliis*, pecora natiuo rutilo colore inſignia, cum μῆλα hæc & illa denotent.

h Hydram & cancrum *vel* ſolam Excetram quam propter amputata capita repullulantia vocat monſtra. *Vt &* numeroſum malum.

i Aues à Stymphalo Arcadiæ palude dictas, quas ęrei crotali crepitu fugauit.

k Hippolyte regina Amazonum iuxta Thermodonta fl. Cappadociæ incolentiũ. l Nec dedignatus eſt Augię regis Elidis cubile in quo 3000. boum ſtabulaſſent, nec per 30. annos expurgatum fuiſſet, purgare, immiſſo fl. Peneo vel Alpheo. m Demiſſus ipſe ad inferos. n Quia illo abſente Lycus interfecto Creonte & liberis regnum occupauit. o Vide verſ. 338. infra. a Filios Creontis patris mei, aſſertores regni paterni, &c. Vltimos ſtirpis Cadmi b Diadema cum ipſo Creontis capite ablatum. c Quæ Bacchum, Palæmona, Leucotheam, tot deos peperit. d Quàm ignauum, vilem, improbum? ſcilicet exulem.

E cuius armis, éque fecundo ſinu
e *Stricto iuuentus orta cum ferro ſtetit;*
Cuiuſque muros natus f *Amphion Ioue*
Struxit, canoro ſaxa modulatu trahens;
In cuius vrbem g *non ſemel diuûm parens*
Cælo relicto venit, hac h *quæ cælites*
Recepit, & quæ fecit, & (fas ſit loqui)
i *Fortaſſe faciet,* k *ſordido premitur iugo.*
l *Cadmea proles,* m *ciuitáſque Amphionis*
Quò decidiſtis? n *tremitis ignauum exulē*
Suis carentem, finibus, noſtris grauem?
o *Qui ſcelera terra, quique perſequitur mari,*
Ac ſæua iuſta ſceptra confregit manu,
Nunc ſeruit abſens fertque quæ ferri vetat:
Tenetque Thebas exul Herculeas Lycus.
Sed non tenebit. aderit, & pœnas petet,
Subitúſque ad aſtra p *emerget: inueniet viam,*
Aut faciet. Adſis, ſoſpes & remees tuis:
Tandémque venias victor ad victam domum.
Emerge coniux, atque depulſas manu
Abrumpe tenebras: vlla ſi vetita eſt via,
Itérque clauſum eſt, q *orbe diducto redi;*
Et quidquid atrâ nocte poſſeſſum latet,
Emitte tecum. r *dirutis qualis iugis*

e Ex dentibus ſerpentis à Cadmo interfecti ſeminatis nati ſunt homines armati, qui mutuis vulneribus perierunt.
f Iouis ex Antiope filius, lyræ à Mercurio acceptæ modulatu ſaxa ad extruendas Thebas traxit.
g Venit n. ad Semelen, Antiopan, Alcmenam.
h Quæ in deorum numerum retulit Bacchũ Semelen, Dircen, &c. ſup. verſ. 258.
i Hoc dicit propter Herculem indigetem cœlo deſtinatum.
k Hæc vrbs ſordidi hominis tyrannide opprimitur.
l Thebana, à Cadmo conditore. m Multi libri leg. *atque Ophioniuſcinis*: quia è ſerpentis dente nata eſt gens Thebarum conditrix. vid. verſ. 259. Al. legunt *Cinis atque Ophionius*. Ego ſolius P. Scriuerij iudicio & authoritate fretus lego: Ciuitáſque Amphionis: de quo vide notam f. ſup. o Cum tremore paretis ignauo Lyco. p Herc. interea, qui aliis ſceleſtam vim prohibet, abſens ſeruitutem & tyrannidem in ſuis fertq Ab inferis quos in cẽtro terræ credebant. a Diruptâ terra. r Vt quondã diuulſis Oſsâ & Olympo exitum dediſti Peneo fl. in mare, atque aperuiſti Tẽpe amœ-

Præceps citato flumini quærens iter,
Quondam dediſti; ſciſſa cùm vaſto impetu
Patuere Tempe. pectore impulſus tuo
a *Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggere*
Nouâ cucurrit b *Theſſalus torrens viâ.*
Talis parentes, liberos, patrium petens,
Erumpe, c *rerum terminos tecum efferens:*
Et quidquid auida tot per annorum gradus
Abſcondit ætas, redde; & d *oblitos ſui,*
e *Luciſque pauidos ante te populos age.*
Indigna te ſunt ſpolia, ſi tantum refers,
f *Quantum imperatum eſt. magna ſi nimiùm loquor,*
Ignara noſtræ ſortis, adde illum mihi,
Quo te tuamque dexteram amplectar, diem;
Reditúſque lentos, nec mei memores querar.
g *Tibi, ô deorum ductor, indomiti ferent*
Centena tauri colla: h *tibi frugum potens,*
* *Secreta reddam ſacra: tibi* i *multâ fide*
Longas, k *Eleuſi, tacita iactabo* l *faces.*
m *Tum reſtitutas fratribus rebor meis*
Animas, & ipſum regna moderantem ſua
Florere patrem. n *ſi qua te maior tenet*
Clauſum poteſtas; ſequimur, aut omnes tuos

niſſima Theſſaliæ loca. a Mons priùs contiguus diuiſus eſt in duos, Oſſã & Olympum. b Peneus. c Cerberũ tricipitem. i. mortẽ, cuius genetatria: naturale, violentum, fortuitum. d Mortuos, qui epotâ Lethe, quæcunque in viuis fecerant, obliti ſunt. e Lucem non ferentes, tenebris aſſuetos. f Cerberum, iuſſu Euryſthei. g Voueo tibi, ô Iupiter, Hecatomben. negat tamen Seruius Ioui taurũ immolari. abſque piaculo aut malo omine. quod &in hoc voto locum habet, propter furorem Herculis, & necẽ Megaræ & liberorum. *Med* 60. h Tibi, ô Ceres, ſacra ſoluam. * Myſtica, quæ non niſi initiatis reuelanda ſunt, quòd Ceres tacitè vſa eſt conſiliis dum Proſerpinam quæreret. i Abſtinẽdo à venereis, vino, malis Punicis; alba veſte induta, cincta quernâ coronâ ceu viticea, &c. k Ceres, ab Eleuſi ciuitate non longè ab Athenis, quæ Cereri ſolemnia ſacra Theſmophoria inſtituerunt, infra verſ. 844. Al. Eleuſin. l Myſtæ ferebant lampades ceu faces in memoriam quæſitę à Cerere Coræ. m Tu, ô cõiux, mihi redditus penſabis, fratres & patrem. n Si qua poteſtas inferorũ maior, quàm tua eſt, te detineat, & nos te proptè ſequimur.

Defende reditus ſoſpes, aut omnes trahe.
Trahes, nec vllus eriget fractos deus.

AMPHITRYON. MEGARA.

Deſpondentem animum Megaram & deſperantem conſolatur Amphitryon.

Am. a O Socia noſtri ſanguinis, caſtâ fide
Seruans torum, gnatóſque magnanimi Herculis,
Meliora mente concipe, atque animum excita:
Aderit profectò, qualis ex omni ſolet
Labore, maior. Meg. Quod nimis miſeri volunt,
Hoc facile credunt. Am. Immo quod metuunt nimis,
Nunquam moueri poſſe, nec tolli putant.
b Prona eſt timori ſẽper in peius fides.
Me. Demerſus, ac defoſſus, & toto inſuper
Oppreſſus orbe, quam viã ad ſuperos habet?
Am. c Quam tunc habebat, cùm per arentem plagam,
Et fluctuantes more turbati maris
Abijt arenas? biſque diſcedens fretum,
Et bis recurrens cúmque deſertâ rate
Deprenſus hæſit Syrtium breuibus vadis,
Et d puppe fixâ maria ſuperauit pedes?
Meg iniqua rarò maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo ſe tutò diu

a O cõiux Herculis filij mei.

b Peiora facilı' credimus quã meliora. Aliqui aiunt hoc Megaræ eſſe reſponſum, quæ quaſi aſſentiens dicit, O Amphitryon, verũ dixiſti, quòd timor pronus eſt fidem & credulitatẽ habere ſemper ad peiora, ſed vellem ſcire, cùm Hercules iaceat demerſus, quam viam habeat redeundi?

c Æquè ac euaſerit Syrtes, ſinus duos in mari Libyco cumulis arenæ, qui ventorum arbitrio agitati, variè vadoſi, & fluxu refluxuque impetuoſi naues ad ſe trahunt. vnde & nomen ijs à σύρω traho d Quanquam alij aureo poculo, alij æreo lebete tranaſſe eum fabulantur.

Periculis offerre tam crebris poteſt
Quem ſæpe tranſit caſus, aliq
inuenit.
Sed ecce ſæuus, ac minas vultu gerens,
Et c *qualis animo eſt, talis inceſſu venit*
f *Aliena dextrâ ſceptra concutiens Lycus,*
Vrbis regens opulenta Thebanæ loca,
Et omne quidquid vberi cingit ſolo
g *Obliqua Phocis, quidquid* h *Iſmenus rigat,*
Quidquid Cytharon vertice excelſo videt;
Et bina findens a *Iſthmos exilis freta.*

gationis vim … ent. … fre- … b … ad … tus … h Bœo… rigat flu… Iſmenus, quamque proſpicit mons Cythæron.

a Peloponneſiacus, anguſtiæ ſex milium inter Ægæum & Ionium maria, in quo Iſthmo eſt Corinthus, vnde & Corinthiacus dicitur.

LYCVS. MEGARA. AMPHITRION.

Lycus Thebis à Creonte in exilium miſſus, Hercule ad inferos profecto, cæſo Creonte cum filijs, quo regnum occupatum ſibi firmet, Megaræ nuptias ambit, abnuenti vim minatur.

Ly. N*on vetera patriæ iura poßideo domus*
Ignauus hæres: nobiles non ſunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus;
Sed clara b *virtus.* qui genus iactat ſuũ,
Aliena laudat. *Rapta ſed trepidâ manu*
Sceptra obtinentur : omnis in ferro eſt
ſalus.
c *Quod ciuibus tenere te inuitis ſcias,*
Strictus tuetur enſis. d alieno in loco
Haud ſtabile regnum eſt. e *Vna ſed noſtras poteſt*

b Sup. verſ. 250. Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur.

c Malus imperij eſt cuſtos metus, Quem. n. metuũt, perijſſe expetunt.

d Regnum occupatum haudquaquam firmum eſt.

e Mihi nouo homini addent nobilitatis colorem Megaræ nuptiæ.

Fundare vires, iuncta regali face
Thalamiſque Megara. ducet è genere inclyto
Nouitas colorem noſtra. Non equidem reor
Fore vt recuſet, ac meos ſpernat toros.
Quod ſi impotenti pertinax animo abnuet,
Stat a *tollere omnem penitus Herculeam*
domum.
Inuidia factum ac ſermo popularis premet?
Ars prima regni eſt, poſſe *te* inuidiam
pati.
b *Tentemus igitur: fors dedit nobis locum.*
Namque ipſa c *triſti veſtis obtentu caput*
Velata, d *iuxta præſides aſtat deos,*
Laterique adhæret e *verus Alcidæ ſator.*
Me. *Quidnam iſte, noſtri generis exitium*
ac lues,
Noui parat? quid tentat? Ly. *O clarum*
trahens
A ſtirpe nomen regiâ, facilis mea
Parumper aure verba patienti excipe.
f *Si æterna ſemper odia mortales agant,*
Nec cœptus vnquam cedat ex animo furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella: tum vaſtis ager
Squallebit aruis, ſubdita tectis face
Altus ſepultas obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle, victori expedit;
Victo neceſſe eſt g *particeps regno veni:*
Sociemus animos. pignus hoc fidei cape:
Continge h *dextram. quid truci vultu ſiles?*
Me. *Egóne vt parentis ſanguine aſperſam*
manum.
Fratrúmq; gemina cæde contingam? i *priùs*

[...]am cũ [...]is è medio tollere, & Herculeam domũ radicitus exſtirpare.
b Megaram ad nuptias.
c Pulla, lugubri.
d Confugit ſupplex, vel aſtat ad aras ſtatuaſue Deorum tutelariũ. *alij leg.* Præſtites, quorum aræ iuxta fores poſitæ erant, προςαπείοις.
e Neque n. agnoſcet tyrãnus Ionẽ eſſe Herculis patrem, quem & Alcidem vocas, Alcæo auo paterno, *alij* ab ἀλκὴ robur.
f Si vſque maneant vtrinque odia; & potentior tueatur armis quę vicerit, victus & oppreſſus vindictam armis paret belli faces omnia vaſtabunt.
g In cõiugium meum.
h Fidei pign⁹ & ſymbolum, Troad. 689. i Et hæ τῶν ἀδυνάτων conditiones ne-

Extinguet ortus, referet occaſus diem:
Pax ante fida niuibus & flammis erit:
Et [e] *Scylla Siculum iunget Auſonio latus:*
[f] *Priuſque multo vicibus alternis fugax*
Euripus vnda ſtabit Euboica piger.
Patrem abſtuliſti, regna, germanos, larem,
Patriam: [g] *quid vltra eſt? vna res ſupereſt mihi,*
Fratre ac parente carior, regno, ac lare,
Odium tui: quod eſſe cum populo mihi
Commune doleo. pars quota ex iſto mea eſt?
Dominare tumidus, ſpiritus altos gere:
Sequitur ſuperbos [h] vltor à tergo Deus.
[i] *Thebana noui regna. quid* [k] *matres loquar*
Paſſas & auſas ſcelera? quid [l] *geminum nefas,*
Miſtumque nomen coniugis, nati, patris?
Quid bina [a] *fratrum caſtra? quid totidem rogos?*
Riget ſuperba [b] *Tantalis luctu parens,*
Mœſtúſque Phrygio manat in Sipylo lapis.

gationis vim habent.

e Recedet fretum, iungeturque Sicilia Italiæ, cui quondã adnexa fuiſſe dicitur.

f Priùs Euripus fretum illud reciprocum inter Bœotię Aulidẽ & Eubœam, quod ſepties die ac nocte fluitque, quieſcet.

g Vellem & eorum odium mihi ſoli eſſet, vt te abũdè odiſſe poſſem, *vel*, doleo quidem populum à te oppreſſum habere cur te oderint.

h Opt. inſolentiæ vindex, *vel* Nemeſis ſuperbiæ vltrix. Dij, n. cùm vtriuſque ſexus ſunt ſecundum Stoicos, Poëtæ Deum etiam pro Dea ponunt. i Noui quàm malo omine regnetur Thebis; quæ ſcelera Regum, quæ pœnæ. k Agauen, quæ filium Pentheum interfecit: Ino, quæ ſe in mare præcipitauit; Nioben, de qua in inf. verſ 388. l Oedipi, qui patrẽ Laïum, verùm non ſciens eum patrem fuiſſe, interfecit, ex matre Iocaſta, quam vxorem duxit, liberos ſuſcepit, vide verſ. 133. Theba. a Eteoclis & Polynicis filiorum Oedipi, qui binis exercitibus de regno decertantes mutuis vulneribus occubũerunt, impoſitiſque eidem rogo cadaueribus eorum flamma ſe diuiſit. b Niobe filia Tantali numeroſa prole ſuperbiẽs Latonæ ſe prætulit, liberis itaque xiiij. à Phœbo & Diana interfectis & ipſa dolore ſtupeſcens in ſaxum mutata eſt, in Sipylo monte Phrygiæ, quod perpetuo humore madet, Agamem. 370.

Quin ipſe toruum c *ſubrigens criſta caput*
d *Illyrica Cadmus regna permenſus fuga,*
Longas reliquit corporis tracti notas.
Hæc te manent exempla, dominare vt lubet,
Dum ſolita regni fata te noſtri vocent.
Ly. *Agedum, efferatas rabida voces amoue:*
Et e *diſce regum imperia ab Alcide pati.*
Ego rapta quamuis ſceptra victrici geram
Dextra, regámque cuncta ſine legum metu,
Quas arma vincunt, pauca pro cauſa loquar
Noſtra. cruento cecidit in bello pater?
Cecidere fratres? arma non ſeruant modum,
Nec temperari facile, nec reprimi poteſt
Stricti enſis ira. bella delectat cruor.
f *Sed ille regno pro ſuo; non improba*
Cupidine acti: quæritur belli exitus,
Non cauſa. *ſed nunc* g *pereat omnis memoria.*
Cum victor arma poſuit, & victum decet
Deponere odia. h *non vt inflexo genu*
Regnantem adores, petimus. hoc ipſum placet,
Animo ruinas quòd capis magno tuas.
Es rege coniux digna: ſociemus toros.
Me. *Gelidus per artus vadit exangues tremor.*
Quod facinus aures pepulit? haud equidem horrui,
Cùm pace rupta bellicus muros fragor
Circum ſonaret. a *pertuli intrepidè omnia:*
Thalamos tremiſco; capta nunc videor mihi.

c Erigens.

d Ipſe Cadmus Thebarum cõditor regno pulſus in Illyrium receſſit & in ſerpentẽ commutatus eſt vnà cum Hermione vxore.

e Diſce à coniuge tuo, quem adeò iactas, parere mihi regi, vt ille paret Euryſtheo.

f *Anthypophora.* quòd ſi obiicias patrem tuum iuſtè, me iniuſtè arma cepiſſe, reſpondeo iuſtitiam belli exitu, non cauſa diſcerni; *victrix cauſa Dijs placuit.*

g Sancitur ἀμνησία.

h Nolo me vt captiua adores, ſed quoniam mihi placet tua hæc magnanimitas, vt me pro marito colas.

a Cætera belli mala æquo animo tuli. nunc tandem verè in ſeruitutem redacta mihi videor, poſtquàm ignauus tyrãnus me de nuptiis interpellare au-

Grauent catenæ corpus, & longa fame
Mors protrahatur lenta, [b] *non vincet fidem*
Vis vlla noſtram: moriar, Alcide, tua.
Ly. *Animoſne merſus inferis coniux facit?*
Me. *Inferna tetigit, poſſet vt* [c] *ſupra aſſequi.*
Ly. *Telluris illum pondus immenſa* [d] *premit.*
Me. *Nullo premetur onere,* [e] *qui cœlum tulit.*
Ly. *Cogêre.* Me. [f] Cogi qui poteſt, neſcit mori.
Ly. *Effare, thalamis quod nouis potius parem*
Regale munus? Me. *Aut tuam mortem, aut meam.*
Ly. *Moriere, demens.* Me. *Coniugi occurram meo.*
Ly. *Sceptrone noſtro potior eſt* [h] *famulus tibi?*
Me. [i] *Quot iſte famulus tradidit reges neci!*
Ly. *Cur ergo regi ſeruit, & patitur iugum?*
Me. [k] *Imperia dura tolle, quid virtus erit?*
Ly. *Obici feris monſtriſque,* [l] *virtutē putas?*
Me. Virtutis eſt domare quæ cuncti pauent.
Ly. [m] *Tenebræ loquentem magna Tartarea premunt.*
Me. Nō eſt ad aſtra mollis è terris via.
Ly. [n] *Quo patre genitus cœlitum penetret domos?*
Am. *Miſerāda coniux Herculis magni, ſilet*
Partes meæ hæ ſunt, reddere Alcidæ patrem;
Genuſque verum, poſt tot ingentis viri
Memoranda facta, poſtque pacatum manu
Quodcunque Titan ortus & labens videt,

deat.
b Nullus cruciatus violabit fidē meā Herculi datam.
c Cœlum.
d Ne emergere & aſcēdere poſſit.
e Supra verſ. 69.
f Stoicè. *Qui non timet mortem, cogi nequit. Non ſumus in vllius poteſtate, cū mors in noſtra poteſtate ſit.*
g Ab inferis redeunti.
h Hercules Euryſtheo inſeruiens.
i Multos, Diomedē, Buſirin, Gerionem, Antæum, &c.
k Verſatur. n. virtus circa ardua, dura, formidabilia.
l Audaciæ potiùs eſt & temeritatis.
m Vt magna crepet, tenebræ tamen infernæ premūt ipſum, & opprimunt.
n Nec. n. niſi diis geniti ſuperos adeunt.

Poſt monſtra tot perdomita, poſt o *Phlegram* p *impio*
Sparſam cruore, poſtque a *defenſos Deos;*
Nondum liquet de patre? mentimur Iouem?
b *Iunonis odio crede.* Ly. *Quid violas Iouem?*
Mortale cœlo non poteſt iungi genus.
Am. c *Communis iſta pluribus cauſa eſt Deis*
Ly. *Famuline fuerant, ante quàm fierent Dei?*
Am. d *Paſtor Pheræos Delius pauit greges.*
Ly. e *Sed nō per omnes exul errauit plagas.*
Am. f *Quem profuga terrâ mater erranti edidit.*
Ly. *Non monſtra; ſæuas Phœbus aut timuit feras.*
Am. *Primus ſagittas imbuit Phœbi draco.*
Quàm grauia paruus tulerit, ignoras, mala
h *E matris vtero fulmine eiectus puer?*
i *Mox fulminanti proximus patri ſtetit.*
Quid, k *qui gubernat aſtra, qui nubes quatit,*
l *Non latuit infans rupis exeſæ ſpecu?*
Sollicita tanti precia natales habent,
Sempérque magno conſtitit, naſci Deum.
Ly. Quemcunque miſerum videris, hominem ſcias.
Am. Quemcunque fortem videris, miſerum neges.

o Vallē Theſſaliæ, in qua Gigantes cum diis pugnauere.
p Gigātum impiorum.
a Herculis. n. potiſſimū operâ gigantes victos ſcribunt non pauci.
b Quæ, niſi quod Ioue genitus ſit, cum nō odio proſequuta vſq; exagitaret.
c Complures Heroës miſto mortalium ac immortalium ſemine nati in deos aſciti fuerunt.
d Hippol. 295.
e Quod facit Hercules.
f Et tamen in ipſa inſulâ erraticâ natus eſt. ſup. verſ. 15.
g Phœbus etiā puer ſagittis interfecit Pythona dracone̅ à Iunone miſſum, qui Latonam inſequeretur.
h Bacchus è Semeles Iouis maieſtatē (quam ſubdolæ Iunonis hortatu, videre deſideraſſet) non ferentis & fœtum abortiſæ vtero fulmine ictus.
i In bello aduerſus Gigantes Bacchus in Leonem conuerſus max. erat terrori Gigantibus.
k Ipſe Iupiter.
l An non à matre Rhea, ne Saturnus pater, ex

LY. *Fortem vocemus, [a] cuius ex humeris Leo*
Donum puellæ factus, & claua excidit,
Fulſitque pictum veſte Sidoniâ latus?
Fortem vocemus, cuius horrentes comæ
Maduere [b] nardo? laude qui notas manus
Ad non virilem tympani mouit ſonum,
[c] *Mitrâ ferocem [d] barbarâ frontem premens?*
AM. [e] *Non erubeſcit Bacchus effuſos tener*
Sparſiſſe crines, nec manu molli leuem
Vibraſſe thyrſum, cùm parum forti gradu
Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.
Poſt multa virtus opera laxari ſolet.
LY. [f] *Hoc Euryti fatetur euerſi domus.*
[g] *Pecorumque ritu virginum oppreſſi greges:*
Hoc nulla Iuno, nullus Euryſtheus iubet:
Ipſius hæc ſunt opera. AM. [h] *Non noſti omnia.*
Ipſius opus eſt, cæſtibus fractus ſuis
[i] *Eryx, & Eryci iunctus [k] Antæus Libys.*
Et [l] qui hoſpitali cæde manantes foci
Bibêre iuſtum ſanguinem Buſiridis,

fœdere cũ fratre Titane de maſculâ prole tollendâ παιδοτρώκτης vocaret, in Cretęantrum ablegatus eſt, & enutritus à Curetibus in monte Idâ.

a Qui ſub Omphale Lydię reginâ, clauâ & leonis pelle exutus, muliebri ornatu purpuráq; indutus & vnctus colũ tractauit.

b Oleo nardino.

c *Hic verſus in nonnullis lib. refertur ad Amphitryon. nam & Bacchi mitra eſt propria.*

d Phrygiis & Lydiis in vſu.

e Nec ipſi Baccho forti deo eſt rubori, ſi quando crinibus diffuſis haſtam pãpinis inuolutam vibret, trahátque veſtem muliebrem longè caudatam, ſyrma, *à traine* à σύρω traho. f Egregia ſcilicet illa virtutis opera ſunt, Eurytus Oechaliæ rex cum filiis ab Hercule interemptus, vt potiretur filiâ ipſius Iole: & g Theſpij regis Athenienſis filiæ L. vna nocte promiſcuè ab eo compreſſæ.

h Vitia quæ ſunt, noſti, non autem meminiſti quot tyrannos oppreſſerit. i Fil. Butæ ex Venere victus cæſtibus *ſuis*. i. ad quorum certamen hoſpites prouocare ſolitus erat.

k Hercul. OEt. verſ. 24. l Buſiridis ſanguis iuſtâ vindictâ, *vide ſupra verſ. 126.* effuſus in aris, quibus ipſe hoſpites immolauerat.

g *Ipſius opus eſt, vulneri & ferro obuius*
Mortem coactus ante Geryonem pati:
Nec vnus vna Geryon victus manu.
h *Eris inter iſtos; qui tamen nullo ſtupro*
Læſere thalamos. Ly. *Quod Ioui, hoc regi licet:*
i *Ioui dediſti coniugem, regi dabis.*
Et te magiſtro non nouum hoc diſcet nurus,
Etiam viro probante, meliorem ſequi.
Sin copulari pertinax tædis negat;
Vel ex coactâ nobilem partum feram.
Me. k *Vmbra Creontis, & penates Labdaci,*
Et nuptiales impij Oedipodæ faces,
Nunc l *ſolita noſtro fata coniugio date.*
Nunc, nunc cruentæ regis Ægypti m *nurus,*
Adeſte, n *multo ſanguine infectæ manus.*
Deeſt vna * *numero Danaïs: explebo nefas.*
Ly. *Coniugia quoniam peruicax noſtra abnuis,*
Regemque a *terres: ſceptra quid poſſint, ſcies.*
b *Complectere aras, nullus eripiet Deus*
Te mihi: nec, orbe ſi remolito, queat
Ad ſupera victor numina Alcides vehi

g Herculis viribus occurrens Geryō interfectus eſt coram fratribus ſuis, mox & idem paſſuris, erat n. trigeminus *ſup. verſ.* 231. Al. *leg. Ipſius Orthrus vulnere & ferro obuius, Mortem, &c.* Orthrus. a. erat Geryonis canis biceps. h Te manet eadem vindicta quam illis inflixit Her. qui tamen non tentarunt vxori eius ſtuprum inferre: quod tu facis. i Ioui vſuram coniugis tuæ Alcmenę indulſiſti, nurus tuæ Megaræ vſum mihi regi dabis. quæ tuo exemplo nō hoc primùm diſcet me potiorem *veluti Iouem* ſequi, marito ſuo Hercule *vt te quondam* permittente. k Vltrices patris mei Cr. vmbræ, voſque malè ominati lares Labdaci Thebarum regis ex Polydoro nepotis Cadmi, & vos infauſtæ nuptiæ Oedipodis *ſupra* verſ. 386. l Nuptiis meis coactis date calamitates noſtro generi accidere ſolitas. m XLIX. è filiabus Danai primâ nocte maritos ſuos totidem è filijs Ægypti interfecerūt: ſola Hypermneſtra perpecit Lino eius vicem ego ſupplebo, & Lycum interficiam n *Habentes manus multo cruore pollutas.* * Quinquageſimo. a Imprecationibus tuis. b Non ad quas confugiſti aras, non deorum ſtatuæ, non ipſe Alcides reuerſus, &, quod mihi iactas, in deorum numerum relatus te mihi eripiet.

c *Congerite ſiluas, templa ſupplicibus ſuis*
Iniecta flagrent: d *coniugem & totum gregem*
Conſumat vnus igne ſubiecto rogus.
Am. e *Hoc munus à te, genitor Alcida, peto,*
Rogare quod me deceat, vt f *primus cadam.*
Ly. *Qui morte cunctos luere ſupplicium iubet,*
Neſcit tyrannus eſſe. g *diuerſa irroga:*
g *Miſerum veta perire; felicem iube.*
h *Ego, dum cremandis trabibus accreſcit rogus,*
Sacro regentem maria votiuo rogem.
Am. *Proh numinum vis ſumma, proh cœleſtium*
Rector, paréntque; cuius excuſſis tremunt
Humana telis; impiam regis feri
Compeſce dextram. Quid Deos fruſtra precor?
Vbicunque es, audi i *nate.* k *Cur ſubito labant*
Agitata motu templa? cur mugit ſolum?
Infernus imo ſonuit è fundo fragor.
Audimur: en, en ſonitus Herculei *gradus.*

c O famuli, adſtruite ligna, & ipſum tẽplum quò ſupplices confugerũt admoto igne abſumite.

d Megaram vx. Herc. & Amphitryonẽ cum natis Herc.

e Ego Herculis (quoniam Iouem illi negas) pater hoc à te peto.

f Ne ſenex videam meorum necem.

g Miſericordię. n. eſſet per citam mortẽ miſeris ærumnarum finem dare.

h Dum famuli parant ligna ad hos comburẽdos, ego Neptuno faciam ſacra, quæ illi voui Creonte victo.

i Tanquam numen mihi præſentiſſimum. k Inter preces motâ terrâ Herculem ab inferis aduentare erumpentem coniicis Amphitryon.

Chorvs Thebanorvm.

Actoris partes Chorus officiúmq; viriliter defendit, precibus Amphitryonis adſpirans Herculis reditum vouet, idque arguit Orphei exemplo.

O Fortuna, viris inuida fortibus,
Quàm non æqua bonis præmia diuidis!
[a] *Euryſtheus facili regnet in otio:*
Alcmena genitus bella per omnia
[b] *Monſtris exagitet* * *cæliferam manum:*
[c] *Serpentis reſecet colla ferocia;*
[d] *Deceptis referat mala ſororibus,*
Cùm ſomno dederit peruigiles genas
Pomis [e] *diuitibus præpoſitus Draco.*
Intrauit Scytha [f] *multiuagas domos,*
Et gentes patriis ſedibus hoſpitas:
Calcauitque freti terga [g] *rigentia,*
Et mutis tacitum litoribus mare.
Illic dura carent æquora fluctibus;
Et, [h] *quà plena rates carbaſa tenderant,*
[i] *Intonſis teritur ſemita Sarmatis.*
Stat pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.
Illic [k] *quæ viduis gentibus imperat,*
Aurato religans ilia baltheo,
Detraxit ſpolium nobile corpori,

a Quæ tam iniquè rem comparaſti vt Euryſt. &c.
b Delendis mõſtris vexet manum cœlif. ſup. verſ. 68.
* Illa manus, quę tulit cœlũ & deos, nunc occupatur circa naturæ pudenda.
c Hydræ. verſ. 240.
d Sup. verſ. 237.
e Aureis. citreis. ſup verſ. 239.
f Ἁμαξοφορῆτες: plauſtris vectas; Scythiæ n. incolæ Nomades à paſcẽdis gregib⁹ dicti noua quęrentes paſcua mutant aſſiduè loca, vnde appellat *patriis ſedibus hoſpites.*
g Septentrionale mare, quod hyberno gelu concretum non agitatur fluctibus, nec litori alliſum ſonat. h Quà ęſtate nauigârant, hyeme agitant currus. i Tartaris & Ruſſis incultis, capillos & barbas libertatis ſuę ſymbola alentibus. k Hippolite vel Antiopa regina Amazonum ſine viris degentium in Scythia, dedit Herc. ſcutum & baltheum ſpolia, ipſum victorem flexo genu venerata.

Et peltam, & niuei vincula pectoris,
Victorem poſito ſuſpiciens genu.
a *Quæ ſpe præcipites actus ad inferos,*
Audax ire vias b *irremeabiles,*
Vidiſti c *Siculæ regna Proſerpinæ?*
d *Illic nulla Noto, nulla Fauonio*
Conſurgunt tumidis fluctibus æquora:
Non illic geminum e *Tyndaridæ genus*
Succurrunt tumidis f *ſidera nauibus:*
Stat nigro pelagus gurgite g *languidum;*
Et, cùm Mors auidis pallida dentibus
Gentes innumeras h *Manibus intulit,*
Vno tot populi i *remige tranſeunt.*
k *Euincas vtinam iura feræ Stygis,*
l *Parcarumque colos non reuocabiles:*
m *Hic, qui rex* n *populis pluribus imperat,*
Bello cum peteres o *Neſtoream Pylon,*
Tecum conſeruit peſtiferas manus,
Telum p *tergemina cuſpide præferens:*
Effugit tenui vulnere ſaucius,
Et q *mortis dominus pertimuit mori.*
r *Fatum rumpe manu, triſtis &* * *inferis*
Proſpectus pateat lucis, & inuius

a Apoſtrophe ad Herculem. b Per quas reditus nō patet. c In Sicilia natæ, ac inde à Plutone raptæ, inf. verſ. 658. d Apud inferos non ſunt venti, non ſtellæ. e Διόσκυροι ſup. verſ. 17. f Exhalatio potiùs quā ſtella, ex motu quodam interfulgens, quę in antēnis, velis, aut foris gemina apparens, reſidētis tempeſtatis indiciū eſt, nautæ *Corpus ſanctum*, Hiſpani *S. Telmum* vocant. g Nō fluctuās; omnium a. quæ hic ſunt, volunt apud inferos ſimulachra eſſe. Herc. Oet. verſ. 1706. h Ad manes inferos demiſit. i Charonte vmbrarum vectore portitore. inf. verſ. 764. k Vtinam nobis ſuperſtes redeas, deuicto Stygis iure, quæ nouies interfuſa coërcet, reditumque negat. l Quæ vitæ ſtamina breuiora aut longiora fuſis ſuis deuoluunt. ſup. verſ. 180. m Et vincere poteris, hîc enim regnat ille Pluto, quem Pyliis auxilio aduenientem tu Epirotarū vltor inflicto vulnere ſuperaſti. n Non vni populo, ſed ex pluribus, imò omnibus gentibus: *vel* mortuis, quorum numerus maior quàm viuentium. o A Neſtore regnatum oppidum in Peloponneſo occid. p Sup. verſ. 51. q Pluto qui mortuis dominatur. r Fatum Stygis non recludendæ tu potentiori fato euince. * Qui triſtantur, dum vident lucem. Al. leg. *triſtibus inferis*, ſed minus rectè.

Limes det faciles ad ſuperos vias:
m Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos, & prece ſupplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit ſuam.
Quæ ſyluas, & aues, ſaxáque traxerat,
Ars, quæ præbuerat fluminibus moras,
Ad cuius ſonitum conſtiterant feræ,
Mulcet n non ſolitis vocibus inferos,
Et o ſurdis reſonat clariùs in locis.
Deflent Eurydicen p Threïciæ nurus,
Deflent & lacrymis q difficiles Dei;
r Et qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt, ac ſ veteres excutiunt reos,
Flentes Eurydicen iuridici ſedent.
Tandem mortis, ait, vincimur, a arbiter:
Euade ad ſuperos; lege tamen data:
Tu poſt terga tui perge viri comes;
Tu non antè tuam reſpice coniugem,
Quàm cùm clara b deos obtulerit dies,
Spartanique aderit ianua c Tænari.
Odit verus amor, nec patitur, moras.
Munus, dum properat cernere, perdidit.
Quæ vinci potuit regia d cantibus,
Hæc vinci poterit regia e viribus.

m Thraci⁹ poëta inſignis ad inferos deſcendens repetitum vxorem Eurydicem à ſerpente, dum Ariſtęi vim fugeret, occiſam, citharæ cantu in tãtum demulſit Plutona & Proſerpinam, vt illi vxorem reſtituerent, hac lege, ne illam antè intueretur quàm ad ſuperos veniſſet: ille vero impatientiâ amoris reſpexit, receptãque amiſit.
n Vocibus non exauditis priùs inferis.
o Vbi veræ voces nõ audiuntur, ſilentibus *ſacro digna Silẽtio Mirantur vmbræ dicere*. p Threiciæ mulieres, quæ apud inferos q Illacrymabilis Pluto & Proſerpina. r Quin & ipſi iudices inferni, de *quibus* inf. verſ. 730. rigidi licet, commiſerentur Orphei. ſ Examinant ſcelera, quæ quis apud ſuperos & in viuis perpetrarit, infra. verſ. 727. a Mortis arbiter i. Pluto ait, viciſti nos, ô Orpheu. b Superos, ſolem & ſidera, quibus dies ſacra. c Promontorij Laconiæ, vbi ad inferos deſcenſus patere credebatur. vt & in Auerno Italiæ, *Tænareas fauces, alta oſtia Ditis.* d Orphei. e Herculis.

ACTVS TERTIVS.

HERCVLES.

Solem cæteroſque Deos precatur veniam Herc. quòd iuſſus Cerberum ſuperis inuiſum traxerit.

O [f] Lucis alme rector, & cœli decus,
Qui [g] alterna curru ſpatia flammifero ambiens,
Illuſtre lætis exeris terris caput;
Da, Phœbe, veniam. ſi quid illicitum tui
Videre vultus: [h] iuſſus in lucem extuli
[i] Secreta mundi. tuq; [k] cœleſtûm arbiter,
Parénſque, viſus fulmine appoſito tege.
Et [l] tu, ſecundo maria qui ſceptro regis,
Imas pete vndas. quiſquis ex alto aſpicit
Terrena, [m] facie pollui metuens noua,
Aciem reflectat oráque in cœlum erigat,
Portenta fugiens. hoc nefas cernant [n] duo,
Qui aduexit, & quæ iuſſit. [o] In pœnas meas,
Atque in labores non ſatis terræ patent.
[a] Iunonis odio vidi inacceſſa omnibus,
[b] Ignota Phœbo, [c] quæque deterior polus
Obſcura diro ſpatia conceſſit Ioui.
[d] Et ſi placerent tertiæ ſortis loca,
Regnare potui: [e] noctis æternæ chaos,
Et nocte quiddã grauius, & [f] triſtes Deos,

f Sol.
g Vtrumque hemiſphæriũ alternis vicibus luſtrans.
h Ab Euryſtheo: & hoc venia magis dignus.
i Cerberũ dã, natũ tenebris:
k Iupiter.
l O Neptune qui regis maria, quæ tibi ſecundâ ſorte contigerunt.
m Nouó hui⁹ monſtri aſpectu.
n Ego & Iuno; *alij legunt* qui, *vt ſit Euryſth.*
o Ad explendum Iunonis odium, non ſufficiũt monſtra terreſtria: niſi, &c.

a Odio infeſtæ nouercæ vidi omnibus viuis inuia. b Soli qui cuncta videt, inuiſa. c Nigra regna, quæ videt Antarcticus polus deterior, quia Stygi ſubiectus, *& que ſub pedibus nox atra videt, manéſque profundi.* Sorte data cõceſſit Plutoni d Quod ſi me regnandi rapuiſſet tam dira libido, occupare mihi licuiſſet inferna regna, quæ tertiâ ſorte Diti obtigerũt. e Hiatũ, & cæcã voraginem æternæ noctis. i. mortis. f Plutonem & Proſerpinam.

Et g fata vici, morte contempta redij.
Quid reſtat aliud? vidi & oſtendi h *inferos,*
Da, ſi quid vltra eſt. i *tam diu pateris manus*
Ceſſare noſtras. Iuno? quid vinci iubes?
k *Sed templa quare miles infeſtus tenet?*
Liménque ſacrum terror armorum obſidet?

g Sup. v. 565.
h Cerberum ad ſuperas auras tractum.
i Sup. v. 206.
k Miratur Herc. cur milites templum obſideant.

AMPHITRYON. HERCVLES. THESEVS.

Herculem reducem gratatur Amphitryon, illi quærenti narrat, quo in loco res ſint: dum Herc. proficiſcitur ad occidendum Lycum, Theſeus rogatus ab Amphi. exponit, quæ apud inferos geſſerit Hercules.

Amp. l *Vtrúmne viſus vota decipiunt meos?*
An ille domitor orbis, & Graiûm decus,
Triſti m *ſilentem nubilo liquit domum?*
Eſtne ille natus? membra lætitiâ ſtupent.
O nate! certa & n *ſera Thebarum ſalus!*
o *Verúmne cerno corpus? an fallor tuâ*
Deceptus vmbra? túne es? p *agnoſco toros,*
Humeróſque, & alto nobilem trunco manum.
Her. *Vnde iſte, genitor, ſqualor, &* q *lugubribus*
Amicta coniux? vnde tam fœdo obſiti
r *Pædore nati? quæ domum clades grauat?*
Amp. *Socer eſt peremptus: regna poſſedit Lycus;*
Natos, parentem, coniugem leto petit.
Her. *Ingrata tellus, nemo ad Herculea domus*

l Fallit-ne me phantaſia? an video filium reuerſum?
m Ditis domũ cæcam & ſilentem.
n Tarda, interempto Creõte, & amiſſo regno.
o *Veráne te facies, verus mihi nuncius adfert?*
Al. leg. teneone in auras editum, an vanâ fruor.
p Agnoſco Herculem ex toris, humeris, & manu ingẽtem clauam tenenti. q Atratis veſtib. r Illuuie & ſordibus.

Auxilia venit? a *vidit hoc tantum nefas*
Defenſus orbis? cur diem queſtu tero?
Mactetur hoſtis. Th. b *Hanc ferat virtus notam,*
Fiatque ſummus hoſtis Alcidæ Lycus?
Ad hauriendum ſanguinẽ inimicum feror.
Her. *Theſeu, reſiſte: ne qua vis ſubita ingruat.*
Me bella poſcunt. c *differ amplexus, pares*
Coniuxque, differ: d *nunciet Ditis Lycus*
Me iam rediſſe. Th. *Flebilẽ ex oculis fuga*
* *Regina vultum:* * *tuque nato ſoſpite*
Lacrymas cadentes reprime: e *ſi noui Herculem.*
Lycus Creonti debitas pœnas dabit:
Lentum eſt, dabit; dat: hoc quoque eſt lentum; dedit.
Am. *Votum ſecũdet, qui poteſt, noſtrũ Deus,*
Rebúſque lapſis adſit. O magni comes
Magnanime nati, pande virtutum ordinẽ:
Quàm longa mœſtos ducat ad manes via,
Vt vincula tulerit dura Tartareus canis.
Th. *Memorare cogis acta, ſecura quoque*
Horrenda menti: f *vix adhuc certa eſt fides*
Vitalis auræ: torpet acies luminum,
Hebetéſq; viſus vix diem inſuetum ferũt.
Am. *Peruince, Theſeu, quidquid alto pectore*
Remanet pauoris; néue te g *fructu optimo*
Frauda laborum. quæ fuit durum pati,

a Orbis à me defenſus vidit hoc tantũ nefas, nec repulit me abſente?
b Indignũ eſt, ô Herc. tuam virtutem hac infamiæ notâ ſugillari, vt poſt tot egregia facinora, tã ignaui hominis ſãguinẽ haurias. Ego potiùs vado interfecturus Lycum.
c *Amphyt. & Megaram ipſi amplexãtes iubet differre amplexus, donec Lycum vltus fuerit.*
d Cæſus ibit nuncius Plutoni, dicturus me rediſſe ab inferis.
* Abige, ô Megara, mœſtitiam, túque, ô Amphitryõ, Hercule ſaluo ſerena vultũ.
e Si bene noui Herculis commoti vires fulmineas.
f Non mihi certa ſatis eſt fiducia me ad vitales auras rediiſſe, caligant ex diutinis tenebris oculi, nec ferunt ſolis lucem.
g Gloriâ, ceu voluptate ex ſecura & iucunda recordatione præteriti doloris.

Meminiſſe dulce eſt, *fare caſus horridos,*
Th. [h] *Fas omne mundi,* [i] *teque nominantem precor*
Regno capaci; [a] *teque, quam tota irrita*
Quæſiuit [b] *Ætna mater; vt iura abdita*
Et operta terris, liceat impune eloqui.
Spartana tellus nobile attollit iugum,
Denſis vbi æquor [c] *Tænarus ſiluis premit:*
Hic [d] *ora ſoluit Ditis inuiſi domus,*
Hiátque rupes alta, & immenſo ſpecu
Ingens vorago faucibus vaſtis patet,
Latúmque pandit omnibus populis iter.
Non [e] *cæca tenebris incipit primò via:*
Tenuis relicta lucis à tergo nitor,
Fulgórque dubius [f] *ſolis afflicti cadit,*
[g] *Et ludit aciem.* [h] *nocte ſic mixta ſolet*
Præbere lumen primus aut ſerus dies.
H*inc ampla* [i] *vacuis ſpatia laxantur locis;*
I*n qua omne merſũ pereat humanũ genus.*
k *Nec ire labor eſt, ipſa deducit via;*
l *Vt ſæpe puppes æſtus inuitas rapit,*
Sic pronus aër vrget, atque auidum chaos:
m *Gradúmq; retro flectere haud vnquam ſinunt*
n *Vmbræ tenaces. intus immenſo ſinu*

h Vos ô numina ſupera, Voſque inferna numina, Pluto & Proſerpina, *Dij quibus imperium eſt animarum, vmbræque ſilentes, &c. Sit mihi fas audita loqui. ſit numine veſtro Pandere res altâ terrâ, & caligine merſas.*

i O Pluto, qui dominaris regno omnes capienti.

a O Proſerpina, quã anxia tua mater Ceres labore caſſo quęſiuit, per omnẽ Siciliã, Ætnam maximè, vnde, dum flores colligeres, à Plutone rapta es.

b *Alij legunt* Enna. c Supra verſ. 586. d Oſtia & deſcenſum. e In totum tenebroſa, vt non videatur, vel quæ viſum adimit. f Solis tanquam nebulis vel Lunâ operti, deficientis. g Vbi viſa nec planè, nec longè diſcernuntur. h *Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo, Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies* k Al. leg tale non dubiè ſolet. i Nec tamen datur vacuum intra mundum. k *Facilis deſcenſus Auerni, Noctes atque dies, &c.* l Veluti naues attrahit æſtus, *The ſtreame or current,* inuitis nautis; Ita craſſus & procliuis aër præcipites dat, inſatiatúmque illud barathrum ad ſe trahit. m *Sed reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.*
n Manes auidi, vel tenebræ palpabiles.

Placido quieta labitur o *Lethe vado,*
Demitque curas: néne remeandi ampliùs
Pateat facultas, p *flexibus multis grauem*
Inuoluit amnem. qualis incertâ vagus
q *Mæander vndâ ludit, & cedit ſibi,*
Inſtátque dubius, littus an fontem petat.
r *Palus inertis fœda Cocyti iacet;*
Hic vultur, illic luctifer a *bubo gemit,*
Oménque triſte reſonat infauſtæ ſtrigis;
Horrent opacâ fronde nigrantes b *coma,*
c *Taxo imminente;* d *quam tenet* e *ſegnis Sopor*
Faméſque mœſta e *tabido rictu iacens;*
Pudórque ſerus conſcios vultus tegit:
Metus, Pauórq;, Funus, & e *frendẽs Dolor,*
e *Atérque Luctus ſequitur, & Morbus* e *tremens,*
Et e *cincta ferro Bella: in extremo abdita*
Iners Senectus adiuuat f *baculo gradum.*
Am. *Eſtne aliqua tellus* g *Cereris aut Bacchi ferax?*
Th. *Non prata viridi læta facie germinãt;*
Nec adulta leni h *fluctuat Zephyro ſeges;*
Non vlla ramos ſilua pomiferos habet:
Sterilis profundi vaſtitus ſqualles ſoli,
Et fœda tellus torpet æterno ſitu,
Rerúmq; mœſtus finis, & i *mundi vltima:*
Immotus aër hæret, & pigro ſedet

o Fluuius τῆς λήθης, id eſt, obliuionis apud inferos, cuius latex potus demit curas, id eſt, facit manes obliuiſci omnium rerũ præteritarum.

p Inuoluit amnem grauem, triſtem, id eſt, ſtyga flexibus nouem. *Nouies Styx interfuſa coercet.*

q Celeberrimus Phrygiæ fluuius, multis anfractibus ſinuoſus & flexuoſus.

r Cocytus fluui9 infernalis, ſtagnat iners Pyriphlegetonti in Acheruſia obuius. *flumine languido Cocytus errans.*

a Aues inauſpicatæ & ferales.

b Arborum cacumina. c Taxo lethali & venenata arbore Cocyto imminente ſeu incumbente. d *Quam ſedem ſomnia vulgò Vana tenere ferunt.* Virgil. de vlmo apud infer. Æneid. 6. e *Aduerte natiua & ſignantia epitheta.* g Scipione. g Frumenti aut vini ferax? h More vndarum fluctuat à ventis agitata. i Res huius mundi vltimæ & infimæ decidunt ad centrum illud, quo infernum locant poetæ, vel illic mors & rerum exitus.

Nox atra mundo. cuncta mœrore horrida,
Ipſaque morte peior eſt Mortis locus.
Amp. k *Quid, ille opaca qui regit ſceptro loca,*
Qua ſede poſitus temperat l *populos leues?*
Th. *Eſt in receſſu* m *Tartari obſcuro locus,*
Quem grauib. vmbris ſpiſſa caligo alligat.
A fonte n *diſcors manat hinc vno latex:*
Alte quieto ſimilis o *(hunc iurant Dei,)*
p *Tacente ſacram deuehens fluuio Styga:*
At hic tumultu rapitur ingenti ferox,
Et ſaxa fluctu voluit a *Acheron inuius*
Renauigari. cingitur b *duplici vado*
Aduerſa Ditis regia, atque ingens domus
Vmbrante luco tegitur: hic vaſto ſpecu
c *Pendent tyranni limina: hoc vmbris iter;*
Hæc porta regni, campus hanc circa iacet,
In quo ſuperbo digerit vultu ſedens
Animas d *recentes. dira maieſtas Deo,*
Frons torua; e *fratrũ quæ tamẽ ſpeciẽ gerat,*
Gentiſque tanta: vultus eſt illi Iouis,
f *Sed fulminantis.* magna pars regni trucis
Et ipſe dominus; *cuius aſpectum timet*

k Vbi autem ponit regiam ſedem Pluto?
l Manes, vmbras. Herc. Oet. v 1706.
m Vide Hipp. verſ. 141
n Duo latices diuerſæ naturæ, alter quietus, alter impetuoſus.
o Inuiolabilé, *Dij cuius iurare timent, & fallere numen.* Qui verò peierat annum vnum & dies nouem, *aliis, nouem annos*, nectare & ambroſia interdict⁹, Deorum epulis arcetur. hic autẽ honos Stygi habitus, propter auxilium quod Ioui aduerſus Titanas tulerunt Stygis filiæ, Vis, Robur, Victoria: vel propter indicium conſpirationis deorum: vel, quòd beati cœlites per inferni odium triſtitiamque iurantes ſe obligant ad rem eorum naturæ contrariam ſi peierent, στὺξ enim à στυγέω, odi: vel quòd diis & hominibus odio habentur, qui ad periurium procliuiores ſunt: vel quod omnibus elementis antiquior eſt aqua.
p Sine murmure, vel quòd ipſe fluuius ferè immotus eſt; vel quia fluit in locis ſilentibus.
a Agamemn. verſ. 13. b Vtroque fluuio, Styge & Acheronte. c Propter ſpecum inflexum & deſcendentem.
d Quæ de nouo aduectæ ſunt. e Iouis & Neptuni.
f Sed Iouis irati & fulminantis.

g *Quidquid timetur.* Amp. *Veráne eſt fama, inferis*
h *Tam ſera reddi iura, & oblitos ſui*
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
Quis iſte veri rector, atque æqui arbiter?
Th. *Non vnus* i *alta ſede* k *quæſitor ſedens*
Iudicia trepidis ſera l *ſortitur reis.*
Auditur illo m *Cnoſſius* n *Minos foro;*
n *Rhadamantus illo;* o *Thetidis hoc audit ſocer;*
p *Quod quiſque fecit, patitur: autorem ſcelus*
Repetit, p *ſuóque premitur exemplo nocens.*
Vide cruentos carcere includi duces,
Et q *impotentis terga plebeia manu*
Scindi tyranni. r Quiſquis eſt placidè potens,
Dominúſque vitæ, ſeruat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
ſ Animóque parcit; *longa permanſus diu*
Felicis æui ſpatia, a *vel cœlum petit,*
b *Vel læta felix nemoris Elyſii loca,*

g Ipſi manes horridi.
h Poſt tot annos fieri iudicia de nocentibus, & examinari, *Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.* ſupra v. 579.
i Tribunali à *ritu Rom.*
k Vide Agam. verſ. 24.
l A ritu Rom. tranſlatum. In grauibus enim & dubiis cauſis tabellæ literis, C. condemnationis, A, abſolutionis, N. L. *nō liquet.* Ampliationis, in ciſtam vel vrnam coniectæ ſortitione dederunt reis vel ſalutem, vel capitis periculum.

m Cretenſis, à Cnoſſo Cretæ vrbe. n Rhadamantum & Æacum, Iouis filios, reges iuſtos vmbrarum iudicio præfecit Pluto, Minoa arbitrum inſtituit, ſi quid difficile aut ἀπόρρητον incideret, *Et de te ſplendida Minos Fecerit arbitria.* o Æacus pater Pelei, cui Thetis peperit Achillem. p. Vide ſup. verſ. 126. q Sibi non imperantis, crudelis, qui viuus plebi infligere verbera gaudebat. r Quicunque in viuis citra inſolentiam vſus eſt ſua potentiâ, vel quiſquis placidè ſibi ſuiſq; affectibus imperauit, vitæ ſuæ æquus moderator. ſ Suo, quem non contaminat crudelitate & libidine. vel lege *Animæque parcit*, id eſt, vitæ ciuium. t Poſt longam & felicem vitam. a Vel per ἀποθέωσιν in diuorum numerum refertur. b Vel migrat in Elyſium. vid. Troad. verſ. 241.

Iudex futurus, ſanguine humano abſtine,
Quicunq; regnas: ſcelera c *taxantur modo*
Maiore veſtra. Amp. *Certus incluſos tenet*
Locus nocentes? vtque fert fama, impios
Supplicia vinclis ſæua perpetuis domant?
Th. d *Rapitur volucri tortus Ixion rotâ.*
e *Ceruice ſaxum grande Siſyphiâ ſedet.*
f *In amne medio faucibus ſiccis ſenex*
Sectatur vndas, abluit mentum latex;
g *Fidémque cùm iam ſæpe decepto dedit,*
Perit vnda in ore: poma deſtituunt famem.
h *Præbet volucri Tityus æternas dapes.*
i *Vrnáſque fruſtra Danaides plenas ferunt.*
Errant furentes impiæ k *Cadmeides.*
Terrétque menſas auida Phineas l *auis.*
Amp. *Nunc ede nati nobilem pugnam mei.*
m *Patrui volētis munus, an ſpolium refert?*
Th. *Ferale tardis imminet ſaxum vadis,*
Stupente vbi vnda ſegne torpeſcit fretum:
Hunc ſeruat n *amnem cultu & aſpectu horridus.*
n *Pauidóſque manes ſquallidus geſtat* p *ſenex;*

c Plectuntur maiore modo quā hic apud nos *vel*, maiore menſurâ & pœnâ quā ſcelera commiſſa erant, cùm quiſque patiatur eodem genere quo peccarit. d Iunonem de adulterio interpellare auſus, è nube, quam Iup. pro Iunone ſubiecit, Centauros genuit. Cū verò gloriaretur ſe cum regina Deorum rem habuiſſe, fulmine ad inferos detruſus, rotæ ſerpētib⁹ implexæ alligatus *voluitur aſſiduus, dū ſe refugitque fugitque.* e Vide Hippolyt. v. 1226. f Tantalus, vel quòd f. Pelopem diis epulandum appoſuiſſet; vel quòd ad deorum ſecreta admiſſus ea euulgaſſet, ad inferos Eridano fl. mento tenus immerſus, *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.* Vide Thyeſt. act. 1. g. Cùm iam feciſſet Tantalo ſpem ſe poſſe eam capere. h Vide Hippolyt. verſ. 1218. i L. Danai filiæ, quæ & Belides ab auo Belo, patris iuſſu maritos ſuos, filios Ægypti prima nocte peremerunt omnes ad vnam, hac pœnâ damnatæ, vt aquas pertuſis ſitulis ſeu vrnis haurientes, dolium item perforatum implere nitantur. k Cadmi neptes, Agaue, Ino, Autonoë, &c. quæ Pentheum dilacerauerunt. l Harpya, vid. Thyeſt. verſ. 153. m Accepit ne Cerb. donum à volente Plutone patris ſui Iouis fratre, an ſpolium ab inuito Plutone abactum? n Styga. o Animas trementes. p Charon, cuius deſcriptio ex Æneid.

q *Impexa pendet barba, r deformem ſinum*
Nodus coërcet, ſ concauæ lucent genæ,
Regit ipſe conto portitor longo ratem.
*Hic * onere vacuam t littori puppim applicans*
u *Repetebat vmbras; poſcit Alcides viam*
Cedente turbâ: dirus exclamat Charon,
Quò pergis, audax? ſiſte properantem gradum.
Non paſſus vllas natus Alcmenâ moras,
* *Ipſo coactum nauitam conto domat,*
Scanditque puppem. a *cymba populorum capax*
Succubuit vni. ſedit, & b grauior ratis
Vtrinque Lethen latere titubanti bibit.
Tunc vaſta trepidant monſtra, c *Centauri truces,*
d *Lapithæque multo ad bella ſuccenſi mero.*
e *Stygiæ paludis vltimos quærens ſinus*
Fœcunda mergit capita Lernæus labes.
Poſt hæc auari Ditis apparet domus:

6. petita. q *Cui plurima mento Canicies inculta iacet.* r *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.* ſ *Stant lumina flamma, &c.* Vel macie pellucent genæ. * Oſſa atque pellis tot⁹ eſt, ita Charō macer. Al. leg. onere vacu⁹. i. Charon leuē, imò nullā habens vecturā. t Citeriori, ad petendas animas. u Cymbā euacuabat, & alias vmbras tāquā nouum onus repetebat. Legitur etiam, *Repetebat vndas*; Quod Ianus Gruterus ſic exponit. Repetebat illam vocem. i. ſæpius iterabat. Vndas, Vndas, ſubaudito, venite ad vndas, ô animæ Faceret huc Liui lib. 41. vna vox audiebatur ad mare vocantium, id fortè temerè ab vno clamatum, totis paſſim perſonabat caſtris. * Obſeruat. ISAC. PONTANVS Ms Cantabrigienſem legere *proprio coactum*, Quod reuerâ multò propriùs rem ſignificat. a *Gemuit ſub pondere cymba Sutilis, & multam accepit rimoſa paludem.* b Onerata maiori pondere quàm ſolebat aduectis vmbris. c Omnium rerum ſimulachra apud inferos eſſe perhibentur, ſicut & animæ apud ſuperos: hæ verò viſo victore tremuerunt. Herc. Oet verſ. 1706. d Quos Ixion è nube genuiſſe fingitur supernè humanâ formâ, infernè equinâ: hi primi ex equis pugnabant, vt & Lapithæ frænos & ſtrata equorum inueniſſe dicuntur. Vterque Theſſaliæ populus ſuper mero ferox, vt in Pirithoi nuptiis. e Hydra mergit imâ Styge capita fœcundè repullulantia, ſup. verſ. 189.

Hîc ſæuus vmbras territat Stygius canis,
f *Qui trina vaſto capita concutiens ſono*
Regnum tuetur: ſordidum tabo caput
Lambunt colubræ: viperis horrent iubæ:
Longúſque tortâ g *ſibilat caudâ draco;*
h *Par ira formæ. ſenſit vt motus pedum,*
Attollit hirtas angue vibrato comas,
Miſſúmque captat * *aure ſubiectâ ſonum,*
i *Sentire & vmbras ſolitus. vt propior ſtetit*
Ioue natus, antro ſedit incertus canis,
Et vterque k *timuit* l *ecce, latratu graui*
Loca muta terret, ſibilat totos minax
l *Serpens per armos: vocis horrendæ fragor*
Per ora miſſus terna, felices quoque
Exterret vmbras. ſoluit à læuâ ferox
Tunc ipſe m *rictus, & Cleonæum caput*
Opponit ac ſe tegmine ingenti n *clepit:*
Victrice magnum dexterâ a *robur gerens,*
Huc nunc & illuc verbere aſſiduo rotat,
Ingeminat ictus. domitus b *infregit minas,*
Et c *cuncta laſſus capita ſubmiſit canis,*
d *Antróque toto ceſſit. extimuit ſedens*
e *Vterque ſolio dominus; &* f *duci iubet:*
g *Me quoque petenti munus Alcidæ dedit.*
Tunc grauia monſtri colla permulcens manu.

f *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.*
g Pilos habet ſerpentinos, & draconem pro cauda.
h Terribilis forma, terribilis ira.
* Emẽdat Lipſius. *aure ſubrectâ* Cauſa enim id eſt propriũ, & arrigi aures videmus, cùm ſonum captãt.
i Etiam leues vmbras auditu explorare ſolitus.
k Sup. verſ. 45.
l Serpẽtini pili, iubæ è ſerpentibus.
m Pellẽ Cleonæi leonis ſiniſtro ſuo brachio obuolutã ſoluit, qua ſe tegit oppoſito capite cani. ἐσκέπας, inquit Apollod. χειρωσάμενος τὸν λέοντα, τὴν μὲν δορὰν ἠμφιάσατο, τῷ χάσματι δὲ ἐχρήσατο κόρυθι. n A κλέπτω, quod & ipſum à καλύπτω. qui enim clàm & latenter quid ſubtrahit, idem occulit tetigitque. a Clauam. b Remiſit minas, depoſuit iram. c Tria, al. centum, *bellua centiceps.* d Aditum dedit Herculi.
e Pluto & Proſerpina. f Addicítque canem Herculi ducendum quò libeat. g Et Herculi petenti dedit me in vinculis ibi detentum, qui cum Pirithoo adueneram ad rapiendam Proſerpinam.

h *Adamante texto vincit; oblitus* i *ſui*
Cuſtos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus; & patiens trahi,
k *Herúmque faſſus, ore ſubmiſſo obſequens*
Vtrumque l *caudâ pulſat anguiferâ latus.*
Poſtquàm eſt m *ad oras Tænari ventum, &* n *nitor*
Percuſſit oculos lucis ignotæ, * *nouos*
Reſumit animos vinctus, & vaſtas furens
Quaſſat catenas: penè victorem abſtulit,
Pronúmque retro vexit, & mouit gradu.
Tunc & meas o *reſpexit Alcides manus:*
p *Geminis vterque viribus tractum canem*
Ira furentem, & bella tentantem irrita
Intulimus orbi. vidit vt clarum æthera,
Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli,
q *Oborta nox eſt, lumina in terram dedit,*
Compreſſit oculos, & diē inuiſum expulit,
Aciemque retro flexit, atque r *omni petijt*
Ceruice terram: tum ſub Herculea caput
Abſcondit vmbra. Denſa ſed læto venit
Clamore a *turba, frontibus laurum gerens,*
Magnique meritas Herculis laudes canit.

h Catena è ſolido ferro. ſolidas enim duraſque res appellant Poetæ adamantinas, veluti ex adamante factas, *Quis Martem tunicâ tectum adamantinâ,* &c. Legitur etiam *Adamante texto vinxit.*

i Suarum virium & ſolitæ ferociæ.

k Agnoſcens Herc. ſui domitorem & dominum.

l Adulando in obſequium.

m Ad extremas & ſummas portas ſpeluncæ Tartaræ. ſup. verſ 586.

n Poſtquàm clara lux ſuperæ auræ ſuo fulgore Cerberi oculos huiuſmodi luci non aſſuetos perſtrinxit, reſumit priorem ferociam & indignans reluctatur. * Al. *honos.* Lipſius legit. *Lucis ignotæ bono, Reſumit animos,* hoc ſenſu. poſtquam Cerberus ſupera attigit, & lucis dulcedo ac bonum obiecta: luctatur, & vinci negat.

o Progreſſus ſibi mea ope & manu auxiliari opus eſſe.

p Herculis & meis. q Tenebris aſſueto calliginem induxit Sol, declinauit oculos ad terram, imò clauſit, ne lucem admitterent.

r Vel totâ ceruice, id eſt, peruicaciter: vel omni, id eſt, tripliçi ceruice.

a Chorus è plebe Thebanâ lauro in lætitiæ atque victoriæ ſignum coronatus canit.

CHORVS. THEBANORVM.

Chorus Herculis victoriam ex inferis reportatam canit, & cæteras illius laudes admiſcet.

Natus Euryſtheus [b] *properante partu,*
Iuſſerat [c] *mundi penetrare c fundũ:*
Deerat hoc ſolum numero laborum,
d *Tertiæ regem ſpoliare ſortis.*
Auſus eſt cæcos aditus inire,
Ducit ad manes via qua remotos
Triſtis, & ſilua metuenda nigra:
Sed [e] *frequens magna comitante turba.*
f *Quantus incedit populus per vrbes*
Ad noui ludos auidus theatri:
Quantus g *Eleum* * *coit ad Tonantem,*
h *Quinta cùm ſacrum* [i] *reuocauit,* k *æſtas:*
Quanta, cùm longæ redit hora noctis,
Creſcere & ſomnos cupiens quietos
Libra, Phœbeos tenet æqua currus,
Turba [l] *ſecretam Cererem frequentat.*
Et m *citi* n *tectis* [m] *properant* [n] *relictis*

b Cum Iupiter inter Diuos dixiſſet de die quo Hercules natus foret, cæteris illum dominaturum, qui eo die naſceretur: Iuno per Lucinam remorata Alcmenę partum, vxoris Stheneli regis Mycenarum partũ accelerauit, vnde natus eſt Euryſtheus ſeptimo menſe. c Medium terræ centrum, in quo inferos plerique locabant. d Plutonem, cui in Saturni patris poſſeſſionum diuiſione inferorum imperium ſorte obuenerat. e Frequentata magno deſcendentium numero.
f Non rarior quàm coit multitudo ad nouos ludos theatrales. 2. ad Olympica certamina. 3. ad Cereris ſacra. g Ad ludos in honorem Iouis Tonantis inſtitutos atque celebratos, prope Olympiam Elidis vrbem * Al. leg. *Ruit ad Tonantem.* Al. *currit ad.* ſed malè. h Quarto quidem expleto anno, quinto ineunte, neque enim Olympias vel luſtrum quinque abſolutos annos complectitur. i Feſtum Ioui celebrauit. k Annus vel æſtas confecta, Autumno iam cœpto, vbi longiores noctes & ſomnos reddit Sol in Libra ab Æquinoctio autumnali, *Libra dies ſomnique pares vbi fecerit.* l Myſtica Cereris Eleuſinæ ſacra ſup. verſ. 300.
m Myſtæ enim δᾳδοῦχοι facem accenſam tenentes currebant ad templum Cereris, priùs Eleuſin. n Per agros celebrabantur hæc Cerealia, & noctu. Attici enim diem à ſolis occaſu auſpicabantur.

Attici n *noctem celebrare myſtæ:*
o *Tanta per campos agitur ſilentes*
Turba: pars tarda gradiens ſenectæ,
Triſtis, & longa ſatiata vita:
p *pars adhuc currit, melioris æui,*
Virgines nondum poſitis ephebi,
b *Matris & nomen modò doctus infans:*
c *His datum ſolis, minùs vt timerent,*
Igne prælato releuare noctem.
d *Cæteri vadunt per opaca triſtes:*
Qualis eſt nobis animus, remota
Luce cùm mœſtus ſibi quiſque ſentit
* *Obrutum tota caput eſſe terra*
e *Stat chaos denſum, tenebræque turpes,*
Et color noctis f *malus, ac ſilentis*
Otium mundi, g *vacuæque nubes.*
Sera nos illò referat ſenectus.
Nemo ad id ſerò venit, vnde nunquam.
Cùm ſemel venit, potuit reuerti.

o Tanta multitudo frequētat viam ad inferos.

p Qui ſunt fortioris ætatis currere valent.

a Ephebi, qui nondum comam (quam, vt dignoſcerentur impuberes à puberibus aluerũt) detondebant, eamque pro more, numinis alicuius aræ conſecrabant.

b Qui iam primùm didicerat appellacerat appellare matrem, quàm modò mammam vocabat. vel, matris nomen pronuntiare. Infantúmque animæ flentes in limine primo, Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Virg. Æneid. 6. c His infantibus conceſſum præferre cereum vel candelam, quæ tenebras & timorem arceat, vt adultis facem. d Cæteri manes per loca illa obſcura deſcendunt, animo non minùs triſtes, quàm ſi quis noſtrum hic per tenebras præceps decideret in foueam ceu antrum profundum. * Alludit hic poëta ad loca ſubterranea ſimilia Cryptæ Neapolitanæ, quam ipſemet nobis deſcripſit Epiſtolâ LVII. *Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obſcurius quæ nobis præſtant, non vt per tenebras videamus, ſed vt ipſas*, &c. Quæ conſulantur: ex iis enim lux petenda eſt huic loco e Non mouentur confuſæ illius voraginis tenebræ denſæ & quaſi palpabiles.

f Tenebræ coloris expertes ſunt: nocti tamen Poëtæ tribuunt atrum colorem, qui doloris & luctus proprius eſt, malum appellant Romani *nigrum*. g Pluuiæ inanes, nubium tantùm ſimulachra.

Quid iuuat durum [h] *properare fatum?*
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes, faciétque inerti
Vela Cocyto. [k] *tibi creſcit omne,*
Et quod Occaſus videt, & quod Ortus:
Parce venturis; [k] *tibi, Mors, paramur:*
Sis licèt ſegnis, properamus ipſi:
Prima quæ vitam dedit hora, carpſit.
[l] *Thebis læta dies abeſt:*
[m] *Aras tangite ſupplices,*
Pingues cædite victimas:
Permiſtæ maribus nurus
Solemnes agitent [a] *choros:*
[a] *Ceſſent depoſito iugo*
Arui fertilis incolæ.
Pax eſt Herculea manu
[b] *Auroram inter & Heſperum:*
[c] *Et quà ſol medium tenens*
Vmbras corporibus negat.
Quodcunque abluitur ſolum
Longo [d] *Tethyos ambitu,*
Alcidæ domuit labor.
Tranſuectus vada Tartari
Pacatis redit inferis.
[e] *Iam nullus ſupereſt timor:*
Nil vltra iacet inferos.
[f] *Stantes* [g] *ſacrificus comas*

h Nos periculis obiiciẽdo, & fatis quaſi eundo obuiã.
i Omne humanum genus Stygiam paludem traiiciet.
k Neque aliud vita eſt quàm ad mortẽ via, *vt enim in vtero preparamur vitæ, ſic in hac vita illi loco, &c.* Sen. epiſt. 101.
l Θήβαις ἱερὸν φῶς. Eurip. Sed legitur etiam *Thebis læta dies abeſt.*
m Sacrificate: Supplicibus enim precantibus, ſacra facientibus, & iurantib. manu aras tãgere moris erat.
n Choreas, in ſacris enim ſaltare ſolitũ.
a Ferientur agricolæ à laboribus. b Ab Auroræ ortu ad occaſum veſperi, *ſupra verſ.* 35. i. Ab India ad mare Atlanticum. c Meridiem verſus, vbi Sol verticalis non reddit corporibus vmbram, vt in Syene ciuitate in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, directâ & perpendiculari lineâ ſub æſtiuo Tropico ſitâ, ſole in Cancro exiſtente, nulla de corporibus ſextâ horâ iactatur vmbra.
d Vxoris Oceani, prò mari. *Metonymicè.*
e Et ipſis inferis deuictis non eſt quod vltra timeamus. f Horrẽtes & arrectas, ſacerdote ſcil. afflato diuinitus in re diuinâ. g Sa-

Dilecta tege h *populo.*

crifice : Antiptoſ.

h Herculi ſacrâ, qua coronatus deſcendit ad inferos alij ferunt Herculem allâ à populo in ripa Acherontis inuentâ ſibi coronam contexuiſſe, Κρατὶ δ᾽ ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

ACTVS QVARTVS.

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

Hercules à cæde Lyci reuerſus, aduocatis Dijs ſacra facturus in furorem vertitur, & ὑπὸ μανιάδος νόσου τὰς φρένας διαστραφεὶς ſuam vxorem cum liberis occidit, deinde in ſomnum labitur.

Her. V*Ltrice dextra fuſus aduerſo Lycus*
i *Terram cecidit ore : tum quiſquis comes*
Fuerat tyranni, iacuit & pœnæ comes.
Nunc ſacra patri victor, & ſuperis feram,
Cæſiſque k *meritas victimis aras colam.*
Te, te, laborum ſocia, & adiutrix, precor,
l *Belligera Pallas, cuius in læua ciet*
a *Ægis feroces ore ſaxifico minas.*
Adſit b *Lycurgi domitor, &* c *rubri maris,*
Tectam virenti d *cuſpidem thyrſo gerens:*
Geminúmque numen, Phœbus & e *Phœbi ſoror,*
Soror ſagittis aptior, e *Phœbus lyræ;*

i Γαῖαν ὀδὰξ ἕλη.

k Deorum ſic meritorum.

l Quã belli & conſilij Deam (vt quę clypeo & haſtâ armata è Iouis cerebro ſit nata) Hercules in omni certamine præſentem habuit, ducē, præſidem, auxiliatricem.

a Vide Agamem. v 524.

b Bacchus, qui Lycurgi Thraciæ regis vires omnes è Thracia in Bacchi odiũ excindere conantis falcem in ſua crura conuertit, illique furorem immiſit, quo correptus vxorem & liberos trucidauit, ipſe denique à pantheris in Rhodope dilaniatus eſt. c Quòd Bacchus tranſuectus Indiam primus deuicit. Thyeſt. verſ. 370. d Pampinis inuolutam haſtam, ſupra verſ. 472. e Diana ſemper venatrix. Apollo Arcitenens & ἑκηβόλος; ſed lyræ ſibi à Mercurio donatæ ſæpè vacans: Muſarum. ſc. præſidio celebris.

[f] Fraterque quiſquis incolit cœlum meus;
Non ex nouerca frater; [g] adhuc appellite
Greges [h] opimos. [i] quidquid Indorum ſeges,
Arabeſque [k] odoris quidquid arboribus legunt,
Conferte in aras; [l] pinguis exundet vapor.
[m] Populea noſtras arbor exornet comas:
Te ramus oleæ fronde [n] gentili tegat,
Theſeu: Tonantem noſtra adorabit manus.
TH. *[o] Dij [p] conditores vrbis, & [q] ſilueſtria*
Trucis antra Zethi, nobiles [r] Dirces aquas,
Laremque regis aduenæ Tyrium [ſ] colens,
Date thura flammis. AMP. *Nate, [t] manantes prius*
Manus cruenta cæde & hoſtili expia.
HER. *Vtinam cruorem [u] capitis inuiſi Deis*
Libare poſſem, gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras. Victima haud vlla amplior
Poteſt, magiſque opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus. AMP. *[x] Finiat genitor tuos*

f Et quicunq; indigetes Iouis filij ſunt, ſed non ex Iunone.

g Admouete huc, ô famuli, victimas pinguiores, è quibus—

h —Oues *lectæ*, porci *eximij*, boues *egregij* dicebãtur, vel opimi.

i Quicquid aromatum vel thuris præbet India terra ferax, & Arabia.

k Odoriferis arboribus Oedip. verſ. 119.

l E victimis incenſis pinguis vapor, id eſt, *κνίσσος* exũdet. *vel* thꝰ pingue.

m Sup. v. 893.

n Theſeus enim rex Athenarũ. Olea autem eiuſdem vrbis propria eſt; vtpote pacis ſymbolum, nata in contentione Palladis cum Neptuno de nomine & tutela vrbis. *Alij* leg *Qui*, &c. & poſtea. *colis*, *Date thura flammis*. p. Cadme, qui Iouis monitu primus Thebas condidiſti, & Amphion, qui teſtudinis à Mercurio donatæ ſono ſaxa ad arcis Thebanæ conſtructionem traxiſti.

q Speluncas Cithæronis Bœotiæ montis, quo Dirces vinculis ſoluta Antiope fugiens peperit enutriuítque Zethum agreſtem, immanem, *ἄμουσον*, cum fratre Amphione. *alij leg Ceti*, *vt ſit antrum immanis illius ſerpentis; & ingentis inſtar Ceti* à Cadmo cæſi ſupra verſ. 259. r Vide Theb verſ. 126. ſ Et colens id eſt, qui colis larem regis Cadmi à Tyro huc aduecti quæſitum ſororem Europam. t Nam *ſacra manus à cæde recentes Attrectare nefas, donec te flumine viuo Ablueris*. u Tyranni. x Precare vt Iupiter finem tandem ſta-

Opes

Opta labores: detur aliquando ocium,
Quieſque feſſis. Her. *Ipſe concipiam preces,*
Ioue, méque dignas. y *Stet ſuo cælum loco,*
Telluſque & æther: aſtra inoffenſos agant
Æterna curſus; alta pax gentes alat:
a *Ferrum omne teneat ruris innocui labor,*
Enſéſque lateant: nulla tempeſtas fretum
Violenta turbet: nullus irato Ioue
Exſiliat b *ignis: nullus hyberna niue*
Nutritus c *agros amnis euerſos trahat:*
Venena ceſſent: nulla nocituro grauis
Succo tumeſcat herba; non ſæui ac truces
Regnent tyranni. Si quod etiamnum eſt ſcelus
Latura tellus, d *properet; & ſi quòd parat*
Monſtrum, d *meum ſit.* e *Sed quid hoc? medium diem*
Cinxere tenebræ; f *Phœbus obſcuro meat*
Sine nube vultu. quis diem g *retro fugat,*
Agitque in ortus? h *vnde nox atrum caput*
Ignota profert? vnde tot ſtellæ polum
Implent diurnæ? i *primus en noſter labor*
Cœli refulget parte non minima Leo,
Iráque totus feruet, & morſus parat;
Iam rapiet aliquod ſidus; ingenti minax
Stat ore, & ignes efflat, * *& rutila iubam*
Ceruice iactat, quidquid autumnus k *grauis,*

tuat tuis laboribus.
y *Vota hæc concepit ac pronunciat Hercules.* Conſtans & inuiolata maneat mundi machina.
a Nullus ſit ferri vſus niſi in agro colendo, in ruſtica inſtrumenta conflentur arma omnia.
b Fulmen.
c Sata & agrorũ prouentus.
d Me adhuc viuo, me mõſtrorum domitore qui illa deleam.
e Arrogãtiam hanc Herculis excipit furor, quo correptus videtur quæ nõ ſunt videre.
f Obſcuratur ſol, nulla tamẽ nube interpoſita.
g Orientem verſus.
h A qua cœlĩ parte? *vel* vnde ſit vt media die oriatur noctis facies, ſtellæq; appareãt. i Ecce Leo Cleonæ, qui mihi è laboribus primus, iã verò in Zodiaco poſitus, minax & iubã ſtellis rutilã iactãs vno ſaltu trãſmittet tria ſigna Autũnalia, tria Hyemalia, ac duo verna, in Taurũ ſignũ vernale impetũ facturus. * Al. leg. *et rutilat, iubam Ceruice iactans.* k Fœcundus fructibus. vel, febrium cohorte grauis.

Hyemſque gelido frigida ſpatio refert,
Vno impetu tranſiliet; & verni petet
Frangetque Tauri colla. Am. *Quod ſubitum hoc malum eſt?*
Quò, nate, vultus huc & huc acres refers?
l *Aciéque falſum turbida cœlum vides?*
Her. m *Perdomita tellus, tumida ceſſerunt freta,*
Inferna noſtros regna ſenſere impetus:
Immune cœlum eſt, dignus Alcida labor.
In alta mundi ſpatia ſublimis ferar,
Petatur æther, a *aſtra promittit pater.*
Quid ſi negaret? b *non capit terra Herculem,*
Tandemque c *ſuperis reddit. en vltro vocat*
Omnis deorum cœtus, & laxat fores,
d *Vnâ vetante* e *recipis, & reſeras polum?*
An contumacis ianuam mundi traho?
Dubitatur etiam? f *vincla Saturno exuã,*
Contráque g *patris impij* h *regnum impótens*
Auum reſoluam. bella i *Titanes parent*

l Veluti caligát oculi à ſublato de ventriculo vapore: ita vbi halitus turbidi ab atra bile ſurſũ feruntur concipiunturque in cerebri venis, imaginatio lęditur, vnde falsò iudicant ſenſationes: & inſequitur θεωρίδης παραφροσύνη & μελαγχολία, quæ tamen ſũmis ingeniis plerunque accidit, ſic Herculi cœlũ falſum. i. obſcurum apparebat cũ ſudũ eſſet.
m Terra, mari, inferis deuictis reſtat cœlum viribus meis intentatum, quod opus cũ labore meo dignum ſit, proximè aggrediar. a Sup. v. 23. b Non eſt capax mei, nihil habet amplius circa quod verſetur labor meus, Imitatur Varronis illud apud Nonium de Hercule, *Iccirco quem terra non cepit, cælum recepit.* c *Vel* quia, Ioue genitum. *Vel*, ex diſciplina Platonicorum qui animas in cœlis priùs fuiſſe cenſebant, quàm in corpora demitterentur. d Iunone. — e — Ad quam furens conuertit ſermonem, inquiens; vtrum reſerabis cœlum, ô Iuno, méque recipies? an mauis me obſtantis indignantiſque cœli ianua diffracta per vim intrare? f Ni facias, Saturnum auum vinculis illi à filio Ioue iniectis exuam, vt regnum à Ioue occupatum repetat. g Patris mei, id eſt, Iouis in patrem ſuum impij. h Regnum inſolenter occupatum. Tyrannidem. i Titanis filii, qui paterni regni (quo Titanem expulerat Saturnus) recuperandi cauſa contra Iouem bella mouerunt. ſup. verſ. 79.

Me duce ferẽtes: * *ſaxa cum ſiluis traham,*
Rapiamque dextrâ plena Centaurus iuga:
Iam [m] *monte gemino limitem ad ſuperos agam.*
Videat ſub [l] *Oſſa* [n] *Pelion* [o] *Chiron* [p] *ſuũ:*
In cœlum Olympus tertio poſitus gradu
Perueniet, aut mittetur. Am. *Infandos procul*
Auerte ſenſus: pectoris ſani parum,
[q] *Magni tamen, compeſce dementẽ impetũ.*
Her. [r] *Quid hoc? gigantes arma* [ſ] *peſtiferi mouent:*
[t] *Profugit vmbras Tityus, ac* [u] *lacerũ gerẽs*
Et inane pectus, [x] *quàm propè à cœlo ſtetit?*
Labat [y] *Cithæron alta* [z] *Pallene tremit,*
Marcéntq; [a] *Tempe. rapuit hic Pindi iuga.*
Hic rapuit Oëten. ſæuit [b] *horrendum* [c] *Mimas.*
[d] *Flammifera Erynnis* [e] *verbere excuſſo ſonat,*
[f] *Rogiſque aduſtas propiùs ac propiùs ſudes*
In ora tendit. ſæua [g] *Tiſiphone caput*
Serpentibus vallata, poſt raptum canem,
Portam vacantem clauſit oppoſitâ face.

* Al leg. *Saxa cum ſyluis ferã*. Et lepidiùs profectò dicat ſe laturum rupes ſylueſtres, quàm tracturum, quamuis etiã ferre dici potuit, pro auferre.

l Mõtes Theſſaliæ, quos incolunt Centauri ſup. verſ. 777.

m Iter & aſcenſum ad cœlum ſtruam iniecto Pelio Oſſæ, & huic tertium ſuperſtruam gradũ Olympũ, qui ſi ad cœlum non perueniat, montem ego illum in cœlũ iaculabor.

n Mon. Theſſaliæ o E Centauris iuſtiſſimus, qui in cœlum tranſtratus, Sagittarius eſt. Thyeſt. 859.

p Montem, quem ipſe incoluerat q Vt vt magni.

r *Imaginatur ſe videre Gigantes bella Ioui inferentes.*

ſ Pernicioſi, anguipedes. t Ruptis vinculis aufugit ex inferis Tityus, de quo ſupra verſ. 755. u Laniatum & exeſum iecur verſ. 1106. x Quàm propè cœlum contigit?

y Bœotiæ mons. z Vrbs Thraciæ. a Supra verſ. 285.

b Horrendè. c Gigas. d Face armata furia.

e Flagello. f Intentat faces in rogis accenſas.

g Vltrix furia anguibus crinita loco Cerberi à me rapti ianuam cuſtode vacantem oppoſitâ face defendit.

Sed ecce [h] *proles regis inimici latet,*
Lyci nefandum ſemen : *inuiſo patri*
Hæc dextra [i] *iam vos reddet. excutiat leues*
[k] *Neruus ſagittas tela* [l] *ſic mitti decet*
Herculea. Am. [m] *Quò ſe cæcus inuergit furor?*
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetrámque ſoluit: ſtridet emiſſa impetu
Arundo, medio ſpiculum collo fugit
Vulnere relicto. Her. [f] *Cæteram prolem eruam,*
Omnéſque latebras. quid moror? maius mihi
Bellum Mycenis reſtat: vt [g] *Cyclopea*
Euerſa manibus ſaxa noſtris concidant;
Huc eat & illuc aula diſiecto obice,
Rumpátque poſtes. columẽ impulſum labet.
Procumbat omnis regia. [h] *hic video abditum*
Gnatum ſceleſti patris. Am. *En, blandas manus*
Ad [i] *genua tendens, voce miſerãda rogat.*
Scelus nefandum, triſte, & aſpectu horridum,
[k] *Dextra precantem rapuit, & circà furẽs,*
Bis ter rotatum miſit: aſt illi caput
Sonuit: cerebro tecta diſperſo madent:

h Hercules filios ſuos quos pernicioſo furore correptus Lyci eſſe exiſtimat, interimit. i Demittet vos in Orcum ad patrem à me cæſum. k Chorda arc⁹. l Non à ſcopo propoſito aberrantia verũ quodcũq; minabuntur, feriẽtia vid. Oeteum v. 1652. m *Amph. Herculẽ è ſcena ne pueros corã trucidet exeuntem inſequitur obſeruaturus quid agat; redit, narrátque quid intus geſtum ſit.* f Priùs hîc omnia loca abdita ſcrutabor, deinde excindam Mycenas, & vlciſcar Euryſtheum regem Mycenarũ, qui mihi tot dura imperauit. g Mycenæ Cyclopum opus perhibentur, eorum, qui turrium conſtruendarum inuentores feruntur, numero ſeptem è Lycia: ἵνα τείχεα λάϊνα κυκλώπια οὐράνια νέμονται. Eurip. Troad. verùm omnia magnæ molis opera Cyclopum credebãtur, *Mœnia magna vides, manibus fabricata Cyclopum* h *Alterum è liberis ſuis comprehendit, receditque è ſcena* i Vide Troad verſ. 689. k *Introſpiciens Amphitryon narrat quàm miſerandâ morte perierit puer à patre circumactus. & parieti alliſus.*

At [l] *miſera paruum protegens natum ſinu*
Megara, furenti ſimilis è latebris fugit.
Her. [m] *Licet Tonantis profuga condaris ſinu,*
Petet vndecũq; temet hac dextra, & feret.
Am. *Quò miſera pergis? quam fugam, aut latebras petis?*
Nullus ſalutis Hercule infenſo eſt locus:
Amplectere ipſum potius, & blanda prece
Lenire tenta. Me. *Parce iã, coniux, precor,*
Agnoſce [a] *Megaram; natus hic* [b] *vultus tuos,*
Habitúſque reddit: [c] *cernis, vt tendat manus?*
Her. [d] *Teneo nouercam:* [e] *ſequere,* [f] *da pœnas mihi,*
[g] *Iugóque preſſum libera turpi Iouem.*
Sed [h] *ante matrem paruulum hoc monſtrum auferam.*
Me. *Quò tendis amens?* [i] *ſanguinem fundes tuum?*
Am. [k] *Pauefactus infans* [l] *igneo vultu patris*
[m] *Perit ante vulnus:* [m] *ſpiritum rapuit timor.*
In coniugem nunc claua libratur grauis.
Perfregit oſſa: corpori [n] *trunco caput*

l *Megara infãtem cõplexa fugit è penetralibus quibus latitarat, quam inſequitur Hercules, per furorẽ Iunonem eam eſſe putans.*

m Confugias licèt in cõplexum Iouis tui, ego te inſequutus inde eripiam.

a Me vxorem tuam.

b Filius hic facie & corpore te patrẽ ſuum refert, cũ meæ pudicitiæ argumentum, tũ cauſa ſatis digna cur & ipſi parcas.

c Cernis vt ad te tendat manus ſupplices?

d *Videtur ſibi Iunonem tenere.*

e Filios tuos ad necem vel me trahentem. *Arr ouétque è ſcenâ intus digna geri.*

f Tot laborum mihi imperatorum, odiique tui in me g Zelotypæ & rixoſæ coniugio. h *Vel* in conſpectu matris. *Vel* priuſquã matrem interficiam. i Filium, quem ipſe genuiſti. k Vide quæ ad v. 991. & vide 1004. l Ardentibus & ſcintillantibus Herc furioſi oculis. *Et igneo quodam ſplendore radiaſſe Herc. oculos tradidit Ion. Chius.* m Timore expirauit infans, antequam percuſſus ſit. n Detruncato.

CHORVS. THEBANORVM.

Chorus Herculis victoriam ex inferis reportatam canit, & cæteras illius laudes admiſcet.

NAtus Euryſtheus [b] properante partu,
Iuſſerat [c] mundi penetrare [e] fundũ:
Deerat hoc ſolum numero laborum,
[d] Tertiæ regem ſpoliare ſortis.
Auſus eſt cæcos aditus inire,
Ducit ad manes via qua remotos
Triſtis, & ſilua metuenda nigra:
Sed [e] frequens magna comitante turba.
[f] Quantus incedit populus per vrbes
Ad noui ludos auidus theatri:
Quantus [g] Eleum * coit ad Tonantem,
[h] Quinta cùm ſacrum [i] reuocauit, [k] æſtas:
Quanta, cùm longæ redit hora noctis,
Creſcere & ſomnos cupiens quietos
Libra, Phœbeos tenet æqua currus,
Turba [l] ſecretam Cererem frequentat.
Et [m] citi [n] tectis [m] properant [n] relictis

b Cum Iupiter inter Diuos dixiſſet de die quo Hercules natus foret, cæteris illum dominaturum, qui eo die naſceretur: Iuno per Lucinam remorata Alcmenę partum, vxoris Stheneli regis Mycenarum partũ accelerauit, vnde natus eſt Euryſtheus ſeptimo menſe. c Medium terræ centrum, in quo inferos plerique locabant. d Plutonem, cui in Saturni patris poſſeſſionum diuiſione inferorum imperium ſorte obuenerat. e Frequentata magno deſcendentium numero.
f Non rarior quàm coit multitudo ad nouos ludos theatrales. 2. ad Olympica certamina. 3. ad Cereris ſacra. g Ad ludos in honorem Iouis Tonantis inſtitutos atque celebratos, prope Olympiam Elidis vrbem * Al. leg. *Ruit ad Tonantem*. Al. *currit ad*. ſed malè. h Quarto quidem expleto anno, quinto ineunte, neque enim Olympias vel luſtrum quinque abſolutos annos complectitur. i Feſtum Ioui celebrauit. k Annus vel æſtas confecta, Autumno iam cœpto, vbi longiores noctes & ſomnos reddit Sol in Libra ab Æquinoctio autumnali, *Libra dies ſomnique pares vbi fecerit.* l Myſtica Cereris Eleuſinæ ſacra ſup. verſ. 300.
m Myſtæ enim δᾳδοῦχοι facem accenſam tenentes currebant ad templum Cereris, priùs Eleuſin. n Per agros celebrabantur hæc *Cerealia*, & noctu. Attici enim diem à ſolis occaſu auſpicabantur.

Attici [n] *noctem celebrare myſtæ:*
o *Tanta per campos agitur ſilentes*
Turba: pars tarda gradiens ſenectæ,
Triſtis, & longa ſatiata vita:
p *pars adhuc currit, melioris æui,*
Virgines nondum poſitis ephebi,
b *Matris & nomen modò doctus infans:*
c *His datum ſolis, minùs vt timerent,*
Igne prælato releuare noctem.
d *Cæteri vadunt per opaca triſtes:*
Qualis eſt nobis animus, remota
Luce cùm mœſtus ſibi quiſque ſentit
* *Obrutum tota caput eſſe terra*
e *Stat chaos denſum, tenebræque turpes,*
Et color noctis [f] *malus, ac ſilentis*
Otium mundi, g *vacuæque nubes.*
Sera nos illò referat ſenectus.
Nemo ad id ſerò venit, vnde nunquam.
Cùm ſemel venit, potuit reuerti.

o Tanta multitudo frequẽtat viam ad inferos

p Qui ſunt fortioris ætatis currere valent.

a Ephebi, qui nondum comam (quam, vt dignoſcerentur impuberes à puberibus aluerũt) detondebant, eamque pro more, numinis alicuius aræ conſecrabant.

b Qui iam primùm didicerat appella- cerat appellare matrem, quàm modò mammam vocabat. vel, matris nomen pronuntiare. Infantúmque animæ flentes in limine primo, Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Virg. Æneid. 6. c His infantibus conceſſum præferre cereum vel candelam, quæ tenebras & timorem arceat, vt adultis facem. d Cæteri manes per loca illa obſcura deſcendunt, animo non minùs triſtes, quàm ſi quis noſtrum hic per tenebras præceps decideret in foueam ceu antrum profundum. * Alludit hic poëta ad loca ſubterranea ſimilia Cryptæ Neapolitanæ, quam ipſemet nobis deſcripſit Epiſtolâ LVII. *Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obſcurius quæ nobis præſtant, non vt per tenebras videamus, ſed vt ipſas*, &c. Quæ conſulantur: ex iis enim lux petenda eſt huic loco e Non mouentur confuſæ illius voraginis tenebræ denſæ & quaſi palpabiles.

f Tenebræ coloris expertes ſunt: nocti tamen Poëtæ tribuunt atrum colorem, qui doloris & luctus proprius eſt, malum appellant Romani *nigrum*. g Pluuiæ inanes, nubium tantùm ſimulachra.

Quid iuuat durum h *properare fatum?*
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes, faciétque inerti
Vela Cocyto. k *tibi creſcit omne,*
Et quod Occaſus videt, & quod Ortus:
Parce venturis; k *tibi, Mors, paramur:*
Sis licèt ſegnis, properamus ipſi:
Prima quæ vitam dedit hora, carpſit.
l *Thebis læta dies abeſt:*
m *Aras tangite ſupplices,*
Pingues cædite victimas:
Permiſtæ maribus nurus
Solemnes agitent n *choros:*
a *Ceſſent depoſito iugo*
Arui fertilis incolæ.
Pax eſt Herculea manu
b *Auroram inter & Heſperum:*
c *Et quà ſol medium tenens*
Vmbras corporibus negat.
Quodcunque abluitur ſolum
Longo d *Tethyos ambitu,*
Alcidæ domuit labor.
Tranſuectus vada Tartari
Pacatis redit inferis.
e *Iam nullus ſupereſt timor:*
Nil vltra iacet inferos.
f *Stantes* g *ſacrificus comas*

h Nos periculis obiiciēdo, & fatis quaſi eundo obuiā.
l Omne humanum genus Stygiam paludem traiiciet.
k Neque aliud vita eſt quàm ad mortē via, *vt enim in vtero præparamur vitæ, ſic in hac vita illi loco, &c.* Sen. epiſt. 101.
l Θήβαις ἱερὸν φῶς. Eurip. Sed legitur etiam *Thebis læta dies abeſt.*
m Sacrificate: Supplicibus enim precantibus, ſacra facientibus, & iurantib. manu aras tāgere moris erat.
n Choreas, in ſacris enim ſaltare ſolitū.
a Ferientur agricolæ à laboribus.
b Ab Auroræ ortu ad occaſum veſperi, *ſupra verſ.* 35. i. Ab India ad mare Atlanticum. c Meridiem verſus, vbi Sol verticalis non reddit corporibus vmbram, vt in Syene ciuitate in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, directâ & perpendiculari lineâ ſub æſtiuo Tropico ſitâ, ſole in Cancro exiſtente, nulla de corporibus ſextâ horâ iactatur vmbra.
d Vxoris Oceani, pro mari. *Metonymicè.*
e Et ipſis inferis deuictis non eſt quod vltra timeamus. f Horrētes & arrectas, ſacerdote ſcil. afflato diuinitus in re diuinâ. g Sa-

Dilecta tege h *populo.*

crifice : Antiptoſ.

h Herculi ſacrâ, qua coronatus deſcendit ad inferos alij ferunt Herculem albâ populo in ripa Acherontis inuentâ ſibi coronam contexuiſſe, Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

ACTVS QVARTVS.

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

Hercules à cæde Lyci reuerſus, aduocatis Dijs ſacra facturus in furorem vertitur, & ὑπὸ μανιάδος νόσου τὰς φρένας διαςραφεὶς ſuam vxorem cum liberis occidit, deinde in ſomnum labitur.

Her. *VLtrice dextra fuſus aduerſo Lycus*
i *Terram cecidit ore : tum quiſquis comes*
Fuerat tyranni, iacuit & pœnæ comes.
Nunc ſacra patri victor, & ſuperis feram,
Cæſiſque k *meritas victimis aras colam.*
Te, te, laborum ſocia, & adiutrix, precor,
l *Belligera Pallas, cuius in læua ciet*
a *Ægis feroces ore ſaxifico minas.*
Adſit b *Lycurgi domitor, &* c *rubri maris,*
Tectam virenti d *cuſpidem thyrſo gerens:*
Geminúmque numen, Phœbus & e *Phœbi ſoror,*
Soror ſagittis aptior, e *Phœbus lyræ;*

i Γαῖαν ὀδοῦσιν ἕλῃ.
k Deorum ſic meritorum.
l Quã belli & conſilij Deam (vt quę clypeo & haſtâ armata è Iouis cerebro ſit nata) Hercules in omni certamine præſentem habuit, ducẽ, præſidem, auxiliatricem.
a Vide Agamem. v. 524.

b Bacchus, qui Lycurgi Thraciæ regis vires omnes è Thracia in Bacchi odiũ excindere conantis falcem in ſua crura conuertit, illique furorem immiſit, quo correptus vxorem & liberos trucidauit, ipſe denique à pantheris in Rhodope dilaniatus eſt. c Quòd Bacchus tranſuectus Indiam primus deuicit. Thyeſt. verſ. 370. d Pampinis inuolutam haſtam, ſupra verſ. 472. e Diana ſemper venatrix. Apollo Arcitenens & ἑκηβόλος; ſed lyræ ſibi à Mercurio donatæ ſæpè vacans: Muſarum, &c. præſidio celebris.

[f] *Fraterque quiſquis incolit cœlum meus;*
Non ex nouerca frater; [g] *adhuc appellite*
Greges [h] *opimos.* [i] *quidquid Indorum ſe-*
ges,
Arabéſque [k] *odoris quidquid arboribus le-*
gunt,
Conferte in aras; [l] *pinguis exundet vapor.*
[m] *Populea noſtras arbor exornet comas:*
Te ramus oleæ fronde [n] *gentili tegat,*
Theſeu: Tonantem noſtra adorabit manus.
Th. [o] *Dij* [p] *conditores vrbis, &* [q] *ſilue-*
ſtria
Trucis antra Zethi, nobiles [r] *Dirces aquas,*
Larémque regis aduena Tyrium [ſ] *colens,*
Date thura flammis. Amp. *Nate,* [t] *ma-*
nantes prius
Manus cruenta cæde & hoſtili expia.
Her. *Vtinam cruorem* [u] *capitis inuiſi Deis*
Libare poſſem, gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras. Victima haud vlla amplior
Poteſt, magíſque opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus. Amp. [x] *Finiat genitor*
tuos

f Et quicunq; indigetes Iouis filij ſunt, ſed non ex Iunone.
g Admouete huc, ô famuli, victimas pinguiores, è quibus—
h — Oues *lectæ*, porci *eximij*, boues *egregij* dicebantur, vel opimi.
i Quicquid aromatum vel thuris præbet India terra ferax, & Arabia.
k Odoriferis arboribus Oedip. verſ. 119.
l E victimis incenſis pinguis vapor, id eſt, *πίονες* exũdet. *vel* thꝰ pingue.
m Sup. v. 893.

n Theſeus enim rex Athenarũ. Olea autem eiuſdem vrbis propria eſt; vtpote pacis ſymbolum, nata in contentione Palladis cum Neptuno de nomine & tutela vrbis. *Alij* leg *Qui*, &c. & poſtea. *colis*, *Date thura flammis.* p. Cadme, qui Iouis monitu primus Thebas condidiſti, & Amphion, qui teſtudinis à Mercurio donatæ ſono ſaxa ad arcis Thebanæ conſtructionem traxiſti.
q Speluncas Cithæronis Bœotiæ montis, quo Dirces vinculis ſoluta Antiope fugiens peperit enutriuítque Zethum agreſtem, immanem, ἄμουσον, cum fratre Amphione. *alij leg Ceti, vt ſit antrum immanis illius ſerpentis; & ingentis inſtar Ceti* à Cadmo cæſi ſupra verſ. 259. r Vide Theb verſ. 126. ſ Et colens id eſt, qui colis larem regis Cadmi à Tyro huc aduecti quæſitum ſororem Europam. t Nam *ſacra manus à cæde recentes Attrectare nefas, donec te flumine viuo Ablueris.* u Tyranni. x Precare vt Iupiter finem tandem ſta-

Opes

Opta labores: detur aliquando ocium,
Quieſque feſſis. Her. *Ipſe concipiam preces,*
Ioue, méque dignas. y *Stet ſuo cœlum loco,*
Telluſque & æther: aſtra inoffenſos agant
Æterna curſus; alta pax gentes alat:
a *Ferrum omne teneat ruris innocui labor,*
Enſéſque lateant: nulla tempeſtas fretum
Violenta turbet: nullus irato Ioue
Exſiliat [b] *ignis: nullus hyberna niue*
Nutritus c *agros amnis euerſos trahat:*
Venena ceſſent: nulla nocituro grauis
Succo tumeſcat herba; non ſæui ac truces
Regnent tyranni. Si quod etiamnum eſt ſcelus
Latura tellus, [d] *properet; & ſi quod parat*
Monſtrum, d *meum ſit.* e *Sed quid hoc? medium diem*
Cinxere tenebræ; f *Phœbus obſcuro meat*
Sine nube vultu. quis diem g *retro fugat,*
Agítque in ortus? h *vnde nox atrum caput*
Ignota profert? vnde tot ſtellæ polum
Implent diurna? i *primus en noſter labor*
Cœli refulget parte non minima Leo,
Iráque totus feruet, & morſus parat;
Iam rapiet aliquod ſidus; ingenti minax
Stat ore, & ignes efflat, * *& rutila iubam*
Ceruice iactat, quidquid autumnus k *grauis,*

tuat tuis laboribus.
y *Vota hæc concepit ac pronunciat Hercules.*
Conſtans & inuiolata maneat mundi machina.
a Nullus ſit ferri vſus niſi in agro colendo, in ruſtica inſtrumenta conflentur arma omnia.
b Fulmen.
c Sata & agrorũ prouentus.
d Me adhuc viuo, me mõſtrorum domitore qui illa deleam.
e Arrogãtiam hanc Herculis excipit furor, quo correptus videtur quæ nõ ſunt videre.
f Obſcuratur ſol, nulla tamẽ nube interpoſita.
g Orientem verſus.
h A qua cœlĩ parte? *vel* vnde ſit vt media die oriatur noctis facies, ſtellæq; appareãt. i Ecce Leo Cleonæ, qui mihi è laboribus primus, iã verò in Zodiaco poſitus, minax & iubã ſtellis rutilã iactãs vno ſaltu trãſmittet tria ſigna Autũnalia, tria Hyemalia, ac duo verna, in Taurũ ſignũ vernale impetũ facturus. * Al. leg *& rutilat, iubam Ceruice iactans.* k Fœcundus fructibus. vel, febrium cohorte grauis.

Hyemſque gelido frigida ſpatio refert;
Vno impetu tranſiliet; & verni petet
Frangetque Tauri colla. Am. *Quod ſubitum hoc malum eſt?*
Quò, nate, vultus huc & huc acres refers?
l *Aciéque falſum turbida cœlum vides?*
Her. m *Perdomita tellus, tumida ceſſerunt freta,*
Inferna noſtros regna ſenſere impetus:
Immune cœlum eſt, dignus Alcidæ labor.
In alta mundi ſpatia ſublimis ferar;
Petatur æther, a *aſtra promittit pater.*
Quid ſi negaret? b *non capit terra Herculem,*
Tandemque c *ſuperis reddit. en vltro vocat*
Omnis deorum cœtus, & laxat fores;
d *Vnâ vetante* e *recipis, & reſeras polum?*
An contumacis ianuam mundi traho?
Dubitatur etiam? f *vincla Saturno exuã,*
Contráque g *patris impij* h *regnum impotens*
Auum reſoluam. bella i *Titanes parent*

l Veluti caligãt oculi à ſublato de ventriculo vapore: ita vbi halitus turbidi ab atra bile ſurſũ feruntur concipiunturque in cerebri venis, imaginatio læditur, vnde falsò iudicant ſenſationes: & inſequitur διανοίας παραφροσύνη & μελαγχολία, quæ tamen ſũmis ingeniis plerunque accidit, ſic Herculi cœlũ falſum.i. obſcurum apparebat cũ ſudũ eſſet.

m Terra, mari, inferis deuictis reſtat cœlum viribus meis intentatum, quod opus cũ labore meo dignum ſit, proximè aggrediar. a Sup.v.23. b Non eſt capax mei, nihil habet amplius circa quod verſetur labor meus, Imitatur Varronis illud apud Nonium de Hercule, *Ideirco quem terra non cepit, cœlum recepit.* c *Vel* quia, Ioue genitum. *Vel*, ex diſciplina Platonicorum qui animas in cœlis priùs fuiſſe cenſebant, quàm in corpora demitterentur. d Iunone.—e—Ad quam furens conuertit ſermonem, inquiens; vtrum reſerabis cœlum, ô Iuno, méque recipies? an mauis me obſtantis indignantiſque cœli ianuas diffracta per vim intrare? f Ni facias, Saturnum auum vinculis illi à filio Ioue iniectis exuam, vt regnum à Ioue occupatum repetat. g Patris mei, id eſt, Iouis in patrem ſuum impij. h Regnum inſolenter occupatum. Tyrannidem. i Titanis filii, qui paternì regni (quo Titanem expulerat Saturnus) recuperandi cauſa contra Iouem bella mouerunt. ſup. verſ. 79.

Me duce ferētes: * *ſaxa cum ſiluis traham,*
Rapiámque dextrâ plena Centaurus iuga:
Iam m *monte gemino limitem ad ſuperos agam.*
Videat ſub n *Oſſa* n *Pelion* o *Chiron* p *ſuū:*
In cœlum Olympus tertio poſitus gradu
Perueniet, aut mittetur. Am. *Infandos procul*
Auerte ſenſus: pectoris ſani parum,
q *Magni tamen, compeſce dementē impetū.*
Her. r *Quid hoc? gigantes arma* ſ *peſtiferi mouent:*
t *Profugit vmbras Tityus, ac* u *lacerū gerēs*
Et inane pectus, x *quàm propè à cœlo ſtetit?*
Labat y *Cithæron alta* z *Pallene tremit,*
Marcéntq; a *Tempe. rapuit hic Pindi iuga.*
Hic rapuit Oëten. ſæuit b *horrendum* c *Mimas.*
d *Flammifera Erynnis* e *verbere excuſſo ſonat,*
f *Rogiſque aduſtas propiùs ac propiùs ſudes*
In ora tendit. ſæua g *Tiſiphone caput*
Serpentibus vallata, poſt raptum canem,
Portam vacantem clauſit oppoſitâ face.

* Al leg. *Saxa cum ſyluis ferā*. Et lepidiùs profectò dicat ſe laturum rupes ſylueſtres, quàm tracturum, quamuis etiā ferre dici potuit, pro auferre.

l Mōtes Theſſaliæ, quos incolunt Centauri ſup. verſ. 777.

m Iter & aſcenſum ad cœlum ſtruam iniecto Pelio Oſſæ; & huic tertium ſuperſtruam gradū Olympū, qui ſi ad cœlum non perueniat; montem ego illum in cœlū iaculabor.

n Mon. Theſſaliæ. o E Centauris iuſtiſſimus, qui in cœlum tranſtratus, Sagittarius eſt. Thyeſt. 859.

p Montem, quem ipſe incoluerat. q Vt vt magni.

r *Imaginatur ſe videre Gigantes bella Ioui inferentes.*

ſ Pernicioſi, anguipedes. t Ruptis vinculis aufugit ex inferis Tityus, de quo ſupra verſ. 755. u Laniatum & exeſum iecur verſ. 1106. x Quàm propè cœlum contigit?

y Bœotiæ mons. z Vrbs Thraciæ. a Supra verſ. 285.

b Horrendè. c Gigas. d Face armata furia.

e Flagello. f Intentat faces in rogis accenſas.

g Vltrix furia anguibus crinita loco Cerberi à me capti ianuam cuſtode vacantem oppoſitâ face defend.t.

Sed ecce h *proles regis inimici latet,*
Lyci nefandum ſemen : *inuiſo patri*
Hæc dextra i*am vos reddet. excutiat leues*
k *Neruus ſagittas tela* l *ſic mitti decet*
Herculea. Am. m *Quò ſe cæcus inuergit furor?*
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetrámque ſoluit: ſtridet emiſſa impetu
Arundo, medio ſpiculum collo fugit
Vulnere relicto. Her. f *Cæteram prolem eruam,*
Omnéſque latebras. quid moror? maius mihi
Bellum Mycenis reſtat: vt g *Cyclopea*
Euerſa manibus ſaxa noſtris concidant,
Huc eat & illuc aula diſiecto obice,
Rumpátque poſtes. columē impulſum labet.
Procumbat omnis regia. h *hic video abditum*
Gnatum ſceleſti patris. Am. *En, blandas manus*
Ad i *genua tendens, voce miſerāda rogat.*
Scelus nefandum, triſte, & aſpectu horridum,
k *Dextra precantem rapuit, & circà furens,*
Bis ter rotatum miſit: aſt illi caput
Sonuit: cerebro tecta diſperſo madent:

h *Hercules filios ſuos quos pernicioſo furore correptus Lyci eſſe exiſtimat, interimit.*
i Demittet vos in Orcum ad patrem à me cæſum.
k Chorda arc⁹.
l Non à ſcopo propoſito aberrantia, verū quodcūq; minabuntur, ſcelerità vid. Octeum v. 1652.
m *Amph. Herculē è ſcena ne pueros corā tru cidet exeuntem inſequitur obſeruaturus quid agat, redit, narrátque, quid intuſ geſtum ſit.*
f Priùs hîc omnia loca abdita ſcrutabor, deinde excindam Mycenas, & vlciſcar Euryſtheum regem Mycenarū, qui mihi tot dura imperauit. g Mycenæ Cyclopum opus perhibentur, eorum, qui turrium conſtruendarum inuentores feruntur, numero ſeptem è Lycia. ἵνα τείχεα λάϊνα κυκλώπια οὐράνια νέμονται. Eurip. Troad. verùm omnia magnæ molis opera Cyclopum credebātur, *Mœnia magna vides, manibus fabricata Cyclopum* h *Alterum è liberis ſuis comprehendit, receditque è ſcena* i Vide Troad. verſ. 689. k *Introſpiciens Amphitryon narrat quàm miſerandâ morte perierit puer à patre circumactus. & parieti alliſus.*

At l *miſera paruum protegens natum ſinu*
Megara, furenti ſimilis è latebris fugit.
Her. m *Licet Tonantis profuga condaris ſinu,*
Petet vndecũq; temet hac dextra, & feret.
Am. *Quò miſera pergis? quam fugam, aut latebras petis?*
Nullus ſalutis Hercule infenſo eſt locus:
Amplectere ipſum potius, & blanda prece
Lenire tenta. Me. *Parce iã, coniux, precor,*
Agnoſce a *Megaram; natus hic* b *vultus tuos,*
Habitúſque reddit: c *cernis, vt tendat manus?*
Her. d *Teneo nouercam:* e *ſequere,* f *da pœnas mihi,*
g *Iugóque preſſum libera turpi Iouem.*
Sed h *ante matrem paruulum hoc monſtrum auferam.*
Me. *Quò tendis amens?* i *ſanguinem fundes tuum?*
Am. k *Pauefactus infans* l *igneo vultu patris*
m *Perit ante vulnus:* m *ſpiritum rapuit timor.*
In coniugem nunc claua libratur grauis.
Perfregit oſſa: corpori n *trunco caput*

l *Megara infãtem cõplexa fugit è penetralibus quibus latitarat, quam inſequitur Hercules, per furorẽ Iunonem eam eſſe putans.*
m Confugias licèt in cõplexum Iouis tui, ego te inſequutus inde eripiam.
a Me vxorem tuam.
b Filius hic facie & corpore te patrẽ ſuum refert, cũ meæ pudicitiæ argumentum, tũ cauſa ſatis digna cur & ipſi parcas.
c Cernis vt ad te tendat manus ſupplices?
d *Videtur ſibi Iunonem tenere.*
e Filios tuos ad necem vel me trahentem. *Amouétque è ſcenâ intus digna geri.*
f Tot laborum mihi imperatorum, odiique tui in me g Zelotypæ & rixoſæ coniugio. h *Vel* in conſpectu matris. *Vel* priuſquã matrem interficiam. i Filium, quem ipſe genuiſti. k Vide quæ ad v. 991. & vide 1004. l Ardentibus & ſcintillantibus Herc furioſi oculis. *Et igneo quodam ſplendore radiaſſe Herc. oculos tradidit Ion. Chius.* m Timore expirauit infans, antequam percuſſus ſit. n Detruncato.

Abeſt, o *nec vſquam eſt.* p *cernere hoc audes nimis*
Viuax ſenectus? ſi piget luctus, q *habes*
Mortem paratam. pectus in tela indue;
r *Vel ſtipitem iſtum cæde monſtrorum illitū*
* *Conuerte.* ſ *falſum, ac nomini turpem tuo*
Remoue parentem, ne tuæ laudi obſtrepat.
Th. *Quo te ipſe,* * *genitor, obuiū morti ingeris?*
Quò pergis, amens? t *profuge, & obtectus late,*
Vnumque manibus aufer Herculeis ſcelus.
Her. *Bene habet:* u *pudendi regis exciſa eſt domus.*
* *Tibi hunc dicatum maximi cōiux Iouis,*
Gregem cecîdi; vota perſolui libens
x *Te digna: &* y *Argos victimas alias dabit.*
Am. z *Nondum litaſti, nate: conſumma ſacrum,*
Stat ecce ad aras hoſtia, exſpectat manum

o Caput claua cōciſum in minuta fruſtula & contritum periit, euanuit que more au[illegible]. p Cur hæc in tēpora duro? *Cur diu viuendo, ea quæ nolo, video?* Imò cur ſuſtineo videre aut tā triſti ſpectaculo ſuperſū? q Habes mortem ad manū, portū & libertatem ab his malis. *Stoicè.* ſup. verſ. 425. r Obiice te clauæ iſti Herculis. * In me. ſ Me patrem tuum falſo habitum, cùm Iup. verè ſit, & qui gloriæ tuæ ſplendorem offuſcare poſſim, amoue neci datum. *Et hæc dicit irritans & prouocans Herculem, vt & eum tollat.* * Lipſii liber legit *ſenior* Malo ego vulgatā retinere. putant quidam propter reuerentiam patris nomine à Theſeo appellari, ex illo nimirum more, quo ſenes obuios patres vocamus: ſed errant. Hoc enim vult Theſeus, Tu pater, cur filio furenti ſciens volens occurris, vt parricidii ſcelus admittat? t Ne & te patrem occidat. u Lyci tyranni, vt putabant. * Hoc dicit in Iunonis, quæ Lyco fauebat, irriſionem. *nimis autem verè prædicat ſe Iunoni vota ſoluiſſe, neque enim quicquam Iunoni amplius in votis erat, quàm vt vxorem & liberos interimeret. atque furens obliuiſcitur ſe modò Iunonem voluiſſe occidere.* x Mihi infeſtos & malos mactaui feſto malóque numini. *Vel*, digna te crudeli numine. y Argos profectus tibi & Euryſtheum mactabo. Euryſth. quidem Mycenarum rex, ſed Argos & Mycenas poëtæ confundunt. z *Vrget Herc. Amphitryon inquiens*, nondum ex ſacrificaſti, nate, nondum

Ceruice pronâ. præbeo, occurro, inſequor,
Macta. a *Quid hoc eſt?* b *errat acies luminum,*
Viſúſque mœror hebetat. b *an video Herculis*
Manus trementes? vultus in ſomnũ cadit,
Et feſſa ceruix capite ſummiſſo labat;
Flexo genu iam totus ad terram ruit:
c *Vt cæſa ſiluis ornus,* d *aut portus mari*
Datura moles. e *viuis? an leto dedit*
Idem, tuos qui miſit ad mortem, furor?
f *Sopor eſt, reciprocos ſpiritus motus agit.*
Detur quieti tempus, g *vt ſomno grauis*
Vis victa, morbi pectus oppreſſum leuet:
Remouete famuli h *tela, ne repetat furens.*

conſummaſti ſacrificium: vxori & liberis à te cæſis ego ſuperſum, ego placida ante aras hoſtia ſto, mortẽ à te expectás, expetens. a *Herc. vehemẽti labore exagitantis furiæ defatigatꝰ, tremebundus denique in ſomnum labitur. Sic autem Sophocles Aiacem, Euripides huncipſum Herculem conſopitos priùs inducunt, quàm menti reſtitutos. v.1050. & 1078.* b Fallor? an video, &c c *Antiquam veluti ſummis in montibus ornum, &c.* d. Aut pars rupis exciſæ & ruentis in mare, quæ objectu ſuo tranquillum reddat mare, portúmque efficiat. e *Appropinquans Amphitryon,* inquit, viuiſne, an idem furor, qui te tuos occidere coëgit, & te interfecit? *Hoc dicit tactâ arteriâ vel obſeruatis ſpirituum meatibus.* g Vide quæ ad v. 1041. cum, & ſagittas ne à ſomno furens repetat.

CHORVS THEBANORVM.

Deos, Sidera, & elementa, quæ lymphatis, lunaticis, & mente captis dominantur, in luctum, commiſerationem & auxilium Herculis Chorus aduocat; ſomnum, qui furorem ſedare ſolet, precatur, vt graui ſopore preſſum Herc. menti reſtituat: pueros denique cæſos deflet.

LVgeat i *æther, magnuſque parens*
Ætheris alti, telluſque ferax.

i Cœlũ cœlique creator. Cleanthes, Anaximenes, alijq; cũ philoſophi veteres, tũ poëtæ, æthera ſummũ Deum nun-

Et vaga ponti mobilis vnda.
k *Tuque ante omnes, qui per terras*
Tractuſque maris fundis radios,
Noctémque fugas ore decoro,
Feruide Titan. obitus pariter
Tecum Alcides vidit, & ortus,
Nouítque tuas vtráſque domos.
Soluite l *tantis animum monſtris;*
Soluite ſuperi: rectam in melius
Flectite mentem tuque ô domitor
Somne m *laborum, requies animi,*
Pars humanæ n *melior vitæ,*
a *Volucer, matris genus Aſtrææ,*
b *Frater duræ languide Mortis,*
c *Veris miſcens falſa, futuri*
Certus, & idem d *peſſimus autor:*
e *Pater ô rerum, portus vitæ,*
f *Lucis requies, noctíſque comes,*
Qui g *par regi famulóque venis,*
Placidus feſſum, leníſque h *fouens;*
Pauidum leti genus humanum
Cogis longam diſcere i *mortem:*

cupabant. *Tum pater omnipotẽs fœcundis imbribus æther.* &c. Alijs Æther Cœli pater, Cœlum Saturni, &c. Cùm verò æther ſiue aër ſæpiſſimè pro Ioue ponatur, exponas licebit; Iupiter, Iouiſque pater Saturnus calamitatem Herc. filij & nepotis lugeãt. k O Sol. ſupra v. 16. & v. 881. l Tam nefãdo & monſtroſo furore. m Alij leg. *malorũ*, quæ ſomnus vt & labores domare quidem & minuere, ſi non extinguere & tollere, paſſim à poëtis decantatur. n Quæ nec agit nec cogitat malum, rarò patitur, *vel*, quoniam quibuſdam magnam, ſi non maiorem, vitæ partem abſumat. quid ſi dicamus, *maior pars vt, at bona pars procerũm* pro *magnâ* Perſ. 2. Sat. a O alate ſomne. filium autem Iuſtitiæ Aſtræi gigantis filiæ vocat, quod beneficio iuſtitiæ tutò & ſecurè dormitur, qui tamen plerìſq; Noctis & Erebi filius dicitur, vnde & addit—b—Frater Mortis, quæ ex eadem progenie. c Inſomnia vera quandoque, falſa vt plurimùm, vt quæ ex Eburnea porta. d Frequentiora enim ſomnia vera ex mentis præſagæ metu, quàm læta ex ſpe. e Chaos & tenebræ primæ, *Vel*, qui digeſtionem iuuas, alis, viréſq; reparas, adeóque genitalis. f Laboris diurni. g Ex æquo, *All ene.* h Al. leg. *fones*. i *Ianus Douza fil. legit* Noctem. *Nox autem longa mors, ſi cuius ſomnus imago*, & alioqui cùm ſomnus cenſeatur mors breuis; haud malè dicatur aſſuefacere nos longæ illi morti & per-

k *Preme deuictum corpore graui.*
Sopor indomitos alliget artus;
Nec torua priùs pectora linquat,
Quàm mens repetat priſtina curſum;
l *En, fuſus humi ſaua feroci*
Corde volutat ſomnia. nondum eſt
Tanti peſtis ſuperata mali:
Clauaque graui laſſum ſolitus
Mandare caput, quærit m *vacuâ*
n *Pondera dextrâ, motu iactans*
Brachia vano: nec adhuc omnes
Expulit æſtus. o *ſed, vt ingenti*
Vexata Noto ſeruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Ceſſante tumet. pelle inſanos
Fluctus animi. redeat pietas,
Virtuſque viro: o *vel ſit potiùs*
Mens veſano concita motu;
Error cæcus, quà cœpit, eat.
a *Solus te iam præſtare poteſt*
Furor inſontem. Proxima puris
Sors eſt manibus, neſcire nefas.
Nunc Herculeis 1 *percuſſa ſonent*
Pectora palmis: b *mundum ſolitos*
Ferre lacertos 2 *verbera pulſent*
Victrice manu: 3 *gemitus vaſtos*
Audiat æther, audiat c *atri*

petuò dormiendæ. k Tãtiſper dormiat quoad cõcoxerit perniciosum hũc humorem, qui furoris cauſa. l Veluti, ſi quãdo mare vẽtorum vi agitatur, et iã ſi ponãt venti, non tamen ſtatim ceſſat vndarũ æſtus: ita quãuis Herculis *μελαγχολικὸν πάθος* ſomno mulceatur ac ſedetur, non tamen planè atrum atque acrẽ humorẽ expirauit. videte enim quã turbida etiam dormientẽ vexẽt inſomnia; per ſomnum enim clauam quærit, quam dormitu9 capiti ſupponere ſolet. m Nec enim inuenit, quòd quærit. n Clauam o Vel etiam furore detineatur, ita nec ipſe quod admiſerit ſcelus agnoſcet, nec crimini dabitur illi, cui furor arbitrij libertatem ademit. a Proximè innocentiam eſt ignorãtia, quæ, ſi non ſit affectata & malæ diſpoſitionis, reddit facta inuita, & peccata excuſat, maximè verò ſi ſubſequatur dolor: *Chorus itaque Herculem ad pœnitentiam adhortatur.* 1 Planctu. 2 Flagellis. 3 Gemitu teſtetur ſe dolere & pœnitere. b Cœlum ſupra verſ. 68. c Proſerpina regina inferorum, qui polo Antarctico ſubiecti vulgò creduntur. ſup. verſ. 606.

Regina poli, vaſtiſque ferox
Qui colla gerit vincta catenis,
Imo latitans d *Cerberus antro.*
Reſonet mœſto clamore e *chaos,*
f *Latéque patens vnda profundi,*
Et, qui g *meliùs tua tela tamen*
Senſerat, æther.
Pectora h *tantis obſeſſa malis*
Non ſunt ictu ferienda leui:
Vno planctu i *tria regna ſonent.*
k *Et tu collo decus ac telum*
Suſpenſa diu fortis arundo,
Pharetraque leues, date ſæua fero
Verbera tergo: cadant humeros
l *Robora fortes,* l *ſtipéſque potens*
Duris oneret pectora nodis:
Plangant tantos arma dolores.
m *Non vos patriæ laudis comites,*
Vlti n *ſano vulnere reges.*
Non a *Argiuâ membra* b *palæſtrâ*
Flectere docti, fortes b *cæſtu,*
Fortéſque manu, iam tamen auſi
c *Telum* d *Scythici leue coryti*
Miſſum certa librare manu,
e *Tutóſque fuga figere ceruos,*
f *Nondúmque feræ terga iubatæ?*

d Quē ab Euryſtheo dimiſſum Pluto priſtinæ cuſtodiæ iterum præpoſuerat.
e Rerū & elementorum cōfuſio, cui⁹ imago apud inferos.
f Mare.
g Meliùs in aëra, dū inſequereris Stymphalidas miſſa quā in tuos liberos.
h Polluta tātis malis, vel furore, vt ſup. verſ. 1061.
i Cœlum, mare, infernus.
k Et vos, ô Herculis tela, arcus, ſagittæ & l. Claua, cædite & grauate pect⁹, humeros & tergum Herculis, exigitéque pœnas ab eo, quòd vobis abuſus ſit. m Vos ô Herculis pueri miſerè periiſtis, priuſquàm paternam gloriam poſſetis per ætatem æmulari, & morte tyrannos plectere. n *Legitur* & ſæuos *quod non diſplicet.* a Synecdoche pro *Græca*, vt & —b— Palæſtra & cæſtu pro *integro pentathlo.* c Sagittas mittere. d Pharetræ, qualem gerunt Scythæ *vel*, nō minori dexteritate, quàm Scytharum pueruli, quos ab infantia parentes ſagittis aſſuefaciebant. Eſt autē γωρυτὸς τοξοθήκη. per leue telum hic intelligit habile, & pondere minùs oneroſum. e Qui pedem velocitate freti, ſalutis fiduciam in fugâ ponunt. f Nec dum auſi eſtis leonem iubatum aggredi.

Ite ad Stygios vmbræ portus,
Ite innocuæ, quas in primo
Limine vitæ ſcelus oppreſſit
Patriúſque furor: ite infauſtum
Genus, ô pueri, g noti per iter
Triſte laboris; ite, h iratos
Viſite reges.

g Generaliter, vel, noti patri veſtro quà deſcendit, rediitque.
h Plutonem & Proſerpinā patri veſtro indignatos propter vim illatā. *vel*, vt v. 610. triſtes deos. *vel* Tyrannos quos Herc. demiſerat.

ACTVS QVINTVS.

HERCVLES. AMPHITRYON. THESEVS.

Hercules experrectus & menti reſtitutus, poſtquam ſuos à ſe interfectos comperiſſet, manus ſibi inferre parat. patris precibus victus ſibi parcit, Athenáſque Theſei conſilio purgandus proficiſcitur.

Her. *QVis hic locus? quæ regio? quæ mundi plaga?*
Vbi ſum? ſub ortu Solis, an ſub i cardine
Glacialis Vrſæ? nunquid Heſperij maris
Extrema tellus hunc dat Oceano modum?
l *Quas trahimus auras? quod ſolum feſſo ſubeſt?*
Certè rediimus. m vnde proſtrata domo
Video cruenta corpora? an nondum exuit
Simulacra mens n inferna? poſt reditus quoque
Oberrat oculos turba o feralis meos.
Pudet fateri. paueo: neſcio quod mihi,
Neſcio quod animus grãde præſagit malũ:
Vbi eſt parens? vbi illa natorum grege

i Polo Arctico. ſup. verſ. 6.
k Aut in Hiſpaniâ, vbi Oceanus terrę facit terminũ.
l Superas aut inferas? vel ſub quo cœlo? in qua regione? *Quia ſubdit.* quod ſolũ feſſo ſubeſt?
m *Videns cadauera humi ſtrata dubitat, an redierit ab inferis, necne, tandem ait,* certè rediimus.

n Qualia vidi apud inferos. o Mortuorum. *feram* enim antiqui mortem dixerunt, vnde quæ ad mortem ſpectant, dicuntur *feralia.*

Animoſa coniux? cur latus laeuum vacat
Spolio leonis? quondā abijt [a] *tegimen meū,*
Idémque ſomno mollis Herculeo thorus?
Vbi tela? vbi arcus? arma quis [b] *viuo mihi*
Detrahere potuit? ſpolia quis [c] *tanta abſtulit?*
[d] *Ipſumque quis non Herculis ſomnū horruit?*
Libet meum videre victorem, libet.
[e] *Exurge victor, quem nouum coelo pater*
Genuit relicto: cuius inceſtu ſtetit
Nox lōgior, quàm noſtra. quod cerno nefas?
Nati cruenta caede confecti iacent;
Perempta coniux. [f] *quis Lycus regnum obtinet?*
Quis tanta Thebis ſcelera moliri auſus eſt,
Hercule reuerſo? [g] *quiſquis* [h] *Iſmeni loco,*
[i] *Actaea quiſquis arua, qui* [k] *gemino mari*
[l] *Pulſata Pelopis regna Dardanij colis,*
Succurre, ſaua cladis autorem indica.
Ruat ira in hoſtes. hoſtis eſt, quiſquis mihi
Non mōſtrat hoſtem. *victor Alcida lates?*
Procede: [m] *ſeu tu vindicas* [n] *currus truces*
Thracis cruenti, ſiue [o] *Geryonis pecus,*
[p] *Libyaeve dominos: nulla pugnādi mora eſt.*

a Leonis pellis, qua me interdū tegere ſolebam, quae mihi dormituro ſtrata pro lecto erat.
b Emphaticè ἐμοὶ ζῶντι καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένῳ
c Mihi, tam forti.
d Etiam Herculem dormientem.
e Si quem me fortiorem genuerit Iupiter adulteratâ & vitiatâ aliquâ foeminâ per longiorē noctē quàm quâ ego genitus ſum. ſup. verſ. 24.
f Qui tyrannus Lyci ſimilis vel deterior, &c. ille enim me abſente regnum occupauit: hinc autem reuerſo me.
g Aliquis ex iis qui Boeotiam, aut Peloponneſum incolit, indicet mihi huius cladis authorem.
h Sup. verſ. 333.
i Attica, maritima, ab ἀκτὴ litus: aliis, ab Atthide Cranai filia.
k Sup verſ. 375.
l Peloponneſum Pelopi filio Tantali regis Phrygum regnatam à quo & nomen habuit illa Peninſula.
m Seu tu Vlciſceris interfectum à me Diomedem. ſup. verſ. 225.
n Iugales equos, qui carne humanâ veſcebantur.
o Ceu Geryonis abacta pecora. verſ. 230.
p Ceu Antaeum. verſ. 481. & Atlantis hortos. verſ. 237.

En nudus aſto, vel meis armis licet
Petas inermem. cur meos Theſeus fugit,
Patérque vultus? q *ora cur condunt ſua?*
r *Differte fletus. quis meos dederit neci*
Omnes ſimul, profare: quid genitor ſiles?
At tu ede, Theſeu, ſed a *tua, Theſeu, fide.*
Vterque tacitus ora pudibunda obtegit,
Furtimque lacrymas fundis. in tantis malis
Quid eſt pudendum? nunquid b *Argiua potens*
Dominator vrbis? c *nunquid infeſtũ Lyci*
Pereuntis agmen clade nos tanta obruit?
d *Per te, meorum facinorum laudẽ precor,*
Genitor, tuique nominis ſemper mihi
Numen e *ſecundum; fare, quis fudit domum?*
Cui præda iacui? Am. f *Tacita ſic abeant mala.*
Her. g *Vt inultus ego ſim?* Am. *Sæpe vindicta obfuit.*
Her. *Quiſquámne* h *ſegnis tanta tolerauit mala?*
Am. i *Maiora quiſquis timuit.* Her. *His etiam pater,*
Quidquã timeri maius aut grauius poteſt?
Am. k *Cladis tuæ pars iſta, quam noſti, quota eſt?*
Her. *Miſerere, genitor: ſupplices tendo manus.*
Quid hoc? l *man⁹ refugit.* m *hic errat ſcel⁹.*

q Manu inter lacrymandum, *vel præ pudore.*
r Vt ſupra, *differte amplexus.* verſ. 616. quin miſſis lacrymis dicite, quis meos, &c.
a Emphatic*è*, id eſt, bonâ, amicâ. Theſeus enim amicis erat fidus, vtcũque vxoribus fidem nõ præſtaret.
b Euryſtheus.
c Legitur & *Nunquid infeſtum mihi Parentis agmen;* vt ſit, ad factio Lyci infeſti mihi in patriâ meâ Thebis hanc nobis cladem dedit?
d Ordo *eſt*, precor te per laudem meorum facinorum.
e A Ioue, cuius numen mihi primum.
f Μὴ χαῖρε, μὴ ἐξέταζε Soph.

Ai ne inquire curioſiùs ea quę neſcire pręſtat πὰ δ' ἀλλ' ἔα g Ita ne abeãt ignota, vt ego nõ vlciſcar? k Etiã ignauus? i Fortis tamẽ minora tolerabit, vt maiora deuitet k Quã vides & noſti, cædes, minima pars eſt calamitatis tuę, quam nõ vides. *innuit multò peius eſſe, quòd ab ipſo cæſi ſunt.* l Manus mea ſibi malè cõſcia refugit cõtactũ

Vnde hic cruor? quid illa puerili madens
Arundo leto, n *tincta Lernæa nece?*
Iam tela video noſtra, o *non quæro manum.*
Quis potuit arcũ flectere? aut quis dextera
Sinuare neruum vix recedentem mihi? m
Ad vos reuertor, genitor, hoc noſtrum eſt ſcelus?
p *Tacuere, noſtrum eſt.* Am. q *Luctus eſt iſtis tuus;*
Crimen nouercæ. caſus hîc culpâ caret.
Her. *Nunc parte ab omni* r *genitor iratus tona,*
Oblite ſ *noſtri: vindica* t *ſerâ manu*
Saltem a *nepotes: ſtelliger mundus ſonet,*
Flammas & b *hic & ille iaculetur polus:*
c *Rupes ligatum Caſpia corpus trahant.*
Atque ales auida. d *cur Promethei vacant*
Scopuli? e *paretur vertice immenſo feras*
Volucréſq; paſcens Caucaſi abruptum latus,
Nudúmq; ſyluis illa, quæ Pontum Scythen
f *Symplegas arctat; hinc & hinc vinctas manus*
Diſtendat alto: cúmque reuocata vice
In ſe coibunt ſaxa, quæ in cœlum exprimũt

patris. Sic inf. verſ. 1317. *alij exponunt,* pater refugit tangere meas manus, *non placet.*

m Scelus, cuius author me latuit, in his manibus errat. Quid ſi legas? *hinc erat ſcelus,* quandoque enim recipe Iambũ quintus locus.

n Hydræ ſanguine & felle tincta.

o Non ambigo de manu, quæ iis vti potuerit, quod nulla valuit præter meam.

p Φασὶ σιωπῶντες, tacent, conſentire videntur.

q Luctus quidem cauſa tua eſt; at crimen eſt Iunonis. r Iupiter. ſ Qui curam non habuiſti mei filij tui à mente abalienati, & nepotum tuorum à me interfectorum, vel obliuiſcere me filium eſſe tuum. t Poſt admiſſum ſcelus, quod antè oportuit. a Tuos ex me nepotes à me cæſos. b Vterque polus. c Montis Caſpii. qui Tauris pars fuit. d Abripiar in locum Promethei, cuius Caucaſo catenis alligati iecur renaſcens aſſiduè depaſcebatur aquila ob ignem Ioui ſurreptum, quem tamen iam pœna illa liberauit Iupiter præmonitus à Prometheo, vt à Thetidos connubio abſtineret.

e In meum ſupplicium. f Symplegades vel Cyaneæ inſulæ ſunt, ſeu ſcopuli in Ponti Euxini oſtio, quę finguntur concurrentes, eò quò l non multum à ſe diſtantes nauigantibus modò diſiungi,

Actis vtrinque rupibus medium mare,
g *Ego* * *inquieta montium iaceam mora.*
h *Quin ſtructum aceruans nemore congeſto aggerem,*
Cruore corpus i *impiò ſparſum cremo?*
Sic, ſic agendum eſt; inferis k *reddam Herculem.*
Am. l *Nondum tumultu pectus attonitum caret.*
m *Mutauit iras: quodque habet proprium furor;*
In ſe ipſe ſæuit. Her. n *Dira furiarum loca,*
Et inferorum carcer, & n ſonti plaga
Decreta turbæ, & ſi quod exilium latet
Vlterius o *Erebo, Cerbero ignotum &* p *mihi,*
Huc me abde, tellus: Tartari ad finem vltimum
Manſurus ibo. pectus q *ô nimiùm ferum!*
Quis vos per omnem, liberi, ſparſos domũ
Deflere dignè poterit? hic r *durus malis*
Lacrymare vultus neſcit. huc enſem date;
Date huc ſagittas; ſtipitem huc vaſtũ date.
ſ *Tibi tela frangã noſtra, tibi noſtros, puer,*
Rumpemus arcus, ac tuis ſtipes grauis

modò coïre videantur. Optat Hercules, vt vbi hę inuicem colliduntur, manu altera ipſe vtriq; alligatus intermedius cõcutiatur. Vide Medeã v. 341. g Morá iis iniciã, corpore ſc. meo, ne coëant interiecto.
* Ioſ. Scaliger ſeiungit, & legit *inquietâ* & ſic exponit, Herc. optat in illa mora, dum coëũt ſaxa, & mare in cœlũ exprimunt, inter illa intercipi, & ita perire in illo quieto momento. h Aut cur non potiùs ipſe in conſtructam pyram me coniicio? *triſte de morte ſua omen.* i Natorũ à me impiè effuſo. k Vt qui priùs ibi fuerim. l Non receſſit furor eius in totum. m Ab aliis in ſe. n Supplicij loca. o Infernalium fluuiorum infimo. p Qui omnia ibi perſcrutatus ſum q Quod non ſoluatur in lacrymas, ſed quis vos dignè deflere poterit? &c. r Induratus malis. ſ *Conuerſus ad vnum filiorum dicit*, Tibi ſagittas frangam: *ad alterum*, tibi arcum: *ad tertium conuerſus dicit*, tuis manibus quaſi inferiæ comburetur claua hæc; *ad quartum*, tuo rogo ardebit pharetra, atque *ita quatuor Herculem filios (quorum nomina Onitem, Therenachum, Demochoonta, Creontiadem ferunt) interfeciſſe vult. quos alij duos, alij octo ſtatuunt.*

Ardebit umbris: ipſa a *Lernæis frequens*
Pharetra telis in tuos ibit rogos.
Dent arma pœnas: b *vos quoque infauſtas meis*
Cremabo telis, ô nouercales manus.
Th. *Quis nomen vnquam ſceleris errori dedit?*
Her. *Sæpè error ingens ſceleris obtinuit locum.*
Th. c *Nunc Hercule opus eſt. perfer hanc molem mali.*
Her. d *Non ſic furore ceſſit extinctus pudor,*
Populos vt omnes impio aſpectu fugem. 114
Arma, arma, Theſeu, flagito properè mihi
Subtracta reddi. e *ſana ſi mens eſt mihi,*
Referte manibus tela: ſi remanet furor,
Pater, recede. f *mortis inueniam viam.*
Am. g *Per ſancta generis ſacra, per ius* h *nominis*
Vtrunque noſtri, ſiue me altorem vocas,
Seu tu parentem: perque venerandos piis
Canos, ſenectæ parce deſertæ, precor,
Annisque feſſis: vnicum lapſæ domus
Firmamen, i *vnum lumen afflictæ malis* 115
Temet reſerua. k *nullus ex te contigit*
Fructus laborũ: ſemper aut dubium mare,
Aut monſtra timui. l *quiſquis in toto furit*

a Supra verſ. 1194.
b Voſque vnà cremabo manus meæ, quæ nimis obſequutæ eſtis odio nouercæ meæ Iunonis.
c Nũc tibi op⁹ eſt ſolitâ tuâ tolerantiâ.
d Nec tamen adeò mihi pudorem excuſſit furor, vt tanto ſceleri ſupereſſe velim, & perfrictâ frõte occurram hominibus, qui me horrentes fugiant à conſpectu meo.
e Quę ſciat vti armis. *Vel* quæ ſentiat quid admiſerim, ſtatuátque pœnas ſceleris exigere.
f Etiam abſq; armis mortem inueniã. mori enim certum eſt. Aures (inquit Gruterus) radit illa repetitio ſimilis. videtur aliquanto virilius quod extat in vno codice. *Inueni viam.* g Per ſancta generis iura mutuáque patris precor. *Vel*, per ſacrificia gentilitia. h Alumni & parentis. i Te mihi amicis deſtituto, ſoli, ſeni malis afflicto ſolamen vnicum reſerua. k Hactenus de te abſente ſollicitus fui: mihi iam tandem liceat tua præſentia frui. l Si quis alicubi terrarum ſit tyrannus in homines crudelis, in Deos impius, timui ſemper, ne tu amandareris ad eum extinguendum. alij legunt, *manibus aut armis nocens.*

Rex ſæuus orbe, manibus, aut aris nocens,
A me timetur. ſemper abſentis pater
Fructum tui, tactumque, & aſpectum peto.
Her. m *Cur animam in iſtâ luce detineam amplius,*
Morérque, nihil eſt: cuncta iam amiſi bona.
Mentem, arma, famam, coniugem, natos, a *manus;*
Etiam b *furorem. nemo polluto queat*
Animo mederi: c *morte ſanandũ eſt ſcelus.*
Th. d *Perimes parentem?* Her. e *Facere ne poſſim, occidam.*
Th. f *Genitore coram?* Her. g *Cernere hunc docui nefas.*
Am. h *Memoranda potiùs omnibus facta intuens,*
Vnius à te criminis veniam pete.
He. i *Veniam dabit ſibi ipſe qui nulli dedit?*
k *Laudanda feci iuſſus, hoc vnum meũ eſt.*
Succurre, genitor, ſiue te l *pietas mouet,*
Seu triſte fatum, ſiue violatæ decus
Virtutis: effer arma; vincatur meâ
Fortuna dextrâ. Th. *Sunt quidem patriæ preces*
Satis efficaces. ſed tamen noſtro quoque
Mouere fletu; ſurge, & aduerſa impetu
Perfringe ſolito: nunc tuum m *nulli imparem*
Animum malo reſume. nunc magnâ tibi
n *Virtute agendum eſt;* o *Herculem iraſci veta.*

m Non eſt cur diutiùs viuam. a Quondam egregia & laude digna aggreſſas nũc dedecoroſa & ſcelerata. b Quo me tenente nec culpam agnoui, nec dolorem ſenſi. c Inſanæ mẽti nulla eſt niſi à morte medela. d An te tollẽdo eris mihi cauſa mortis? e Imò ipſe me occidam, ne quando in furoré relapſus te interficiam, vt nuper, &c. f An te occides corã patre? g Aſſueſeci eũ huiuſmodi ſpectaculis, qui in conſpectu eius interfeci vxorem & natos. h Cęteras tuas virtutes perpẽde, iiſq; hãc veniã cõdona. i Egóne, qui ab aliis ſontibus pœnas popoſci mihi ignoſcam. k Ab Euryſtheo iuſſus laudanda feci, ſcelus hoc à me profectum eſt. l Nepotum cædis pia vindicta. *Vel*, filii tui ſibi & aliis deteſtabilis commiſeratio. m Nulli malo inferiorem, imò maiorem. n Vt te virum præbeas. o Dolorem tuum, iramque vince.

Her. p *Si viuo, feci ſcelera:* q *ſi morior, tuli.*
Purgare terras propero: iamdudum mihi
r *Monſtrum impium, ſæuúmque, & immite, ac ferum*
Oberrat: agedum dextra, conare aggredi
Ingens opus, labore biſſeno amplius.
Ignaue, ceſſas? fortis in pueros modò,
t *Pauidáſq; matres? arma niſi dentur mihi,*
Aut omne u *Pindi Thracis exſcindam nemus,*
x *Bacchíque lucos, & Cithæronis iuga*
Mecum cremabo: tota cum domibus ſuis,
Dominíſque tecta, cum Deis tēpla omnibus
Thebana ſupra corpus excipiam meum,
Atque vrbe verſa condar. a *&, ſi fortibus*
Leue pondus humeris mœnia * *inuerſa incident,*
Septémque opertus non ſatis portis premar,
Onus omne mediâ parte qua mundus ſedet,
Dirimítque ſuperos, in meum vertā caput.
Redde arma. Am. *Vox eſt digna* b *genitore Herculis,*
c *Hoc en peremptus ſpiculo cecidit puer:*
Hoc Iuno telum manibus emiſit tuis:

p Si mihi poſt tale flagitium vitæ vſum indulſero, videbor conſultò feciſſe & approbare. q Si verò morte vlciſcar, credar per vim aliunde illatā & extrinſeco morbi impulſu hoc perpetraſſe. r Mōſtroſū ſc. ſcel⁹ hoc meū. ſ Aggredere itaque, ô dextra, hoc monſtrū extingue, cuius laboris gloria duodecim illorū à te geſtorū laudē ſuperabit. t *Per indignationem duxit,* pro, matrem pauidam. vt Theb. 368. Med. 1005. Agamem. 192. u Montis in confinibus Theſſaliæ verſus Thraciā. x Syluas incæduas propè Thebas, quæ Baccho conſecratæ ſacrificiis lucent a Quòd ſi domus templa, mœnia, portæ ſeptem, vniuerſa vrbs Thebarum omnis leue pondus ſit ad me opprimendum, vertam ego in caput meum omnia inter terram & cœlum ſummum *Vel,* molem ipſam terrę, quæ in medio librata ſuo interpoſitu alterum hemiſphærium, ceu cœli faciem mediam ab altera ſeparat & occulit * Al. leg. *immerſa.* Dan. Heinſius leg. *inuerſa* b Quæ & me tam fortis viri patrem fortitudinis admoneat, doceátque mori. *Et cum dicto petit arundinem.* c impiâ hac & nouercali ſagittâ, quam manu tua emiſſam direxit Iuno in natum tuum, vtar ego in me.

Hoc nunc ego vtar Th. * *Ecce, iam (miſerum metu*
Cor palpitat, corpuſque ſollicitum ferit)
d *Aptata arundo eſt: ecce,* e *iam facies ſcelus*
f *Volens, ſcienſque: pande, quid fieri iubes?*
Herc. g *Nihil rogamus; noſter in tuto eſt dolor.*
Am. *Natum potes ſeruare* h *tu ſolus mihi.*
Th. i *Sed ipſe nondu maximũ euaſi metũ.*
Her. k *Miſerum haud potes me facere, felicem potes.*
Am. *Sic ſtatue quidquid ſtatuis, vt cauſam tuam*
Famámque in arcto ſtare & ancipiti ſcias.
l *Aut viuis, aut occidis, hanc animam leuem,*
Feſſamque ſenio, nec minùs quaſſam malis,
n *In ore primo teneo.* o *tam tardè patri*
Vitã dat aliquis? non ferã vlteriùs morã,
Letale ferro pectus impreſſo induam:
Hic, hic iacebit Herculis p *ſani ſcelus.*
Her. *Iam parce, genitor, parce; iam reuoca manum.*
q *Succumbe virtus, perfer imperiũ patris.*

* Ecce, inquit Theſeus, id quod ſine horrore ipſe videre nõ poſſum, iam Amphitryo par ns tuus ſagittam pectori aptauit, vt ſibi inferat manum.
d Admouit gutturi ſuo arundinẽ pater mori certus, ſi contumax in inſtituto perſiſtas.
e Tibi & patri mortẽ inferendo, idq;
f Sanus, non per furoris errorẽ & ignorantiam, vt dudum.
g Vt lubet: quantum ad me; certum eſt morte dolores finire.
h O Theſeu.
i Reſpicit ad verſ. 1298 *hoc ex mente D. Heinſij mutare auſus ſum, cùm diſpliceret abſumptio diphthongi.*
k Miſeriorem me reddere non potes tuâ morte; felicem meâ, modò concedas.
l Niſi mutatâ ſententia viuere ſtatuas; mihi cauſa eris necis.
m Quæ mihi iam ſeni miſero facilè diſcedat.
n Ψυχὴν ἐπὶ χείλεσιν ἔχω, in primoribus labris, in extrema hac ſtatione, hinc ſigno quaſi dato facilè auolaturam.
o Tantum rogatus, cunctaris adhuc vitam; id eſt, cauſam cur in vita maneam, donari mihi patri?
p Volentis ac ſcientis, vt modo 1300
q Cedat iuſtitia, quæ impietatem meam in natos vindicatura erat, pietati in patrem.

Eat ad labores [a] *hic quoq; Herculeos labor;*
b *Viuamus. artus alleua afflictos ſolo*
Theſeu, parentis: dextra contactus pios
Scelerata refugit. Am. d *Hanc manum amplector libens:*
Hac nixus ibo, pectori hanc ægro admouens
Pellam dolores. Her. e *Quem locum profugus petam?*
Vbi me recondam? quáve tellure obruam?
Quis f *Tanais, aut quis* g *Nilus, aut quis* h *Perſicâ*
Violētus vndâ h *Tigris, aut Rhenus* i *ferox,*
h *Tagúſve Iberâ turbidūs* l *gaza fluens,*
Abluere dextram poterit? Arctoum licèt
m *Mæotis in me gelida trāsfundat* n *mare,*
Et tota o *Tethys per meas currat manus,*
Hærebit altum facinus. in quas impius
Terras recedes? Ortum, an Occaſum petes?
Vbique notus perdidi exilio locum.
p *Me refugit orbis, aſtra tranſuerſos agunt*
Obliqua curſus; q *ipſe Titan Cerberum*

a Quòd dolorem meum vicerim, & quòd, vt patrem ſeruem, tantæ impietatis conſcientię ſuperſtes eſſe velim. *Et hæc Theſei eſſe poſſunt Herculem collaudantis.*

b Ego, & propter me pater.

c Tu, ô Theſeu, tolle humo patrē, manus meæ pollutæ non audent tangere. vide ſuprà ver. 1192.

d Hanc Herculis manum amplector potiùs.

e Coegiſtis me viuere, ſed in qua orbis parte latebo, vbique notus? aut quo flumine viuo ablutus expurgabo me, cui alto infixa animo ſedet tam diræ impietatis memoria? f Scythiæ fl. g Ægypti fl.

h Qui in Armenia maiore naſcens, magnam Aſiæ partem perfluens in ſignum Perſicumq; defertur fl. rapidiſſimus, vnde & nomen habet: ſagittam enim Perſæ Tigrin appellant, & hinc feræ nomen. i Ipſe fl. impetuoſus. vel, propter feroces accolas Gallos & Germanos, quos diſterminat.

k Fl. Luſitaniæ, quæ Iberiæ, id eſt, Hiſpaniæ pars.

l Aureis arenis. m Palus Scythiæ.

n Septentrionale, vel Euxinum.

o Vxor Oceani. *Metonym.* mare. Mari autem polluta cuncta expiari credebantur: Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

p Homines me abhorrent, dij oderunt. q Sol plus obſcuratur me viſo, quàm Cerbero. vide verſ. 60.

Meliore vultu vidit. r *ô fidum caput*
Theſeu, latebram quare longinquam, abditam.
ſ *Quicunque ſemper ſceleris alieni arbiter*
Amas nocentes gratiam meritis refer,
Vicémq; noſtris: redde me infernis, precor,
Vmbris reductum, méque ſubiectum tuis
Reſtitue vinclis. ille me abſcondet locus.
Sed & ille nouit. Th. t *Noſtra te tellus manet.*
Illic ſolutam cæde Gradiuus manum
Reſtituit armis. illa te, Alcide, vocat,
Facere innocentes terra quæ ſuperos ſolet.

r Ὦ φίλη κεφαλὴ, πιςὲ ἑταῖρε Qui Pirithoo fid⁹ extitiſti comes in rapiendâ Proſerpinâ, mihi in furore meo.

ſ Ego bene de te merui, cùm te catenis infernis exemerim, ſuprà verſ. 805. tu referes mihi hanc gratiam, ſi me vinclis illis reſtituas.

t Athenas, quæ patria mea & regnum, profectus expiabere. nam & ibi Mars à Neptuno in iudicium vocatus de cæde filij ſui Haliorothij, omnium deorum ſententiis abſolutus eſt

THYESTES.

DRAMATIS PERSONÆ.

THYESTES. ATREVS.
TANTALVS. MEGÆRA.
PLISTHENES. THYESTIS F.
CHORVS. Senum Mycenæorum.

TANTALVS THYESTIS F. } Mutæ Perſonæ.
ALIVS THYESTIS F. }
SERVVS. NVNCIVS.

ARGVMENTVM.

Alternis annis regnandi vices pacti Atreus & Thyeſtes Pelopis ex Hippodamia filij, Argis imperabant. Thyeſtes, adiuuante Ærope fratris vxore, quam in adulterium pellexerat, aureum arietem, in cuius poſſeſſione erat fatum regni, amouet, & malè conſcius in exilium abit. Atreus eua ſiſſe dolens, miſſis ſuis filiis velle ſe in gratiam redire ſimulat, oblatâ regni parte reditum illi ſuadet, & perſuadet. tres Thyeſtis liberos, quos obſides acceperat, ad aras immolatos, partim aſſos, partim elixos patri neſcienti epulandos apponit, miſtúmque vino cruorem illi præbet. ſub finem nefandi conuiuij (quod ſol, ne videret, refugit) capita illi & manus filiorum oſtendit, quaſque dapes abſumpſerit, narrat, inſultans fratris luctui, dolori, & imprecationibus.

ACTVS PRIVS.

TANTALI VMBRA. MEGAERA.

Adducitur ab inferis Tantalus à furiâ, cogitúrque miſcere nefaria odia inter ſuos ex Pelope nepotes, Atreum & Thyeſtem.

Tan.* *QVis me furor nunc ſede ab infauſta extrahit,*
Auido fugaces ore captantem cibos?
Quis a malè deorum Tantalo viuas domos
Oſtendit iterum? b peius inuentum eſt ſiti
Arente in vndis aliquid, & peius fame
Hiante ſemper? c Siſyphi numquid lapis
Geſtandus humeris lubricus noſtris venit?
Aut d membra celeri differens curſu rota?
*e Aut pœna Tityi: qui * ſpecu vaſto patens*
Viſceribus atras paſcit effoſſis aues;
Et nocte reparans quidquid amiſit die,
Plenum recenti pabulum monſtro iacet?
In quod malum f tranſcribor? ô quiſquis noua
Supplicia functis durus vmbrarum arbiter
Diſponis! adde, ſi quid ad pœnas potes,
Quod ipſe g cuſtos carceris diri horreat,
Quod mœſtus Acheron paueat, ad cuius metum
h *Nos quoque tremamus. quære: iam noſtrâ ſubit*

* Al.leg. *Quis me inferorũ ſede ab infauſtâ abſtrahit?*
a Diis tã mala quã bona imputare poëtis ſolẽne. *vel pro* malũ, interiectione execrãtis, *Hiſpanice, en hora mala*, D. Heinſius geminam emendat labem, legitque, *Quiſnã deorum Tantalo antiquas domos*, &c.
b An grauiorẽ aliquem mihi excogitauerũt cruciatũ, quã qui mihi iam addictus eſt?
c Hippol. verſ. 1226.
d Herc. Fu. verſ. 749.

e Hippol. 1228. Quibuſdã placet hęc lectio, nec ſine autoritate librorũ mſſ. *Aut pœna Tityi ſemper accreſcens iecur, &c.* * Illa ſc. parte corporis qua admittebat aues rapaces. f Tranſlatũ ab iis, qui in nouas colonias ſcripti deducuntur. g Cerberus. h *Emphaticè*, malis indurati, qui in viuis dira fecim9, apud inferos miſerrima patimur.

Ei ſtirpe k *turba, quæ* l *ſuũ vincat genus,*
Ac me m *innocentem faciat, &* n *inauſa audeat.* 1
o *Regione quidquid impiâ ceſſat loci,*
Complebo. p *nunquam ſtante Pelopeiâ domo*
Minos vacabit. Me. *Perge deteſtabilis*
Vmbra, & penates impios furiis age.
Certetur omni ſcelere; & alterna vice
Stringantur enſes; ne ſit irarum modus
Pudorue. mentes cæcus inſtiget furor;
Rabies parentum duret, & longum nefas
Eat in nepotes, nec vacet cuiquam vetus
Odiſſe crimen; ſemper m *oriatur nouum;*
Nec vnum in vno: m *dumque punitur ſcelus,*
Creſcat. n *ſuperbis fratribus regna excidãt,*
Repetátque profugos: dubia violenta domus
Fortuna reges inter incertos labet.
Miſer ex potente fiat, ex miſero potens:
Fluctûque regnum caſus aſſiduo ferat.
o *Ob ſcelera pulſi, cùm dabit patriam deus,*
In ſcelera redeant: ſintque tam inuiſi omnibus,
Quàm ſibi. nihil ſit, ira quod vetitũ putet.
a *Fratrem expaueſcat frater,* b *& natum parens,* 4

i Pelopeia. k Atreus & Thyeſts. l Me progenitorem infãdo ſcelere ſuperet. m Reſpectu & comparatione ipſorum. n Quæ nec ego, nec alius quiſpiam auſus eſt. o Vacua omnia ſupplicij apud inferos loca progenies mea complebit. p Quamdiu quam ſupereſt è noſtrâ familiâ, & *ſæua Pelopis domo* nullo non ſcelere contaminatâ, habebunt, in quos exerceãt ſua ſupplicia inferni iudices.

l Tãtali & Pelopis, *vel indignanter pro* parẽtis, i. aui. ſc. tui, ô Tãtale, vt Herc. Fu. v. 1283. *pauidas matres.* m. Ita dũ Atreus vlciſcebatur adulterium Thyeſtæ cum Æropa vxore ſua, filios ipſius illi epulandos appoſuit Thyeſtes, vt hoc vindicaret, conſulto oraculo, ex inceſto ſuæ filiæ Pelopeiæ ſtupro Ægiſthum genuit, qui Atreum interfecit & Agamemnonem. n Atreo & Thyeſtæ alternis vicibus regnãtib⁹ regnũ excidat, vti Thyeſtæ, qui corrupta fratris vxore in exilium iuit, à quo ſimulatâ conciliatione reuocatus eſt *Vide Argument.* o Vterq; pulſus, ſimulac reuocatus fuerit, in ſcelera redeat. a Atreus Thyeſtem, & è contrario. b Clytemnæſtra Oreſtem.

Natúſque [c] *patrem: liberi* [d] *pereant malè;*
[e] *Peius tamen naſcantur: immineat* [f] *viro*
Infeſta coniux. [g] *bella trans pontum vehãt:*
Effuſus omnes irriget terras cruor;
[h] *Supráque magnos gentium exultet duces*
Libido victrix. impiâ ſtuprum in domo
Leuiſſimum ſit fratris & fas, & fides,
Iuſque omne pereat. non ſit à veſtris malis
Immune cœlum. cùm micant ſtellæ polo,
Flammæque ſeruant debitum mundo decus,
Nox atra fiat, excidat cœlo dies.
Miſce penates: odia, cædes, funera
Arceſſe, & imple [k] *ſcelere Tantaleam domum.*
[l] *Ornetur altum columen, & lauro fores*
Lætæ vireſcant; dignus aduentu tuo
Splendeſcat ignis. [m] *Thracium fiat nefas*
[n] *Maiore numero. dextra cur* [o] *patrui vacat?*
Nondum Thyeſtes liberos deflet ſuos?
Ecquando tollet ignibus iam ſubditis
Spumante aheno? membra per partes eant
Diſcerpta: patrios polluat ſanguis focos.
Epulæ inſtruantur. [p] *non noui ſceleris tibi*
Conuiua venies; [q] *liberum dedimus diem,*
Tuámque ad iſtas ſoluimus menſas famem:

c Matrem *rectiùs lege.* ſic Oreſtes Clytemnæſtram, quam fugiens latuit, tandem reuerſus interfecit.
d Thyeſtæ filij, quos patru⁹ occidit, vorauit pater.
e Ex inceſtu patris cum filiâ.
f Clytemnæſtra Agamemnoni.
g Agamemnon & Menelaus repetiturum Helenam ad Troianũ bellũ profecti.
h Ita Agamemnon magnus dux Græciæ Chryſeida & Caſſandram deperiit.
i Menſæ enim Thyeſteæ atrocitatem ſol videre non ſuſtinens, in ortus retroceſſit. k Per promiſcuos inceſtus & ſtupra. l In ſimulatâ conciliatione, quod in feſtis ſolet, ornẽtur, poſtes floribus, frõdibus, lauri ramis, lucernis, foco ſed crudeli, qui inceſtũ Thyeſtę vindicet. m Quale admiſerũt Procne & Philomela in vindicta Terei regis Thraciæ. vid. Herc. Fu. v. 145. n Sed illæ vnũ Terei peremêre filiũ Ityn: tu ô Atreu, duos Thyeſtæ, imò tres. o Atrei. *& inſtat furia feſtinare iubens, vt ipſe famelicus cruentis his dapibus exſatietur.* Sarcat. p Qui filiũ tuũ Pelopẽ coctũ olim diis epulandũ appoſuiſti. q Hunc diem à fame tibi vacuum permiſi, vt apud tuos ad ſatietatem vſque conuiuareris.

Ieiunia exple. r *miſtus in Bacchum cruor*
Spectante te potitur. inu[illegible]*i dapes,*
Quas a *ipſe fugeres. Siſte, quò præceps ruis?*
Thy. *Ad ſtagna, & amnes, & recedentes aquas,*
Labriſque ab ipſis b *arboris plenæ* b *fugas,*
Abire in atrum carceris liceat mei
Cubile: c *liceat, ſi parum videor miſer,*
Mutare ripas: alueo medius tuo,
d *Phlegethon, relinquar igneo cinctus freto.*
Quicunque pœnas lege fatorum datas
Pati iuberis: quiſquis exeſo iaces
Pauidus ſub antro: quique venturi times
Montis ruinam: quiſquis auidorum feros
Rictus leonum, & dira e *Furiarum agmina*
Implicitus horres: f *quiſquis immiſſas faces*
Semiuſtus abigis, Tantali vocem excipe
g *Properantis ad vos: credite* h *experto mihi,*
i *Amate pœnas, quando continget mihi*
Effugere ſuperos? Me. k *antè perturba domum,*
Inferque tecum prælia, & ferri malum
Regibus amorem: concute inſano ferum
Pectus tumultu. Tan. *Me pati pœnas decet,*
l *Non eſſe pœnam: mittor, vt dirus* m *vapor*
Tellure ruptâ, vel grauem populis luem

t Vinũ cruore puerorũ Thyeſtæ miſtum.
a Emphaticè tu, quem cæteræ dapes fugiunt namque hoc audito, Tãtalus refugit, repetitque inferas potiùs fame pœnas, quàm tales accedat menſas. *furia itaque*, ſiſte *ait*, quò præceps ruis?
b Arboré fugientem ab ipſis labris.
c Si in ſolitâ ripa nõ ſatis miſer videar, in magis diras ſęuáſq; me tranſmitte, modò ne ad has epulas cogar.
d *Quos rapidus flammis ambit torrẽtibus amnis Tartareus Phlegethon*, à φλέγω.
e Trium, vt in Herc. Fu. verſ. 101. quas ab impetu, furore & aſſiduitate ſupplicij vocat *agmina ſæua ſororum.*
f Qui manu repellis à facie intentatas ab vltricibus furiis, & dæmonis faces g Feſtinanter reuertentis ad vos. h Qui tuli pœnas inferorum, & ab inferis excitus vidi ſcelera virorum. i Cõtenti ſitis, & amate pœnas, quas datis apud inferos, potiùs quã reuertamini ad ſuperos k Nõ reuertêris priuſquã domũ tuã perturbaueris, diſſidiiq; faces nepotibus tuis admoueris, l Nõ aliis pœnas fa-

Sparſura peſtis. ducam in horrendum nefas
Auus nepotes. n *Magne diuorum parens,*
Noſtérque, quamuis pudeat, ingenti licet
o *Taxata pœnâ lingua crucietur, loquar;*
Nec hoc tacebo: p *moneo, ne* q *ſacrâ manus*
Violata cæde, néve furiali malo
Aſpergat a *aras. ſtabo. & arcebo ſcelus.*
b *Quid ora terres verbere, & tortos ferox*
Minaris angues? quid famẽ infixã intimis
Agitas medullis? flagrat incenſum ſiti
Cor, & peruſtis flamma viſceribus micat.
Sequor.
ME. *Hunc, ô, furorẽ diuide in totã domum.*
c *Sic, ſic feratur, & ſuum infenſi inuicem*
Sitiant cruorem: ſenſit introitus tuos
Domus, & nefando tota contactu horruit.
d *Actum eſt abundè. gradere ad infernos*
ſpecus,
Amnémq; notum: iam * *tuo mœſtæ pede*
Terræ grauantur. e *cernis, vt fontes liquor*
Introrſus actus linquat, vt ripæ vacent;
Ventíſque f *raras igneus nubes ferat:*
Palleſcit omnis arbor, ac nudus ſtetit
Fugiente pomo ramus; & g *qui fluctibus*

ceſſero.
m Exhalatio peſtifera.
n Quamuis te pudeat, ô Iupiter, genuiſſe hominem tam ſceleratum.
o Vide Herc. Fu. 713. ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν.
p Monebo nepotem Atreũ. & repellam à tanto ſcelere.
Lipſius è vet. codicibus legit, violate & aſpergite, *è formula imperãdi.* Al. violenta.
q Execrandâ. Sacra ſedes dictum, vt ſacra fames.
a Ad aras enim filios Thyeſtę Atre9 mactauit.

b *Talia dicenti Megæra flagello inſonat, vipereas arrecta comas minitatur ſe omnes illi iniecturam angues, & famem ſitimq; auget*
c Quantum tu aquam tantum illi ſitiant cruorem, vel ita vt facis, ſparge furoris & odij ſemina. d Satis ſupérque flammas concitaſti, iam redi ad locum ſupplicii. * Lipſius leg. *tuum mæſtæ pedem terræ grauantur.* Verùm haud ſcio an quadret hæc lectio, ſi reſpicias ad *grauantur.*
e Cernis vt omnes aquæ ſubſidant tuo conſpectu, arboréſque veluti ſideratione tactæ areſcant?
g Sine pluuia, quas in Herc. Fur. verſ. 862. vocabat *vacuas,* vel, paucas.
g Bináque maria, Ægeum & Ionium, quæ Iſthmon Corinthiacum vtrinque alluunt, recedunt à litore, longiúſque remo-

Illinc propinquis Iſthmos, atq; illinc fremit,
Vicina gracili diuidens terrâ vada,
Longè remotos latus exaudit ſonos.
Iam h *Lerna retro ceſſit,* n*&* i *Phoronides*
Latuere vena: nec ſuas profert k *ſacras*
l *Alpheus vndas, &* m *Çitheronis iuga*
Stant parte nullâ cana depoſitâ niue,
Timéntque n *veterem nobiles Argi ſitim.*
En o *ipſe Titan dubitat, an iubeat ſequi,*
Cogátque habenis ire periturum diem.

tis exaudiuntur ipſorum fremitus: Sic exponunt qui *litus* legunt. Lipſius emendat *latus*, approbat Delrius. Sed lectio in contextu eſt ſana, neque indiga obelo Ariſtarchi. Vult auctor ita inhorruiſſe, pelagus aduentu Tantali, vt ſe ſubduxerit, vtroque latere aquis ſuis nudato. h Palus in agro Argiuorum. i Vnde fl. Inachi filij Phoronei regis Argiu.

k Nullus fons numine vacare credebatur, propter perennem æternámque ſcaturiginem, vnde & filij deorum dicti fluuij. vel, quod huic fl. tanquam Deo & Iouis amico (cuius quippe ſolius aquâ aram Iouis Olympici dilui ſancitum) Elei honores habuerunt, ſignúmque in templo Ioui dedicato poſuerunt.

l Fl. Elidis in Arcadia Piſas alluens. m E Cithæronis iugis ſolutæ euanuerunt niues. n Qua laborabat Argi in loco arido poſiti inuentos puteos à Danao, vel Danai filiabus, Αργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὰι θέος Αργος ἔνυδρον. & hinc fab. de pœna Danaidum locum. o Sol dubitat an curru quadriiugo vectus iubeat diem procedere, per te periturum, id eſt, obſcurum futurum: adeoque deſcende. neque enim luceſcente die dæmoniis, furiis, vmbriſve vagari permiſſum. ſic Anchiſæ vmbra 5. Æneid. Et *me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.* & Tireſiæ 2. l. 5. Sat. Horat. *ſed me Imperioſa trahit Proſerpina, viue, valeque.*

CHORVS.

Chorus ex ſenibus Mycenæis vel Argiuis conſtans, (Argos enim Mycenis confundunt poëtæ) deos vrbium in Peloponneſo præſides, vt mala & ſcelera in domo Pelopis concepta & imminentia prohibeant, auertántque, precatur. & Tantali impium facinus ac pœnam canit.

ARgos de ſuperis ſi quis [a] *Achaicum,*
[b] *Piſæáſque domos turribus inclytas:*
Iſthmi ſi quis amat regna Corinthij,
Et portus [c] *geminos, & mare* [d] *diſſidens:*
Si quis [e] *Taygeti conſpicuas niues,*
[f] *Quas, cùm Sarmaticus tempore frigido*
In ſummis Boreas compoſuit iugis.
Æſtas [g] *veliferis ſoluit Eteſiis:*
Quem tangit gelido flumine lucidus
[h] *Alpheus;* [i] *ſtadio notus Olympico:*
Aduertat placidum numen, & arceat
Alternas ſcelerum, ne redeant, vices;
Neu ſuccedat auo deterior nepos;
[k] *Maiorum & placeat culpa minoribus.*
Tandem laſſa feros exuat impetus
Sicci progenies impia Tantali.
Peccatum ſatis eſt. fas valuit nihil,

a Ad differentiam aliorum, qui decem. huic autē Iuno præeſt.
b Piſæ ciuitatis in Elide, quæ Ioui curæ propter Olympia, quæ iuxta hanc celebrantur.
c Ab vtraque parte Iſthmi, de quo in Her. Fur. verſ. 335.
d Iſthmo interiecto diuidente Ionium & Ægæum.
e Montis prope Lacedęmona.
f Quas Boreas à Septentrione, vbi Sarmatæ pop. flans hyeme congelauit, Eteſiæ venti æſtiui ab aliâ atque aliâ cœli parte ſpirantes ſoluunt. g Stati enim venti ſunt, & conſtantes, vnde eos Varro *Nauales* appellat. h Supra verſ. 116.
i Certaminibus quæ celebrātur in honorem Iouis apud Olympū in ſtadio quod pedibus ſuis 600. metatus eſt Herc. vel quòd 125. paſſibus vno ſpiritu confectis ſtetiſſet, ſtadiúmque ἀπὸ τῆς ςάσεως nominauit. k Ne poſteri ſequantur vitia maiorum. Nimirum obuiam it decreto Megæræ ſuprà, *Rabies parentum duret, & longum nefas Eat in nepotes.* Optant igitur ſenes Argiui ne id accidat. Al. leg. *Et maior placeat culpa minoribus.*

Aut commune nefas. m *proditus occidit*
Deceptor domina Myrtilus, & fide
Vectus, qua tulerat, nobile reddidit
Mutato pelagus nomine. notior
Nulla eſt Ioniis fabula n *nauibus.*
o *Exceptus gladio paruulus impio,*
Dum currit patrium natus ad oſculum,
Immatura focis victima concidit:
Diuiſuſque tuâ eſt, Tantale, dexterâ,
Menſas vt ſtrueres hoſpitibus deis:
a *Hos æterna fames proſequitur cibos,*
Hos æterna ſitis: nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior.
a *Stat luſus vacuo gutture Tantalus,*
Impendet capiti plurima noxio
b *Phineis auibus præda* c *fugacior:*
Hinc illinc grauidis frondibus incubat
Incuruata ſuis fœtibus, ac tremens
d *Alludit patulis arbor hiatibus:*
Nec, quamuis auidus, nec patiens moræ,
Deceptus toties tangere negligit,
e *Obliquátque oculos,* f *oraque comprimit,*
Incluſiſque famem dentibus alligat:

m Oenomaus oraculo monitus ſibi à genero imminere mortē, ſuorū equorū velocitati confiſus filiam vxorem procis propoſuit ea lege, vt certans curru auferret Hippodamiam. & pater à tergo lāceâ inſequutus, eū ſi aſſequeretur, conficeret. Pelops Myrtilum, cui primā noctē, *vel vt alij, partē regni* promiſerat, corrupit, vt ſublatâ fibulâ, qua modiolus axis affigitur, currum euerteret. Oenomao ab equis diſcerpto, Pelops Hippodamiâ & regno potitus eſt. Myrtilus autem eadem fide, quam domino præſtiterat, id eſt, falſa deceptus à Pelope, in mare è Geræſto præcipitatus dedit nomen mari Myrtoo, quod tamen à Myrto puellâ dictum tradit Pauſanias in Arcadicis. n Nauigātibus Ionium mare. o Pelopem filium currentem ad patrium oſculum Tantalus pater interfecit, coctúmq; diis epulandum appoſuit, abſtinuerunt omnes præter Cererem, &c. a Vide Herc. Fu. verſ. 751. b Harpyis Phineus Arcadiæ rex filios ſuos ex priore vxore, ſuaſu Harpal ces ſuperinductæ iis nouercæ excæcauit, quam impietatem dij vlti & ipſum oculis priuarunt immiſſis terris his volatilibus ore virgineo, manibus aduncis, quæ cibos eius fœdarent. c *Celerique fuga ſub ſidera lapſæ, &c.*
d Al. leg. *illudit* id eſt, cibum ſperatum detrahit. e Demittit, ne videat, vel limis ocellis aſpicit. f Ore clauſo famem coërcet.

Sed tunc g diuitias omne nemus ſuas
Demittit propiùs, pomaque deſuper
Inſultant folijs mitia languidis,
Accendúntque famem, quæ iubet irritas
Exercere manus: has vbi prætulit,
Et h falli libuit; totus in arduum
i Autumnus rapitur, ſiluáque mobilis.
Inſtat deinde ſitis non leuior fame,
Qua cùm percaluit ſanguis, & igneis
Exarſit k facibus, ſtat miſer obuios
Fluctus ore l vocans, quos profugus latex
Auertit, ſterili deficiens vado,
Conantémque ſequi, deſerit. m hic bibit
Altum de rapido gurgite puluerem. n

g Omnis arbor poma demittit ad labra, illumque allicit.
h Nec enim ſperabat ſe poſſe prehendere: tantùm experiri voluit.
i Pomorũ maturi fructus copia, ramique fugaces.
k Sitis.
l Lipſiꝰ habet, *petens*, i. captãs.
m Arenas, capit pro aquâ quæ fugit.
n Deeſt huic Choro finis.

ACTVS SECVNDVS.

ATREVS. SERVVS.

Atreus vlciſcendi fratrem certus, de vindictæ ratione cum ſeruo deliberat, quem ad honeſta conſulentem non audit, impiam tandem & infandam vltionis rationem excogitat.

At. IGnaue, iners, eneruis, & (quod maximum
Probrum tyranno a rebus in ſummis reor)
Inulte, poſt tot ſcelera, poſt fratris dolos,
Faſque omne ruptum, queſtibus vanis agis
Iras? at b Argos fremere iam totum tuis
Debebat armis, omnis & c geminum mare
Innare claſſis: iam tuis flammis agros
Lucere, & vrbes decuit, ac ſtrictum vndiq;
Micare ferrum, tota ſub noſtro ſonet
Argolica tellus d equite: non ſylua tegant

a In magna potentiâ & rerum ſummâ.
b *Hic Agros cõfundi cũ Mycenis vides.*
c Ionium & Ægeum, quæ Peloponneſũ vtrinque alluunt.
d Equitatu, equitibus.

c Hoſtem, nec altis montium ſtructa iugis
Arces, relictis bellicum totus canat
Populus Mycenis, quiſquis inuiſum caput
Tegit ac tuetur, clade funeſta occidat.
Hæc ipſa pollens incliti Pelopis domus
Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.
Age anime, fac quod nulla poſteritas probet;
Sed nulla taceat. aliquod audendum eſt nefas
Atrox, cruentum; f tale, quod frater meus
Suum eſſe malit. ſcelera non vlciſceris,
g Niſi vincis. h *& quid eſſe tam ſæuum poteſt,*
Quod ſuperet illum? nūquid abiectus iacet?
Numquid ſecundis patitur in rebus modū,
Feſſis quietem? noui ego ingenium viri
i *Indocile: flecti non poteſt. frangi poteſt.*
Proin a *antequàm ſe firmet, aut vires paret,*
Petatur vltro, ne quieſcentem petat.
Aut perdet, aut peribit. b *in medio eſt ſcelus*
Poſitum occupanti. Ser. *fama te populi nihil*
Aduerſa terret? At. maximum hoc regni bonum eſt,
Quòd facta domini cogitur populus ſui
Quàm ferre, tam laudare. Ser. quos cōgit metus
Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.
At qui fauoris gloriam veri petit,
Animo magis quàm voce laudari volet.
At. c Laus vera, & humili ſæpe contingit viro:
Non niſi potenti falſa. d *quod nolunt, velint.*

e Thyeſten, quem nominare non dignatur.
f Qualem mallet frater ſe in me feciſſe, quàm me in illum.
g Niſi maiora ſcelera facis.
h Nec tamen video, qua ratione illū vincam, quē nulla domat fortuna, aut ſui memorē reddit: in aduerſis enim rebus nō deprimitur: in proſperis ſupra modū inſoleſcit, neque in laboribus admittit quietē, etiam exul modò machinatur mihi malum.
i Indomitum.
a Priùs ipſum inuadam, quā ille me.
b Vterque noſtrum meditatur ſcelus, qui autē prior cœperit, meliùs perficiet.
c Infimo cuique ex merito præbetur laus: potenti etiam immeritò. d Etiam inuiti cogantur laudare.

Ser.

Ser. Rex [e] velit honeſta; nemo non eadem volet.
At. Vbicunque tantum honeſta dominanti licent, (pudor,
[f] Precariò regnatur. Ser. Vbi non eſt
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides;
Inſtabile regnum eſt. At. Sanctitas, pietas, fides.
[g] Priuata bona ſunt: [h] quà iuuat, reges eant.
Ser. *Nefas nocere* [i] *vel malo fratri puta.*
At. *Fas eſt in* [k] *illo, quidquid in fratre eſt nefas.*
Quod enim reliquit crimen intactũ? aut vbi
Sceleri pepercit? coniugem ſtupro abſtulit,
[l] *Regnúmque furto:* [l] *ſpecimen antiquum imperî*
Fraude eſt adeptus: fraude turbauit domũ.
Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus,
Arcanus aries, ductor opulenti gregis;
Huius per omne corpus infuſo coma
Dependet auro, cuius è tergo noui
[a] *Aurata reges ſceptra Tantalici gerunt;*
Poſſeſſor huius regnat: hunc tanta domus
Fortuna ſequitur. tuta ſepoſita [b] *ſacer*
In parte carpit prata, quæ claudit lapis
Fatale ſacro paſcuum muro tegens;

e Fac velit, dic regem velle.
f Non abſolutè, ſed ex alieno arbitrio.
g Priuatorum propria ſunt bona.
h Quà placet, pro libidine ſuâ.
i Etiamſi ſcelerato.
k Tam egregiè impio.
l Indicium, argumentum, omen regni, arietem ſc. aurei velleris, cùm fatale eſſet illum regnaturũ, apud quem ille aries eſſet; hunc priùs adeptus eſt Atreus interfecto Chryſippo fratre. Codex Cruſerianus legit *ſpecimẽ antiqui imperij*: vt videre eſt infra Thebaid. verſ. 184. *Non te vt reducam veteris ad ſpecimen domus.* Vbi *veteris domus ſpecimen*; quod hic *antiqui imperij ſpecimen.*

a Tantali nepotes Peloponneſiaci reges ſceptrum aureâ huius arietis lanâ ornare ſolent. *Purpureæ enim oues, vel inſolito colore indutæ regnum & felicitatem portendere credebantur.* Phialam autem fuiſſe, in cuius medio inſculptus prominebat caper, tradit Herodotus Heracleotes apud Athenæum 6 l. 4 c.

b Propter fatum & oſtentum imperij.

Hunc, facinus ingens auſus, aſſumpta in ſcelus
c *Conſorte noſtri perfidus thalami auehit,*
Hinc omne cladis d *mutuæ fluxit malum.*
Per regna trepidus exul errauit mea:
Pars nulla noſtri tuta ab inſidiis vacat.
Corrupta coniux, imperij quaſſa eſt e *fides,*
Domus ægra, f *dubius ſanguis: eſt certi nihil,*
Niſi frater hoſtis. g *quid ſtupes? tandem incipe,*
Animóſque ſume; h *Tantalum & Pelopem aſpice:*
Ad hæc manus exempla poſcuntur mea.
Profare, dirum qua caput mactem via.
Ser. *Ferro peremptus ſpiritum inimicum exſpuit.*
At. i *De fine pœna loqueris, ego pœnam volo.*
k *Perimat tyrannus lenis. in regno meo*
Mors impetratur. Ser. *nulla te pietas mouet?*
At. *Excede, pietas; (ſi modò noſtra in domo*
Vnquam fuiſti,) dira Furiarum cohors,
Diſcorſque Erynnis veniat, & l *geminas faces*
Megœra quatiens. non ſatis magno meum
Ardet furore pectus: impleri iuuat
Maiore monſtro. Ser. *Quid noui rabidus ſtruis?*
At. *Nil, quod doloris capiat aſſueti modū.*
Nullum relinquam facinus; & nullum eſt ſatis.

c Ordo. Ille perfidus auſus ingens facinus auehit hunc arietem, conſorte mei thalami. i. vxore mea Ærope in ſcelus aſſumptâ & *aſſociatâ*.

d Quam vterque noſtrum in alterū molimur.

e Qua inter nos conueniebat de viciſſitudine regnādi per alternos annos.

f Incerti filij, & hæredes.

g *Se ad vindictam excitat.*

h Aude aliquid immane & nefarium, & propone tibi exemplum Tantali, qui Pelopem interfecit, & Pelopis qui, &c. ſup. verſ. 138.

i Tu de morte reſpondes, ego de genere mortis & cruciatu quæro.

k Mors cita gratiæ & beneficij loco indulgetur. vide Herc. Fu. verſ. 510.

l Quæ geminent mihi furorem.

Ser. *Ferrum?* At. *parum eſt.* Ser. *Quid ignis?*
Atr. *Etiamnum parum eſt.*
Ser. *Quónam ergo telo tantus vtetur dolor?*
Atr. [a] *Ipſo Thyeſte.* Ser. *maius eſt ira hoc malum.*
Atr. *Fateor, tumultus pectora attonitus* (*quatit,*
Penitúſque voluit: rapior, & quò, neſcio;
Sed rapior, [b] *imo mugit è fundo locum;*
Tonat dies [c] *ſerenus, ac totis domus*
Vt fracta tectis crepuit; & moti [d] *lares*
Vertêre vultum. fiat hoc, fiat nefas,
Quod Dij timetis. Ser. *Facere quid tandem parat?*
Atr. *Neſcio quid animus maius, & ſolitò amplius,*
Supráque fines moris humani * *timet,*
Inſtátq; pigris manibus: haud, quid ſit, ſcio:
Sed grande quiddam eſt. ita ſit; hoc, anime, incipe.
Dignum eſt Thyeſte facinus, & dignum Atreo.
[e] *Vterque faciat. vidit infandas domus*
[f] *Odrya menſas; fateor, immane eſt ſcelus,*
[g] *Sed occupatum: maius hoc aliquid dolor*
Inueniat. [h] *animum filio inſpira, parens;*

a Ipſius Thyeſtis in ſe & ſuos ſæuitiâ.

b *Hac fortè propter Tantalum à Megærâ excitum, ipſumq; ad furorem iræ & vindictæ incitantem.*

c Quod malũ omen. *Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.*

d Dij domeſtici, præſtites, domus tutelares, Mercurij & Laræ filij.

* Al. leg. tumet.

e Ego interficiendo fratris natos, ille comedẽdo ſuos.

f Domus Terei regis Thraciæ, cuius Odryſij incolæ ad Abderis ad Euxinum verſ. 145. Herc. Fu.

g Ab aliis inuentum, & factum, ego nouum velim. h Ioſ. Scaliger fateri non dubitat locũ hunc eſſe inexplicabilẽ. Dan. Heinſius legit (idque miro iudicio & ingenij ſagacitate) *Animum filio inſpira parens, ſurorque.* Parens procul dubio eſt Tantalus, qui tamen auus erat Atrei, à quo hæc dicũtur: quemadmodum Medea Med. verſ. 142. Solem auum ſuum, patrem & genitorem vocat. *Cauſa eſt ſimilis.* Alter enim Pelopem filium ſuum, alter fratris ſui liberos mactat, vterque ſanguinem ſuum. Cùm autem ſibi exemplum Thracium proponat, quidam malunt in emendationem

Sororq; cauſa eſt ſimilis. aſſiſte, & manum
Impelle noſtram: liberos auidus parens,
Gaudénſque laceret, & ſuos artus edat.
Bene eſt, abundè eſt, hic placet pœna modus
i *Tantiſper, vbinam eſt? tam diu cur innocens*
Verſatur Atreus? tota iã ante oculos meos
l *Imago cædis* m *errat, ingeſta orbitas*
In ora patris. anime, quid rurſus times?
Et ante rem a *ſubſidis? audendum eſt, age:*
Quod eſt in iſto ſcelere præcipuum nefas,
Hoc b *ipſe faciet.* Ser. *Sed quibus captus dolis,*
Noſtros dabit perductus in laqueos pedem?
Inimica credit cuncta. Atr. c *Non poterat capi,*
Niſi capere vellet. regna nunc ſperat mea:
Hac ſpe minanti fulmen occurret Ioui;
Hac ſpe ſubibit d *gurgitis tumidi minas:*
Dubiúmq; e *Libyca Syrtis intrabit fretum;*
Hac ſpe, quod eſſe maximum retur malum,
f *Fratrem videbit.* Ser. g *Quis fidem pacis dabit?*
Cui tanta credet? Atr. credula eſt ſpes improba.
Gnatis tamen mandata, quæ patruo ferant,
Dabimus: relictis exul hoſpitiis, vagus,
Regno vt miſerias mutet, atq; Argos regat
h *Ex parte dominus. ſi nimis durus preces*

Delrij ire. *animum ſimilem inſpira parens, ſorórque*, id eſt, animum æquè crudelem & impiè vindicẽ inſpirate, Procne & Philomela. namque & cauſa ſimilis eſt, illa mariti adulterium vlta in ſorore, ego fratris in vxore.

i Sed interea vbinam eſt Thyeſtes? qua ratione illum inuentum adducam, vt partes ſuas agat in hoc ſcelere? k Cur à nocendo tamdiu moror?

l *The plet, deſeigne.*

m *Vt oberrat.* verſ. 1145. in Herc. Fu. pro *obuerſatur.*

n Ipſe ſuos liberos, quibus iam orbatus fuerit vorabit.

a Deficis, labaſcis? b Comedet ſc. ſuos. c Inhiat regno, quod captans ipſe, vt piſcis eſcam dum capit, capietur.
d Adriatici maris tempeſtatibus maximè obnoxij: ſic infra verſ. 361. e Vide Herc. Fur. verſ. 320.
f Me. *Emphaſ.* g Quis faciet vt credat à
g In regni ſocietatem aſſumptus.

Spernet Thyeſtes; liberos eius rudes,
Maliſque feſſos grauibus, & faciles capi,
i *Preces mouebunt. hinc vetus* k *regni furor,*
Illinc egeſtas triſtis, hinc durus labor,
Quamuis l *rigentē tot malis ſubigent virū.*
Ser. *Iam tempus illi fecit ærumnas leues.*
Atr. *Erras*: malorū ſenſus accreſcit die.
Leue eſt miſerias ferre, m perferre eſt
graue.
Ser. *Alios miniſtros* n *conſiliis iſtis leges*:
Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt:
In patre facient, quidquid in patruo doces.
Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt
ſua.
Atr. a Vt nemo doceat fraudis & ſcele-
ris vias,
Regnum docebit. *ne mali fiant, times;*
b *Naſcuntur. iſtud quod vocas ſæuum, aſ-
perum,*
Agique dirè credis, & nimium impiè.
Fortaſſe & c *illic agitur.* Ser. *Hanc frau-
dem ſcient*
Gnati parari: tacita tam rudibus fides
Non eſt in annis, detegent forſan dolos.
Atr. Tacere multis diſcitur vitæ malis.
Ser. *Ipſoſne, per quos fallere alium cogitas,*
d *Falles?* Atr. *At ipſi crimine & culpa va-
cent:*
Quid enim eſt neceſſe liberos ſceleri meo
Inſerere? per nos odia ſe noſtra explicent.

i Ioſ. Scaliger legit. *Præcommouebunt. hinc vetus*, &c. i. προθεραπεύσουσι: hi pellicient patrueles, qui deinde patris ſui obſtinatū animum labefactent.

k Inſatiata & immenſa regnandi cupiditas.

l Induratum.

m Gnauiter, & ad exitum perferre: ſic Martialis: *Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.*

n *Ioſ. Scalig. emendat*, conſilij triſtis lege, *ne ſit pes quatuor temporum in quarta ſede.*

a Etſi nemo doceat.

b Siue ex me nati, ſiue ex illius adulterio, mali naſcuntur. non ad hoc duce vel magiſtro opus eſt.

c Apud Thyeſtem, id eſt, forte & ipſe Thyeſtes idem in me ſcelus meditatur.

d Latebis, celabis, vt λήσεις, participabis filiis quos mittes, conſilia?

Malè agis. [c] *recedis anime: ſi parcis tuis,*
Parces & illi: conſilij [f] *Agamemnon mei*
Sciens miniſter fiat, & patris cliens
[f] *Menelaus adſit.* [g] *prolis incerta fides*
Ex hoc paratur ſcelere, ſi bella abnuunt,
Et gerere nolunt odia; ſi patruum vocant;
Pater eſt. [h] *eatur.* [i] multa *ſed* trepidus ſolet
Detegere vultus; magna nolentem quoque
Conſilia produnt: *neſciunt quanta rei*
Fiant miniſtri. noſtra tu cœpta occule.
Ser. *Haud ſum monendus. iſta noſtro in pectore*
Fides, timórque, ſed magis claudet fides.

e Qui dubitas & filios corrũpere. quibus ſi parcas, parces fratri.
f Fil. Atrei.
g Etiam hinc experiar, filiíne mei ſint, an Thyeſtis, qui vxorem meã corrupit.
h Ibunt.
i Et tamen in dubio ſum, an expediat eos cõſilij mei eſſe cõſcios, ne fortè non benè diſſimulẽt, ſed vultu etiam inuiti conſilium prodãt. Codex Lipſianus leg. *multa turbatus ſolet.*

CHORUS.

A diſſidiis fratrum, qui ad tempus minas componunt, ſumptâ occaſione, Chorus regum ambitionem taxat. quis verè rex ſit, docet, vitam denique latentem collaudat.

TAndem regia nobilis,
Antiqui [k] *genus Inachi,*
Fratrum [a] *compoſuit minas.*
Quis [b] *vox exagitat furor.*
Alternis dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi [c] *arcium,*

k Nec tamẽ de genere Inachi fuerũt Tantalidæ, ſed ſucceſſores eius in regno Argiuorũ ſup. v. 138.

a *Adſpirat ſcena Chorus, videturq; pacem & ſperare, miſſis Agamemnone & Menelao ad Thyeſtem cum mandatis de conciliatione.* b O fratres Atr. & Thyeſt. vel, O reges *generaliter.* c Dominationis, quam quò tueantur, & pro ſua libidine exerceant tyranni, arce in vrbibus extructa colunt.

Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non veſtis [d] Tyriæ color,
Non fr ntis [e] nota regiæ,
Non [f] auro nitidæ trabes.
[g] Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris,
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis monet.
[h] *Non quidquid fodit Occidens;*
Aut vndâ [i] *Tagus aureâ*
Claro deuehit alueo:
Non quidquid [k] *Libycis terit*
[l] *Feruens area meſſibus.*
Quem non concutiet cadens
[m] *Obliqui via fulminis:*
Non Eurus rapiens mare:
Aut ſæuo rapidus freto
Ventoſi tumor [n] *Adriæ,*
Quem non lancea militis,
Non ſtrictus domuit [o] *chalybs:*
Qui tuto poſitus loco,
[a] *Infra ſe videt omnia:*
[b] *Occurritque ſuo libens*
Fato: nec queritur mori.
Reges conueniant licèt,

d Purpureæ, quo colore claret Tyros in Phœnicia, vbi piſcium, quorum ſucco tingitur, piſcatus vberrimus.
e Diadema, faſcia ſeu pannus, quo reges caput redimire ſoliti. vide verſ. 529.
f Auratæ.
g Rex eſt qui non ſeruit perturbationibus.
h Non aurum & argentum, quod foditur in Hiſpania.
i Luſitaniæ fl. aureas volués arenas.
k Libya frumenti feraciſſima eſt.
l Natiuũ epitheton. eſt enim area in qua frumenta teruntur & areſcũt, ferués, à pedibus boum qui exterunt, ἀλοῶσι qui priſcis triturandi mos erat, vt & hodie pleriſque. m In obliquum delati.
n Maris Adriatici procellis obnoxij, vt pote ventis, maximè Noto expoſiti. o Gladius è chalybe. n Quia magnanimus & humanis caſibus ſuperior ſub pedibus fortunam videt captiuam, omniáque minoris æſtimat quàm ſe & conſcientiam rectam. b *Ex Stoica illa naniâ quam vbiuis in Epiſtolis ingerit Seneca*, Mortem portum eſſe nunquam recuſandum, aliquando petendum.

Qui ſparſos agitant c *Dacas;*
Qui d *rubri vada litoris,*
Et gemmis mare lucidum
Latè d *ſanguineum tenent:*
e *Aut qui Caſpia fortibus*
Recludunt iuga f *Sarmatis:*
g *Certi Danubium licèt*
Audet qui pedes ingredi;
Et quocunque loco iacent
h *Seres vellere nobiles;*
Mens regnum bona poſſidet.
i *Nil vllis opus eſt equis;*
Nil armis, & k *inertibus*
Telis quæ procul ingerit
Parthus, cùm ſimulat fugas:
Admotis nihil eſt opus
Vrbes ſternere l *machinis*
Longè ſaxa rotantibus.
Rex eſt, qui metuit nihil,
m Rex eſt, quique cupit nihil.
Hoc regnum ſibi quiſque dat.
Stet, quicunque volet, potens
Aula culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.

c Populū trans Danubiū, qui nunc *Vualachi*. d Conueniant licèt reges, maris rubri accolæ, quod cū Ἐρυθραῖον diceretur Græcis ab Erythra filio Perſæi & Andromedæ, qui ibi regnauit, Latini rubrum verterūt cuius coloris vel arenas vel vndas eſſe credebant. Hebr. סוף Id eſt, papyroſum. e Et licèt conueniāt Armenij, qui portas, id eſt, iter per iuga Caſpia nō claudūt aduerſus Sarmatas, eorū incurſus non timentes. f Vide Herc. Fu. verſ 538.

g Licèt illi conueniant ac certent, qui Danubium Germaniæ fluuium hibernâ glacie concretum pedibus calcare non metuunt.
h Pop. Scythiæ Aſiaticæ, qui ex arboribus crebrâ aquarū aſpergine mollitis lanuginem depectunt, vnde ſericum conficiunt.
i Ad regnum verum, quod bonæ mentis eſt, nil equis, telis, &c. opus erit. k Qui ignauiæ & timiditatis ſpeciem ferant: cùm Parthi fugam ſimulantes *mittant poſt terga ſagittas*. l Baliſtis, è quibus πολιορκηταὶ ſaxa mittunt ad labefactanda & demolienda mœnia. m Al. leg Rex eſt, qui cupiet nihil. Alij verſum hunc prorſus delent, ſed neceſſariò eſt inſerendus. Ad abſolutam enim ſententiæ periodum ſpectat: nec aliter verè hoc regnum conſtat,

a *Nullis nota Quiribus*
Ætas per tacitum fluat.
Sic cùm tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies,
Plebeius moriar ſenex.
Illi mors grauis incubat,
b Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi.

conſtat, niſi duplicem affe-ctum adimas, Spem & Metū. a Vita à populari aurâ publicisque muneribus remota, non nota ciuibus. *Prolepſis, nondū enim erant Romani, Quirites dicti, vel à Curibus, id eſt, Sabinis in partem vrbis receptis, vel à Romulo Quirino cognominato, quod haſtam, quæ Sabinis Quiris eſt, geſtare ſolebat, vel à κύριος, vt alij volunt.* b Aliis conſpiciendus propter potentiam: ſibi ignotus, vt pote felici fortunâ ebrius, & ignorantiâ ſtupidus, cùm ſapiens ſe primùm noſſe debeat.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.

TANTALVS Iunior, &
FRATER tertius. } Mutæ Perſonæ.

Thyeſti à fratre Atreo per filios Atrei reuocato, redeuntiq; in patriam non ſine diffidentiâ ac mente malum præſagiente, reuertendi fiduciam addunt filij ſui.

Thy. O*Ptata patria tecta, & Argolicas opes,*
Miſeriſque ſummum ac maximum c *exulibus bonum,*
Tactum ſoli natalis, & patrios deos
*(*d *Si ſunt tamen dij) cerno;* e *Cyclopum ſacras*
Turres, labore maius humano decus,
Celebrata f *iuueni* g *ſtadia, per quæ nobilis*

c Patria omnibus chara: exulibus maximè, quibus interdicitur, quippè *Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.* d Si modò vel iſti, vel alij omninò Dij ſunt, qui me in exilium & tot miſerias incidere ſunt paſſi. e Vide Herc. Fu. verſ. 999. f Mihi iuueni. g Supra verſ. 130.

Palmam paterno non ſemel curru tuli
h *Occurret Argos, populus occurret frequẽs;*
Sed nempe & i Atreus. repete ſilueſtres fugas,
Saltúſque denſos potiùs, & mixtam feris
Similémque vitam. k *clarus hic regni nitor*
Fulgore non eſt quòd oculos falſo auferat.
Cùm, quid datur, ſpectabis, & dantẽ aſpice,
Modò inter l *illa, quæ putant cuncti aſpera,*
Fortis fui, latúſq;: a *nunc contrà in metus*
Reuoluor. animus hæret, ac retro cupit
Corpus referre: moueo nolentem gradum.
Pl. *Pigro (quid hoc eſt?) genitor inceſſu ſtupet,*
Vultúmque verſat, ſeque in incerto tenet.
Th. *Quid, anime, pendes? quid've conſiliũ diu*
Tam facile torques? b *rebus incertiſſimis,*
Fratri atque regno credis ac metuis c *mala*
Iam victa, iam manſueta, & ærumnas fugis
d *Bene collocatas? eſſe iam miſerum iuuat.*
Reflecte greſſum, dum licet, téque eripe.
Pl. *Quæ cauſa cogit, genitor, à patriâ gradum*
Referre viſâ? cur bonis tantis e *ſinum*
Subducis? irâ frater abiectâ f *redit;*
Partémque regni f *reddit: & lacera domus*
Componit artus, téque reſtituit g *tibi.*
Th. *Cauſam timoris, ipſe quam ignoro, exigis.*
Nihil timendum video; ſed timeo tamen.

h Vrbs viſui occurret. vel populus.
i Quem nollẽ.
Reuertar itaque.
k Non eſt cur hic clarus regni nitor animi mei oculos perſtringat, mentémq; auferat; vt ſpe regnãdi occæcatus adeò in pernicioſas fortaſſis inſidias ruam. nec tam munus, quàm dantem aſpice, ἐχθρῶν, ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.
l Exilium & pauperiem.
a In regni partem accitus.
b Fratri inimico & regno, quibus nil magis metuendum.
c Exilium & pauperiẽ, quæ iam aſſuefaciendo ac ferendo reddidi mollia.
d Quæ me docuerunt æquanimitatem & animi magnitudinem.
e Metaph. ab iis qui ſinum vel gremium pandunt captantes miſſilia, vel quæ decidunt.
f In gratiam redit, Paronomaſ. ad *reddit.* g Dignitati pri-

Placet ire: pigris mēbra ſed genubus labāt,
Alióque quàm quò nitor, adductus feror.
Sic concitatam remige & velo ratem
Æſtus, reſiſtens remigi & vento, refert.
Pl. *Peruince quidquid obſtat, & mentem impedit;*
Reducémq; quanta præmia exſpectēt vide,
Pater, potes regnare. Th. h *cùm poſſim mori.*
Pl. *Summa eſt poteſtas.* Th. i *nulla, ſi cupias nihil*
Pl. *Gnatis relinques.* Th. k non capit regnum duos
Pl. * *Miſer eſſe mauult, eſſe qui felix poteſt?*
Th. *Mihi crede, falſis magna nominibus placent.*
Fruſtra timentur dura dum excelſus ſteti.
Nunquā pauere deſtiti, atque ipſum a *mei*
Ferrum timere a *lateris.* ô quantum bonum eſt,
Obſtare nulli, capere ſecuras dapes
Humi iacentē! ſcelera non intrāt caſas,
Tutúſque mensâ capitur anguſtè cibus.
b Venenum in auro bibitur. c *expertus loquor,*
Malam bona præferre fortunam licet.
d *Non* e *vertice alti montis impoſitā domū,*

ſtinæ.
h Atque adeò iam re non quandiu mortis arbitrium penes me eſt. *Stoicè & ab inexpectato eſt.* Quis enim eſt rex Stoicorum? Qui mori poteſt,
i Neque in vlla eſt poteſtas nullā cupienti vel lege. *Summa.* q. d. ſumma hæc poteſtas eſt, nil cupere.
k Neque nos fratres capit, neque vos capiet. *Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas impatiens conſortis erit,* μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους. Non capit mundus duos

ſoles. * Al. leg. *Miſer eſſe mauis, eſſe qui fælix potes?* & hæc lectio placet. a Vel etiam ſatellitum, qui latus meum ſtipabant. b *Nullis aconita bibuntur Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumes Gemmata.* c Vtramque fortunam expertus, aduerſam & ſecundam.
d Scena Argiua eſt eſt. Cùm verò Romæ agatur tragœdia, taxatur luxus Romanorum in ædificiis, piſcinis balneis, agris, &c. & quæ ſequuntur, ſtudio quodam deſumuntur è Senecæ epiſt. 60. 89. 90. & 123. e Hic, in humili fortuna ciues non

Et eminentem ciuitas humilis tremit;
Nec fulget altis ſplendidum tectis f *ebur;*
Somnóſque non defendit excubitor meos:
Non g *claßibus piſcamur; &* h *retro mare*
Iactâ fugamus mole; non i *ventrem improbum*
Alimus tributo gentium; nullus mihi
Vltra Getas metatur & Parthos ager:
k *Nõ thure colimur; nec mea, excluſo Ioue,*
Ornantur aræ; l *nulla culminibus meis*
Impoſita nutat ſilua; m *nec fumant manu*
Succenſa multâ ſtagna: n *nec ſomno dies,*
Bacchóque nox ducenda peruigili datur.
Sed non timemus. tuta ſine telo eſt dom9:
o Rebuſque paruis alta præſtatur quies.
p Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati.
Pl. *Nec abnuendũ eſt, ſi dat imperiũ deus:*
Th. *Nec appetendum.* Pl. q *frater, vt regnes, rogat.*
Thy. *Rogat? timendum eſt. errat hic aliquis dolus.*
Pl. *Redire pietas, vnde ſummota eſt, ſolet.*
Reparátque vires a *iuſtus amiſſas amor.*
Th. *Amat Thyeſten frater?* b *æthereas priùs*

coercentur arcibus in ſublimi poſitis. infr. verſ. 640. f Eburneum lacunar. g *Dum gula ſæuit Retibus aßiduis penitus ſcrutãte macello Proxima.* h Fundamẽtis in mare iactis, quę ipſum mare anguſtent. & *Contracta piſces æquora ſentiunt.* i Gulam inſatiatam & delicatam. k Non vſurpamus diuinos honores Diis veris negatos. *Caligulam autem, Domitianum, alioſq; imperatores Rom. poëta.* l Non ſerimus hortos & pomaria in ſummis tectorum faſtigiis. m Non balnea thermæque vaſtiſſimæ inſtar ſtagnorum (quas Oceanos appellabant) multo labore calefiunt. *Neronis ſtagnum innuit.* n Non contra naturam viuentes diem ſomno, noctem compotationibus tranſigimus, Epiſt. Senec. 122. o Humili fortunæ. p Maximum imperium eſt, poſſe regno ſine difficultate carere Sic Lucan. *Non poſſunt ſine rege pati*, Idiomate noſtro, *To abide Vvithout à Kingdome* q Neque enim vt appetas opus eſt, cùm frater vt regnes roget. a Neceſſarius, vt amor fratrum poſt iras firmiùs reſarcitur. b Nunquam fiet vt amet. *impoßibilis conditio negat.*

Perfundet c *Arctos pontus; &* d *Siculi rapax*
Conſiſtet æſtus vnda, & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget: & lucem dabit
Nox atra terris: antè cum flammis aquæ,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœdúſque iungent. Pl. *Quam tamen fraudem times?*
Thy. *Omnem. timori quem meo ſtatuam modum?*
Quantum poteſt, tantum odit. Pl. *In te quid poteſt?* *(mihi*
Th. e *Pro me nihil iam metuo; vos facitis*
Atrea timendum. Pl. *decipi captus times?*
f Serum eſt cauendi tempus in mediis malis.
Thy. g *Eatur: vnum genitor hoc teſtor tamen;*
Ego vos ſequor, non duco. Pl. *Reſpiciât deus*
Bene cogitata. perge non dubio gradu.

c Vrſæ autem ſidera arctico circulo incluſæ non deſcendunt ſub Horizontem noſtrũ, non itaque tingi videntur in æquore, vt cæteræ ſtellæ.
d Fretum illud rapidiſſimum inter Italiam & Siciliam prius quieſcet.
e De me, qui mortem contemno, ſecurus: de vobis ſollicitus ſum.
f Cùm verò nimis appropinquaris, ſerum eſt iam reuerſum tibi conſulere. perge itaque. g Al. volunt verbum illud, *Eatur* eſſe Pliſth. & Thyeſt. incipere, *Vnum, genitor, hoc teſtor tamen*; Sed continenter hæc Thyeſtes dicit, euictus tandem ſuadelâ ſiue precibus liberorum, Age, inquit, eamus. tamen ego hoc pater vobis teſtor, ſequi me, non ducere.

ATREVS. THYESTES.

TANTALVS F.
Tertius frater. } Mutæ Perſonæ.

Tacitè ſibi applaudit Atreus irretitum fratrum cui obuiam procedit, & ſimulatâ in gratiam reditione eum circumuenit.

Atreus. P*Lagis tenetur cluſa diſpoſitis* g *fera.*

g Thyeſtes.

Sorórq; cauſa eſt ſimilis. aſſiſte, & manum
Impelle noſtram: liberos auidus parens,
Gaudénſque laceret, & ſuos artus edat.
Bene eſt, abundè eſt, hic placet pœna modus
i *Tantiſper, vbinam eſt? tam diu cur innocens*
Verſatur Atreus? tota iã ante oculos meos
l *Imago cædis* m *errat, ingeſta orbitas*
In ora patris. anime, quid rurſus times?
Et ante rem a *ſubſidis? audendum eſt, age:*
Quod eſt in iſto ſcelere præcipuum nefas,
Hoc b *ipſe faciet.* Ser. *Sed quibus captus dolis,*
Noſtros dabit perductus in laqueos pedem?
Inimica credit cuncta. Atr. c *Non poterat capi,*
Niſi capere vellet. regna nunc ſperat mea:
Hac ſpe minanti fulmen occurret Ioui;
Hac ſpe ſubibit d *gurgitis tumidi minas:*
Dubiúmq; e *Libyca Syrtis intrabit fretum;*
Hac ſpe, quod eſſe maximum retur malum,
f *Fratrem videbit.* Ser. g *Quis fidem pacis dabit?*
Cui tanta credet? Atr. credula eſt ſpes improba.
Gnatis tamen mandata, quæ patruo ferant,
Dabimus: relictis exul hoſpitiis, vagus,
Regno vt miſerias mutet, atq; Argos regat
h *Ex parte dominus. ſi nimis durus preces*

Delrij ire, *animum ſimilem inſpira parens, ſorórque*, id eſt, animum æquè crudelem & impiè vindicẽ inſpirate, Procne & Philomela. namque & cauſa ſimilis eſt, illa mariti adulterium vlta in ſorore, ego fratris iñ vxore.

i Sed interea vbinam eſt Thyeſtes? qua ratione illum inuentum adducam, vt partes ſuas agat in hoc ſcelere? k Cur à nocendo tamdiu moror?

l *The plet, deſeigne.*

m *Vt oberrat.* verſ. 1145. in Herc. Fu. pro *obuerſatur.*

n Ipſe ſuos liberos, quibus iam orbatus fuerit vorabit.

a Deficis, labaſcis? b Comedet ſc. ſuos. c Inhiat regno, quod captans ipſe, vt piſcis eſcam dum capit, capietur.
d Adriatici maris tempeſtatibus maximè obnoxij: ſic infra verſ. 361. e Vide Herc. Fur. verſ. 320.
f Me. *Emphaſ.* g Quis faciet vt credat à
g In regni ſocietatem aſſumptus.

Spernet Thyeſtes; liberos eius rudes,
Maliſque feſſos grauibus, & faciles capi,
[i] *Preces mouebũt. hinc vetus* [k] *regni furor,*
Illinc egeſtas triſtis, hinc durus labor,
Quamuis [l] *rigentẽ tot malis ſubigent virũ.*
Ser. *Iam tempus illi fecit ærumnas leues.*
Atr. *Erras*: malorũ ſenſus accreſcit die.
Leue eſt miſerias ferre, [m] perferre eſt graue.
Ser. *Alios miniſtros* [n] *conſiliis iſtis leges.*
Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt:
In patre facient, quidquid in patruo doces.
Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.
Atr. [a] Vt nemo doceat fraudis & ſceleris vias,
Regnum docebit. *ne mali fiant, times;*
[b] *Naſcuntur. iſtud quod vocas ſæuum, aſperum,*
Agique dirè credis, & nimium impiè.
Fortaſſe & [c] *illic agitur.* Ser. *Hanc fraudem ſcient*
Gnati parari: tacita tam rudibus fides
Non eſt in annis, detegent forſan dolos.
Atr. Tacere multis diſcitur vitæ malis.
Ser. *Ipſoſne, per quos fallere alium cogitas,*
[d] *Falles?* Atr. *At ipſi crimine & culpa vacent:*
Quid enim eſt neceſſe liberos ſceleri meo
Inſerere? per nos odia ſe noſtra explicent.

i Ioſ. Scaliger legit. *Præcommouebunt. hinc vetus*, &c. i. προθεραπεύσουσιν: hi pellicient patrueles, qui deinde patris ſui obſtinatũ animum labefactent.

k Inſatiata & immenſa regnandi cupiditas.

l Induratum.

m Grauiter, & ad exitum perferre: ſic Martialis: *Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.*

n *Ioſ. Scalig. emendat*, conſilij triſtis lege, *ne ſit pes quatuor temporum in quarta ſede.*

a Etſi nemo doceat.

b Siue ex me nati, ſiue ex illius adulterio, mali naſcuntur. non ad hoc duce vel magiſtro opus eſt.

c Apud Thyeſtem, id eſt, forte & ipſe Thyeſtes idem in me ſcelus meditatur.

d Latebis, celabis, vt λήσεις, participabis filiis quos mittes, conſilia?

Malè agis. e *recedis anime: ſi parcis tuis,*
Parces & illi: conſilij f *Agamemnon mei*
Sciens miniſter fiat, & patris cliens
f *Menelaus adſit.* g *prolis incertæ fides*
Ex hoc paratur ſcelere, ſi bella abnuunt,
Et gerere nolunt odia; ſi patruum vocant;
Pater eſt. h *eatur.* i multa *ſed* trepidus ſolet
Detegere vultus; magna nolentem quoque
Conſilia produnt: *neſciunt quanta rei*
Fiant miniſtri. noſtra tu cœpta occule.
Ser. *Haud ſum monendus. iſta noſtro in pectore*
Fides, timórque, ſed magis claudet fides.

e Qui dubitas & filios corrũpere. quibus ſi parcas, parces fratri.
f Fil. Atrei.
g Etiam hinc experiar, filiíne mei ſint, an Thyeſtis, qui vxorem meã corrupit.
h Ibunt.
i Et tamen in dubio ſum, an expediat eos cõſilij mei eſſe cõſcios, ne fortè non benè diſſimulẽt, ſed vultu etiam inuiti conſilium prodãt. Codex Lipſianus leg. *multa turbatus ſolet.*

CHORVS.

A diſsidiis fratrum, qui ad tempus minas componunt, ſumptâ occaſione, Chorus regum ambitionem taxat. quis verè rex ſit, docet, vitam denique latentem collaudat.

T*Andem regia nobilis,*
Antiqui k *genus Inachi,*
Fratrum a *compoſuit minas.*
Quis b *vox exagitat furor.*
Alternis dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi c *arcium,*

k Nec tamẽ de genere Inachi fuerũt Tantalidę, ſed ſucceſſores eius in regno Argiuorũ ſup. v.138.

a *Adſpirat ſcena Chorus, videturq́; pacem & ſperare, miſsis Agamemnone & Menelao ad Thyeſtem cum mandatis de conciliatione.* b O fratres Atr. & Thyeſt. vel, O reges *generaliter.* c Dominationis, quam quò tueantur, & pro ſua libidine exerceant tyranni, arce in vrbibus extructa colunt.

Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non veſtis [d] Tyriæ color,
Non fr ntis [e] nota regiæ,
Non [f] auro nitidæ trabes.
[g] Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris,
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis monet.
[h] *Non quidquid fodit Occidens;*
Aut vndâ [i] *Tagus aureâ*
Claro deuehit alueo:
Non quidquid [k] *Libycis terit*
[l] *Feruens area meſſibus.*
Quem non concutiet cadens
[m] *Obliqui via fulminis:*
Non Eurus rapiens mare:
Aut ſæuo rapidus freto
Ventoſi tumor [n] *Adriæ,*
Quem non lancea militis,
Non ſtrictus domuit [o] *chalybs:*
Qui tuto poſitus loco,
[a] *Infra ſe videt omnia:*
[b] *Occurritque ſuo libens*
Fato: nec queritur mori.
Reges conueniant licèt,

d Purpureæ, quo colore claret Tyros in Phœnicia, vbi piſcium, quorum ſucco tingitur, piſcatus vberrimus.
e Diadema, faſcia ſeu pannus, quo reges caput redimire ſoliti. vide verſ. 529.
f Auratæ.
g Rex eſt qui non ſeruit perturbationibus.
h Non aurum & argentum, quod foditur in Hiſpania.
i Luſitaniæ fl. aureas volués arenas.
k Libya frumenti feraciſſima eſt.
l Natiuũ epitheton. eſt enim area in qua frumenta teruntur & areſcũt, ferués, àpedibus boum qui exterunt. ἀλωᾶσι qui priſcis triturandi mos erat, vt & hodie pleriſque.
m In obliquum delati.
n Maris Adriatici procellis obnoxij, vt pote ventis, maximè Noto expoſiti.
o Gladius è chalybe.
n Quia magnanimus & humanis caſibus ſuperior ſub pedibus fortunam videt captiuam, omniáque minoris æſtimat quàm ſe & conſcientiam rectam.
b *Ex Stoica illa naniâ quam vbiuis in Epiſtolis ingerit Seneca*, Mortem portum eſſe nunquam recuſandum, aliquando petendum.

Qui ſparſos agitant c *Dacas;*
Qui d *rubri vada litoris,*
Et gemmis mare lucidum
Latè d *ſanguineum tenent:*
e *Aut qui Caſpia fortibus*
Recludunt iuga f *Sarmatis:*
g *Certi Danubium licèt*
Audet qui pedes ingredi;
Et quocunque loco iacent
h *Seres vellere nobiles;*
Mens regnum bona poſſidet.
i *Nil vllis opus eſt equis;*
Nil armis, & k inertibus
Telis quæ procul ingerit
Parthus, cùm ſimulat fugas:
Admotis nihil eſt opus
Vrbes ſternere l *machinis*
Longè ſaxa rotantibus.
Rex eſt, qui metuit nihil,
m Rex eſt, quique cupit nihil.
Hoc regnum ſibi quiſque dat.
Stet, quicunque volet, potens
Aula culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet quies.
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.

c Populũ trans Danubiũ, qui nunc *Vualachi*. d Conueniant licèt reges, maris rubri accolæ, quod cũ Ἐρυθραῖον diceretur Græcis ab Erythra filio Perſæi & Andromedæ, qui ibi regnauit, Latini rubrum verterũt cuius coloris vel arenas vel vndas eſſe credebant. Hebr. סוף Id eſt, papyroſum. e Et licèt conueniãt Armenij, qui portas, id eſt, iter per iuga Caſpia nõ claudũt aduerſus Sarmatas, eorũ incurſus non timentes. f Vide Herc. Fu. verſ 538.

g Licèt illi conueniant ac certent, qui Danubium Germaniæ fluuium hibernâ glacie concretum pedibus calcare non metuunt. h Pop. Scythiæ Aſiaticæ, qui ex arboribus crebrâ aquarũ aſpergine mollitis lanuginem depectunt, vnde ſericum conficiunt. i Ad regnum verum, quod bonæ mentis eſt, nil equis, telis, &c. opus erit. k Qui ignauiæ & timiditatis ſpeciem ferant: cùm Parthi fugam ſimulantes *mittant poſt terga ſagittas*. l Baliſtis, è quibus πολιορκητικοὶ ſaxa mittunt ad labefactanda & demolienda mœnia. m Al. leg. Rex eſt, qui cupiet nihil. Alij verſum hunc prorſus delent, ſed neceſſariò eſt inſerendus. Ad abſolutam enim ſententiæ periodum ſpectat: nec aliter verè hoc regnum conſtat,

a *Nullis nota Quiribus*
Ætas per tacitum fluat.
Sic cùm tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies,
Plebeius moriar ſenex.
Illi mors grauis incubat,
b Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi.

conſtat, niſi duplicem affectum adimas, Spem & Metũ. a Vita à populari aurâ publiciſque muneribus remota, non nota ciuibus. *Prolepſis, nondũ enim erant Romani, Quirites dicti, vel à Curibus, id eſt, Sabinis in partem vrbis receptis, vel à Romulo Quirino cognominato. quod haſtam, quæ Sabinis Quiris eſt, geſtare ſolebat, vel à κύϱιος, vt alij volunt.* b Aliis conſpiciendus propter potentiam: ſibi ignotus, vt pote felici fortunâ ebrius, & ignorantiâ ſtupidus, cùm ſapiens ſe primùm noſſe debeat.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.

TANTALVS Iunior, & FRATER tertius. } Mutæ Perſonæ.

Thyeſti à fratre Atreo per filios Atrei reuocato, redeuntiq; in patriam non ſine diffidẽtiâ ac mente malum præſagiente, reuertendi fiduciam addunt filij ſui.

Thy. *O Ptata patria tecta, & Argolicas opes,*
Miſeriſque ſummum ac maximum c *exulibus bonum,*
Tactum ſoli natalis, & patrios deos
*(*d *Si ſunt tamen dij) cerno;* e *Cyclopum ſacras*
Turres, labore maius humano decus,
Celebrata f *iuueni* g *ſtadia, per quæ nobilis*

c Patria omnibus chara: exulibus maximè, quibus interdicitur, quippè *Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.* d Si modò vel iſti, vel alij omninò Dij ſunt, qui me in exilium & tot miſerias incidere ſunt paſſi. e Vide Herc. Fu. verſ. 999. f Mihi iuueni. g Supra verſ. 130.

Palmam paterno non ſemel curru tuli.
h *Occurret Argos, populus occurret freqnēs;*
Sed nempe & i *Atreus. repete ſilueſtres fugas,*
Saltúſque denſos potiùs, & mixtam feris
Similémque vitam. k *clarus hic regni nitor*
Fulgore non eſt quòd oculos falſo auferat.
Cùm, quid datur, ſpectabis, & dantē aſpice,
Modò inter l *illa, quæ putant cuncti aſpera,*
Fortis fui, lætúſq;: a *nunc contrà in metus*
Reuoluor. animus hæret, ac retro cupit
Corpus referre: moueo nolentem gradum.
Pl. *Pigro (quid hoc eſt?) genitor inceſſu ſtupet,*
Vultúmque verſat, ſeque in incerto tenet.
Th. *Quid, anime. pedes? quidve conſiliū diu*
Tam facile torques? b *rebus incertiſſimis,*
Fratri atque regno credis ac metuis c *mala*
Iam victa, iam manſueta, & ærumnas fugis
d *Bene collocatas? eſſe iam miſerum iuuat.*
Reflecte greſſum, dum licet, téque eripe.
Pl. *Quæ cauſa cogit, genitor, à patriâ gradum*
Referre viſâ? cur bonis tantis e *ſinum*
Subducis? irâ frater abiectâ f *redit;*
Partémque regni f *reddit: & lacera domus*
Componit artus, téque reſtituit g *tibi.*
Th. *Cauſam timoris, ipſe quam ignoro, exigis.*
Nihil timendum video; ſed timeo tamen.

h Vrbs viſui occurret. vel populus.
i Quem nollē. Reuertar itaque.
k Non eſt cur hic clarus regni nitor animi mei oculos perſtringat, mentémq; auferat; vt ſpe regnādi occæcatus adeò in pernicioſas fortaſſis inſidias ruam. nec tam munus, quàm dantem aſpice, ἐχθρῶν, τὰ ἄδωρα δῶρα, ϗ οὐκ ὀνήσιμα.
l Exilium & pauperiem.
a In regni partem accitus.
b Fratri inimico & regno, quibus nil magis metuendum.
c Exilium & pauperiē, quæ iam aſſuefaciendo ac ferendo reddidi mollia.
d Quæ me docuerunt æquanimitatem & animi magnitudinem.
e Metaph. ab iis qui ſinum vel gremium pandunt captantes miſſilia, vel quæ decidunt.
f In gratiam redit, Paronomaſ. ad *reddit*. g Dignitati pri-

Placet ire: pigris mẽbra ſed genubus labãt,
Alióque quàm quò nitor, adductus feror.
Sic concitatam remige & velo ratem
Æſtus, reſiſtens remigi & vento, refert.
Pl. *Peruince quidquid obſtat, & mentem impedit;*
Reducémq; quanta præmia exſpectẽt vide,
Pater, potes regnare. Th. [h] *cùm poſſim mori.*
Pl. *Summa eſt poteſtas.* Th. [i] *nulla, ſi cupias nihil*
Pl. *Gnatis relinques.* Th. [k] non capit regnum duos
Pl. *[*] Miſer eſſe mauult, eſſe qui felix poteſt?*
Th. *Mihi crede, falſis magna nominibus placent.*
Fruſtra timentur dura dum excelſus ſteti.
Nunquã pauere deſtiti, atque ipſum [a] *mei*
Ferrum timere [a] *lateris.* ô quantum bonum eſt,
Obſtare nulli, capere ſecuras dapes
Humi iacentẽ! ſcelera non intrãt caſas,
Tutúſque menſâ capitur anguſtè cibus.
[b] Venenum in auro bibitur. [c] *expertus loquor,*
Malam bonæ præferre fortunam licet.
[d] *Non* [e] *vertice alti montis impoſitã domũ,*

ſtinæ.
h Atque adeò iam re non quandiu mortis arbitrium penes me eſt. *Stoicè & ab inexpectato eſt.* Quis enim eſt rex Stoicorum? Qui mori poteſt,
i Neque in vlla eſt poteſtas nullã cupienti vel lege. *Summa.* q. d. ſumma hæc poteſtas eſt, nil cupere.
k Neque nos fratres capit, neque vos capiet. *Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas impatiens conſortis erit,* μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους. Non capit mundus duos ſoles.

* Al. leg. *Miſer eſſe mauis, eſſe qui fælix potes?* & hæc lectio placet. a Vel etiam ſatellitum, qui latus meum ſtipabant. b *Nullis aconita bibuntur Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumes Gemmata.* c Vtramque fortunam expertus, aduerſam & ſecundam.

d Scena Argiua eſt eſt. Cùm verò Romæ agatur tragœdia, taxatur luxus Romanorum in ædificiis, piſcinis balneis, agris, &c. & quæ ſequuntur, ſtudio quodam deſumuntur è Senecæ epiſt. 60. 89. 90. & 123. e Hic, in humili fortuna ciues non

Et eminentem ciuitas humilis tremit;
Nec fulget altis ſplendidum tectis f *ebur;*
Somnóſque non defendit excubitor meos:
Non g *claßibus piſcamur; &* h *retro mare*
Iactâ fugamus mole; non i *ventrem improbum*
Alimus tributo gentium; nullus mihi
Vltra Getas metatur & Parthos ager:
k *Nō thure colimur; nec mea, excluſo Ioue,*
Ornantur aræ; l *nulla culminibus meis*
Impoſita nutat ſilua; m *nec fumant manu*
Succenſa multâ ſtagna: n *nec ſomno dies,*
Bacchóque nox ducenda peruigili datur.
Sed non timemus. tuta ſine telo eſt domꝰ:
o Rebuſque paruis alta præſtatur quies.
p Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati.
Pl. *Nec abnuendū eſt, ſi dat imperiū deus:*
Th. *Nec appetendum.* Pl. q *frater, vt regnes, rogat.*
Thy. *Rogat? timendum eſt. errat hic aliquis dolus.*
Pl. *Redire pietas, vnde ſummota eſt, ſolet.*
Reparátque vires a *iuſtus amiſſas amor.*
Th. *Amat Thyeſten frater?* b *æthereas priùs*

coercentur arcibus in ſublimi poſitis. inf vers. 640.
f Eburneum lacunar.
g *Dum gula ſauit Retibus aßiduis penitus ſcrutâte macello Proxima.*
h Fundamētis in mare iactis, quę ipſum mare anguſtent, & *Contracta piſces æquora ſentiunt.*
i Gulam inſatiatam & delicatam.
k Non vſurpamus diuinos honores Diis veris negatos. *Caligulam autem, Domitianum, alioſq; imperatores Rom. poëta.*
l Non ſerimus hortos & pomaria in ſummis tectorum faſtigiis. m Non balnea thermæque vaſtiſſimæ inſtar ſtagnorum (quas Oceanos appellabant) multo labore calefiunt. *Neronis ſtagnum innuit.* n Non contra naturam viuentes diem ſomno, noctem compotationibus tranſigimus, Epiſt. Senec. 122. o Humili fortunæ. p Maximum imperium eſt, poſſe regno ſine difficultate carere Sic Lucan. *Non poſſunt ſine rege pati*, Idiomate noſtro, *To abide Vvithont à Kingdome* q Neque enim vt appetas opus eſt, cùm frater vt regnes roget. a Neceſſarius, vt amor fratrum poſt iras firmiùs reſarcitur. b Nunquam fiet vt amet. *impoßibilis conditio negas.*

Perfundet [c] *Arctos pontus;* & [d] *Siculi rapax*
Conſiſtet æſtus vnda, & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget: & lucem dabit
Nox atra terris antè cum flammis aqua,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœdúſque iungent. Pl. *Quam tamen fraudem times?*
Thy. *Omnem. timori quem meo ſtatuam modum?*
Quantum poteſt, tantum odit. Pl. *In te quid poteſt?*
Th. [e] *Pro me nihil iam metuo; vos facitis mihi*
Atrea timendum. Pl. *decipi captus times?*
[f] Serum eſt cauendi tempus in mediis malis.
Thy. [g] *Eatur: vnum genitor hoc teſtor tamen;*
Ego vos ſequor, non duco. Pl. *Reſpiciât deus*
Bene cogitata. perge non dubio gradu.

c Vrſæ autem ſidera arctico circulo incluſæ non deſcendunt ſub Horizontem noſtrũ, non itaque tingi videntur in æquore, vt cæteræ ſtellæ. d Fretum illud rapidiſſimum inter Italiam & Siciliam prius quieſcet. e De me, qui mortem contemno, ſecurus: de vobis ſollicitus ſum. f Cùm verò nimis appropinquaris, ſerum eſt iam reuerſum tibi conſulere. perge itaque. g Al. volunt verbum illud, *Eatur* eſſe Pliſth. & Thyeſt. incipere, *Vnum, genitor, hoc teſtor tamen;* Sed continenter hæc Thyeſtes dicit, euictus tandem ſuadelâ ſiue precibus liberorum, Age, inquit, eamus. tamen ego hoc pater vobis teſtor, ſequi me, non ducere.

ATREVS. THYESTES.

TANTALVS F. } Mutæ Perſonæ.
Tertius frater.

Tacitè ſibi applaudit Atreus irretitum fratrum cui obuiam procedit, & ſimulatâ in gratiam reditione eum circumuenit.

Atreus. PLagis tenetur cluſa diſpoſitis [g] *fera.*

g Thyeſtes.

Et ipſum, & vnà [h] *generis inuiſi indolem*
Iunctam parenti cerno, tam tuto in loco
Verſantur odia: venit in noſtras manus
Tandem Thyeſtes; venit, & [i] *totus quidem.*
Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.
Sic, cùm feras veſtigat, & longo ſagax
[k] *Loro tenetur* [l] *Vmber, ac* [m] *preſſo vias*
Scrutatur ore; dum procul lento ſuem
Odore ſentit, paret, & tacito locum
[a] *Roſtro pererrat; præda cum propior fuit,*
Ceruice tota pugnat, & geſtu vocat
Dominum morantem, ſeq; retinenti eripit.
Cùm [b] *ſpirat ira ſanguinem, neſcit tegi,*
Tamen tegatur. [c] *aſpice, vt multo grauis*
Squallore vultus obruat mœſtos coma:
Quam fœda iaceat barba. [d] *præſtatur fides.*
Fratrem iuuat videre: complexus mihi
Redde expetitos, quidquid irarum fuit,
Tranſierit. ex hoc [e] *ſanguis ac pietas die*
Colantur: animis omnia damnata excidãt.
Th. [f] *Diluere poſſem cuncta, niſi talis fores.*
Sed fateor, Atreu, fateor, admiſi omnia
Quæ credidiſti, peſſimam cauſam meam
Hodierna pietas fecit: eſt prorſus nocens,
Quicumque viſus tam bono fratri eſt nocẽs.
Lacrymis agendum eſt: ſupplicem primus
vides.
Hæ te precantur [h] *pedibus intactæ manus:*
Ponatur omnis ira, & animo timor

h filios patrem malum vultu & indole referentes.
i Cum filiis.
k *In a leash.*
l Etſi Argiuæ Scenæ magis conueniſſet Spartanus aut Moloſſus, cùm tamen Romæ agatur, non multum refert ſi Vmbrum vt notæ ſagacitatis canem citet.
m In terram inclinato.
a Vſitatiùs de auibus dicitur, ſed & de quadrupedibus, cũ à *Rhodo* deſcendat; & de ipſo homine, quod etiamdum in Hiſpanicâ *roſtro* manet.
b Affectat.
c *Superiora apud ſe, & quæ ſequuntur, conuerſus ad fratrẽ loquitur.*

d Præſto tibi fidem, quam nunciarunt tibi filij mei. e Neceſſitudo ſanguinis. f Excuſare quidem admiſſa mea conarer, ſi te adeò placabilem & ad veniam facilem non cernerem, iam itaque fateor. g Tua in me pietas quantò maior, tantò mea in te cætero ſunt grauiora. h Quæ ſupplices hucuſque nullius pedes tetigere; tu enim primus me ſupplicem vides.

Eraſus abeat: obſides fidei accipe
Hos innocentes. Atr. *Frater, à genubus manus*
Aufer, meóſque potiùs amplexus pete.
Vos quoq;, ſenũ præſidia, i *vos iuuenes, meo*
Pendete collo, ſquallidam veſtem exue,
k *Oculiſque noſtris parce, & ornatus cape,*
Pares meis, lætúſque fraterni imperij
Capeſſe partem. maior hæc laus eſt mea,
Fratri paternum reddere incolumi decus.
Habere regnum, caſus eſt: virtus, dare.
Th. *Dij paria, frater, pretia pro tantis tibi*
Meritis rependant. a *regiam capitis notam*
Squallor b *recuſat noſter; & ſceptrum manus*
Infauſta b *refugit. liceat in media mihi*
Latere c *turbâ.* Atr. *Recipit hoc regnum duos,*
Thy. *Quis influentis dona Fortunæ abnuit?*
Thy. *Expertus eſt quicumque quàm facilè effluant.*
Thy. *Meum eſt, credo, quidquid eſt, frater, tuum.*
Atr. *Fratrem potiri* d *gloria ingenti vetas?*
Th. *Tua iam peracta gloria eſt, reſtat mea.*
e *Reſpuere certum eſt regna conſilium mihi.*
Atr. *Meam relinquam, nî tuam partem accipis.*
Thy. *Accipio regni nomen impoſiti feram:*
Sed f *iura & arma ſeruient mecum tibi.*
Atr. *Impoſita capiti vincla venerando gere.*
Ego deſtinatas victimas ſuperis dabo.

i Al. leg. tot iuuenes i. tres: Pliſthenes qui loquetur, Tantalus, & natu minimus; mutæ perſonæ. verſ. 715. 723. & 737. infra.
k Nec videãt, non ſine lacrymis ſquallorẽ tuum.
l Regnum.
a Regni inſigne diadema. inf. verſ. 543.
b Vide Herc. Fu. verſ. 1192. & 1317.
c Plebe.
d Dediſſe & participaſſe regnum.
e Certum eſt mihi conſiliũ: regna quamuis oblata renuere.
f Quæcunque ad pacem ſiue ab bellum ſpectant, illa omnia & ego ipſe tibi inſeruiemus.
g Redimiculum ſiue faſciam ex panno precioſiſſimo, ſic & Græcæ δια-δημα à δια-δέω, reuincio.

CHORVS.

Inſeruiens actui procedenti Chorus Atrei collaudat pietatem, quæ ſimultates & diſſidia fratrum compoſuit, non ſecùs ac ſerenitas tempeſtatem ſequuta.

Credat hoc quiſquã; ferus ille, & acer,
g *Nec potens mentis, truculentus Atreus*
Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit.

g Affectibus, non rationi parens

Nulla vis maior pietate vera eſt.
Iurgia externis inimica durant,
Quos amor verus tenuit, tenebit.
h *Ira cum magnis agitata cauſis*
Gratiam rupit, cecinitque bellum,
Cùm leues frenis ſonuere turmæ,
Fulſit hinc illinc agitatus enſis,
a *Quem mouet crebro furibundus ictu*
Sanguinem Mauors cupiens recentem:
Opprimit ferrum, manibúſque iunctis
Ducit ad pacem pietas negantes.
Otium tanto ſubitum è tumultu
Quis deus fecit? modò per Mycenas
Arma ciuilis crepuere belli.

h Conſanguineos, etſi ad tempus acerrimè diſſideant, pietas tamen & verus amor in gratiam reducit: alios non item.

a Quē enſem ſtrinxit vibrauitque ira belli, hunc in vaginam recondit & comprimit pietas.

Pallida matres b *timuere natis;*
Vxor armato timuit marito,
Cùm manum c *inuitus ſequeretur enſis,*
d *Sordidus pacis vitio quietæ.*
Ille labentes renouare muros;
Hic ſitu quaſſas ſtabilire turres;
Ferreis portas cohibere clauſtris
Ille certabat; pauidúſque e *pinnis*
Anxia nocti vigil incubabat.
Peior eſt bello timor ipſe belli.

b Legunt alij *tremuere*. alij *tenuere natos*, ne irent ab bellum.

c Ciuilem ſcilicet hauſurus ſanguinem.

d Rubiginoſus.

e Murorum minis.

Iam

Iam mina ſæui cecidere ferri;
Iam ſilet murmur graue [f] *claſſicorum;*
Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis;
Alta pax vrbi reuocata læta eſt.
Sic vbi ex alto tumuere fluctus,
Brutium [g] *Coro feriente pontum;*
[h] *Scylla pulſatis reſonat cauernis,*
Ac mare in portu timuere nautæ,
Quod rapax [k] *Auſtri reuomit Charybdis;*
Et ferus [l] *Cyclops metuit parentem*
Rupe feruentis reſidens in Ætna,
Ne ſuperfuſis violetur vndis
Ignis æternis reſonans caminis:
Et [a] *putat mergi ſua poſſe pauper*
Regna Laërtes, Ithaca tremente;
Si ſuæ ventis cecidere vires,
Mitius ſtagno pelagus recumbit;
[b] *Alta, quæ nauis timuit ſecare*
Hinc & hinc fuſis ſpacioſa velis,

f Cornuū ceu buccinarum; quibus cōuocantur milites ad ſigna & claſſes, vnde & nomē habere videntur etſi plerifq; à Calando dictæ. Tuba autem cōſerendi prælij ſignū dabat. g Vēto ab Occaſu ſolſtitiali flāte aduerſus Aquilonem, excitante iam mare quod Brutios alluit Italiæ extremos iuxta fretum Siculum: h Saxū in freto Siculo, quod fluctuum cōcurſu & illiſione in ſcopulos reſonās dedit locū fabulæ de Scyllâ Phorci filia in monſtrū hoc conuerſâ, canibus pubetenus ſuccinctâ. i Al.leg *mare intortum* al. *in totū*. Ego ſolius Lipſij authoritatem & iudicium ſequutus leg; *mare in portu*. Quam lectiōné ſi penitus rimeris, verá eſſe fateberis. Sēſus hic eſt. Cùm Scylla ſæuit, & tempeſtas vbiq; atrox: nautæ vix in portu ſecuros ſe putant, illic etiam timent, at cùm ſerenum rediit, non ſolùm naues, ſed & cymbæ (vt infra ſequitur) perſultant, & ludunt in illo ipſo freto. k Per *Auſtrum Charybdis* intelligit violentiam illam Charybdis, maximè regnantem flante Auſtro: reſpexítque ad illa, quæ ſcripſit ipſemet cap. xvii. ad Marciam: *videbis illam fabuloſam Charybdin, quamdiu ab Auſtro vacat, quietam: at ſi quis inde ventus ſpirauit, hiatu magno profundóque nauigia ſorbentem.* P. Scriuerius leg. *Quod rapax hauſtum reuomit Charybdis.* l Polyphemus timet ne pater ſuus Neptunus, id eſt, mare extinguat ſemper ardentes fornaces Ætnæ. a Timetque ſuæ inſulæ nē mergatur, Laërtes, ceu qui alius Rex Ithacæ; eſt enim *Prolepſis ex perſona poëtæ, necdum enim erat Laërtes.* b Maria quæ modò pro=

Strata ludenti patuere cymba:
Et vacat merſos numerare piſces;
Hic vbi ingenti modò ſub procella
c *Cyclades pontum timuere mota.*
Nulla ſors longa eſt, dolor ac voluptas
Inuicem cedunt, breuior voluptas.
Ima permutat breuis hora ſummis,
Ille qui donat diadema d *fronti,*
e *Quem genu nixa tremuere gentes,* 60
Cuius ad nutum poſuere bella
Medus, & Phœbi propioris Indus;
Et f *Daca Parthis* g *equitem minati;*
Anxius ſceptrum tenet, & mouentes
Cuncta h *diuinat, metuitque caſus*
Mobiles rerum, dubiúmque tempus.
Vos, quibus i *rector maris atque terræ*
k *Ius dedit magnum necis atque vitæ,*
Ponite inflatos tumidóſque vultus:
Quidquid à vobis minor extimeſcit,
a *Maior hoc vobis dominus minatur.* 61
a Omne ſub regno grauiore regnum
eſt.

cellosa, too eſt tentare valida & veluola nauis; modò pacata, etiam cymbæ peruia facta ſunt. c Inſulæ illæ in cycli formam diſpoſitæ in mari Ægæo ventis moto timuere ne abſorberentur. d Suæ vel qui aliis regna diſtribuit. e Cuius arbitrio & imperió parent remotiſſimæ gẽtes, Medi, Perſæ, Parthi, Indi directis Solis radiis viciniores. *reſpicit autẽ Poëta Imperatores Romanos, maximè Neronem, quo cum fœdus percuſſerunt reges externi, & à quo Tiridates diadema accepit.* f Non pudebit fateri cum egregio viro Ioſepho Scaligero me non intelligere, quomodo Dacæ ſupra v. 369. Parthis in tantum diſſitis minentur equitem, *quæ & dura eſt locutio.* Quid ſi legamus cum Dan. Heinſio, & Dacæ, Parthique equitem minati. g Minari equitem dicuntur Parthi, quia eorum equitatus maximè Romanis formidabilis; propter ὀπισθοδρόμον Parthici equitatus ſtratagema: qui cùm terga daret, hoſtem inuadebat. h Alii contra verſus adeoque ſenſus rationem legunt *Diuitias.* ego Lipſium & Scaligerum fil. ſecutus, eoſque non ſine authoritate M. S librorum emendaui *diuinat*, vt ſit ſenſus: Rex ille vel imper vtcunque in præſenti potens & felix, tenet tamen ſceptrum anxius, animo præſagit caſus mouentes cuncta, id eſt, varietatem rerum humanarum, *τὴν τῶν ἀνθρωπίνων πολυμεταβολίαν ὁρᾶν ἐστι.* i Deus. k Imperium. a *Regum timendorum in*

Quem dies vidit [b] veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit [c] fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis;
Nemo deſperet [d] meliora lapſis.
Miſcet [e] hæc illis, prohibétque [f] Clotho
[g] Stare fortunam. rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Craſtinum vt poſſit ſibi polliceri.
Res Deus noſtras celeri citatas
[h] Turbine verſat.

proprios greges; Reges in ipſos imperium eſt Iouis.

b Oriens.

c Occidens.

d In rebus aduerſis. Neſcio an debeat inſuper haberi lectio, quam ſuggerit Gruterianus: *Nemo deſperet meliora lapſus.*

e Aduerſa ſecundis. f Vnà è Parcis. Herc. Fu. verſ. 558. g Diu in eodem ſtatu manere. h Volubilitate.

ACTVS QVARTVS.

NVNCIVS. CHORVS.

Crudele Atrei facinus, & epulas nefandas, in quibus apponebantur Thyeſtæ ſui liberi, digna quæ ex oculis ſpectatorum ſublata intus gererentur, narrat Nuncij facundia præſens.

Nun. *QVis me per auras turbo præcipitem vehet,*
Atráque nube inuoluet, vt tantum nefas
Eripiat oculis? ô domus, [i] *Pelopi quoque*
Et Tantalo pudẽda! Ch. *Quid portas noui?*
Nun. [k] *Quænam iſta regio eſt, Argos & Sparte impios*
Sortita fratres? & [l] *maris gemini premens*
Fauces [l] *Corinthus?* [m] *an feris Iſter fugam*
Præbens Alanis? [n] *an ſub æternâ niue*

i Vel ipſis crudelibus tyrannis erubeſcenda.

k Ciuiliſne Græcia, an barbara Scythia?

l Corinthus ſita in Iſthmo, id eſt, in anguſtiis inter Ægæum & Ioniũ maria?

m An Danubius ſupra 375. qui fuga celeri fluit per Alanos crudeliſſimos Scythiæ populos? n An perenni niue vexata, adeóque inculta & fera Hyrcania, pardis & tigribus famoſas?

Hyrcana tellus? an o vagi paſſim Scythæ?
Ch. *Quis hic nefandi eſt conſcius monſtri locus?*
Effare, & iſtud pande, quodcunq; eſt malũ.
Nun. p *Si ſteterit animus, ſi metu corpus rigens*
Remittet artus; a *hæret in vultu trucis*
Imago facti, ferte me inſanæ procul
b *Illo procellæ, ferte, quò fertur dies*
Hic raptus. c Ch. *Animos grauiùs incertos tenes.*
Quid ſit, quod horres, effer; auctorem indica.
d *Non quæro quis ſit, ſed vter. effare ocyùs.*
Nun. *In arce ſummâ Pelopeæ pars eſt domus*
Conuerſa ad Auſtros; cuius extremũ latus
Æquale mõti creſcit, atq; e *vrbem premit,*
Et contumacem regibus populum ſuis
f *Habet ſub ictu: fulget hic* g *turba capax*
Immane tectum, cuius auratas trabes
Variis columnæ nobiles maculis ferunt.
Poſt iſta vulgo nota, quæ populi colunt,
In multa diues ſpatia diſcedit domus.
h *Arcana in imo regio ſeceſſu* h *patet,*
Altâ vetuſtum valle compeſcens nemus
i *Penetrale regni; nulla quâ lætos ſolet*
Præbere ramos arbor, aut k *ferro coli:*
Sed taxus, & cupreſſus, & l *nigrâ ilice*
Obſcura nutat ſylua; quam ſupra eminens

o Vid. Herc Fu. verſ [illegible].
p Si animus ſe collegerit & firmarit, corporis iam metu ſtupidi organis & membris reſolutis.
a Etiamdum ante oculos verſatur trucis imago facti.
b Ad Antipodas ad alterum Hemiſphæriũ.
c Morando & refugiendo, in grauiori metu animos noſtros ſuſpẽdis.
d Procul dubio alter eſt è fratribus. ſed vter?
e Vrbi imminet, quæ vi reprimit, metúq; coercet ciues ſup verſ 4 3.
f [illegible] ξυ[illegible]ῦ ἀκμῆς vnde telis cogãt ferá[illegible]it que rebelles
g Huc enim populus conuenire ſolebat ad munia publica.
h Si arcana (inquit Lipſius) quomodo patet? Patet. ſc. in amplitudinem & ſpatium, non quòd omnes ingrediantur.
i Larium, in quo Dii Penates.
k Falce putari, vt ſolent fructiferæ
l Propter frondes opacas, vel, medullam nigram, vnde & μελάνδρυον dicitur Theophraſto i. l. 9. c.

Deſpectat altè quercus, & [m] *vincit nemus.*
Hinc [n] *auſpicari regna Tantalidæ ſolent,*
Hinc petere lapſis rebus & dubiis opem.
Affixa inhærent [o] *dona; vocales tubæ;*
[p] *Fractique currus; ſpolia Myrtoi maris;*
Victæque [q] *falſis axibus pendent rotæ;*
Et [r] *omne gentis facinus, hoc Phrygius loco*
Fixus [a] *tiaras Pelopis: hic præda hoſtium;*
Et [b] *de triumpho picta barbarico chlamys.*
Fons [c] *ſtat ſub vmbrâ triſtis, & nigrâ piger*
Hæret palude. talis eſt diræ [d] *Stygis*
Deformis vnda, quæ facit cœlo fidem.
Hic nocte totâ gemere [e] *ferales deos*
Fama eſt: catenis lucus excuſſis ſonat,
Vlulantque Manes. Quidquid audire eſt metus,
Illic videtur. errat antiquis vetus
Emiſſa buſtis turba, & inſultant loco
[f] *Maiora notis monſtra. Quin tota ſolet*
Micare flammâ ſylua & excelſæ trabes
Ardent ſine igni. ſæpe latratu nemus
[g] *Trino remugit: ſæpe ſimulacris domus*
Attonita [f] *magnis.* [h] *nec dies ſedat metum.*
[i] *Nox propria luco eſt, &* [k] *ſuperſtitio inferûm*
In luce mediâ regnat. Hinc orantium
Reſponſa dantur certa, cùm ingenti ſono

m Altitudine ſuperat.
n Per auguria & auſpicia ſortiri & inire regna.
o Ἀναθήματα, votiua donaria & monumēta Diis conſecrata affixa huic quercui pēdēt.
p Currus Oenomai fractus, & Pelopis, quo Hippodamiā abſtulit, vſus fraude Myrtili, quem petentē mercedem in mare præcipitauit. Vnde Myrtoum dictū. ſup. v. 38.
q Sublatâ modiolis fibulâ, vel fibulâ, ſeu axe ſecundum alios, plumbeâ affixâ.
r Tantaleæ gentis facinorū omne monumentum.

a Inſula Phrygibus in vſu, cuius lobi ſub mento connectebātur, & ipſe Pelops è Phrygia Elidem aduenerat. b Acu picta chlamys, ſpolium Phrygibus ademptum. c Stagnat inſtar Stygis. d Vide Herc. Fu. verſ. 1145. e Maiora quam quæ nos vidimus monſtra. Vel, apparent vmbræ maiores humano corpore, & auguſtiores. g Velut Cerberi trifaucis latr.
h Etiam interdiu hæc videntur & audiuntur. i Lucus tenebroſus eſt. k Et vana inferorum apparitio hic dominatur mediæ diei luci.

l Laxantur adyto fata, & immugit ſpecus
Vocem Deo ſoluente. Quò poſtquam furens
Intrauit Atreus liberos fratris trahens,
Ornantur aræ. quis queat dignè eloqui?
Poſt terga iuuenum nobiles religat manus,
Et mœſta m vittâ capita purpureâ ligat:
Non thura deſunt, non n ſacer Bacchi liquor,
Tangénſve ſalsâ victimam culter o molâ.
Seruatur omnis ordo, ne tantum nefas
Non ritè fiat. Ch. p *Quis manum ferro admouet?*
Nun. *Ipſe eſt ſacerdos. ipſe funeſta prece*
Letale carmen ore violento canit.
Stat ipſe ad aras, ipſe deuotos neci
Contrectat, & cōponit, & a ferro admouet.
b *Attendit ipſe.* c *nulla pars ſacri perit.*
Lucus tremiſcit tota d ſuccuſſo ſolo
Nutauit aula, dubia e quò pondus daret,
Ac fluctuanti ſimilis. f è læuo æthere
Atrum cucurrit limitem g ſidus trahens.
Libata in ignes vina h mutato fluunt
h *Cruenta Baccho. i regium capiti decus*
Bis terq; lapſum eſt: fleuit in tēplis k ebur.
l *Mouere cunctos monſtra: ſed ſolus ſibi*
Immotus Atreus conſtat, atque vltro deos

l Panduntur, emittuntur.
m Et vittâ purpureâ obnubit regaliū victimarum capita
n Vinum capitibus victimarum aſperſum.
o Vide Hipp. verſ. 497.
p Quis feriebat victimas?
a Cultros ſuppoſitos impellit. *Supponunt alij cultros.* Virgil. 6. Æneid. & 3. Georg. *Suppoſiti tingūtur ſanguine cultri.*
b *Hæc agit;* obſeruat, pro ritu extiſpicij, motus geſtúſque hoſtiarum ad aras. vide Oedip. ver. 352. In ſacris enim dicebatur Hoc Age, id eſt attende. Ipſe præcone aut monitore opus non habet. ipſemet Hoc Agit. c Nullius ſacrificij ritus omittitur. d Commoto.
e In quam partem caderet. f E ſiniſtra parte cœli, quod Græcis omen malum, vt quibus auguria capientibus antica pars ſeptentrio: vt Romanis contrà bonum omen, quibus in auſpiciis pars antica Meridies, cùm vtriuſque conueniat Orientem eſſe dextram cœli partem, Occidentem ſiniſtram. g Βολίς. Lampas prodigioſa trahens veſtigium atrum, mortis ſceleriſque imminentis ſignum. h Vino in ſanguinem mutato.
i Diadema non ſemel è capite Atrei decidit k Eburneæ ſtatuæ fleuere. l Prodigia hæc terruerunt omnes qui ea in cœlo, vel

templis animaduerterant.

Terret m *minantes, iamque demiſſa mora*
Aſſiluit aris, toruum & obliquum intuens.
Ieiuna ſyluis qualis in n *Gangeticis*
Inter iuuencos tigris errauit duos;
o *Vtriuſque prædæ cupida, quò primos ferat*
Incerta morſus, flectit huc rictus ſuos,
Illo reflectit, & famem dubiam tenet.
Sic dirus Atreus capita deuota impiæ
Speculatur iræ, quem priùs mactet ſibi,
Dubitat; ſecunda deinde quem cæde immolet.
Nec intereſt: ſed dubitat, & tantum ſcelus
Iuuat ordinare. Ch. *Quem tamen ferro occupat?*
Nun. *Primus locus,* p *(ne deeſſe pietatem putes,)*
q *Auo dicatur;* q *Tantalus prima hoſtia eſt.*
Ch. *Quo iuuenis animo, quo tulit vultu necem?*
Nun. *Stetit ſui ſecurus, & non eſt preces*
Perire fruſtra paſſus: aſt illi ferus
In vulnere enſem abſcondit, & penitus premens
r *Iugulo manum commiſit, educto ſtetit*
Ferro cadauer: cúmque dubitaſſet diu,
Hac parte, an illa caderet, in patruũ cadit.
Tunc ille ad aras a *Pliſthene n ſæuus trahit,*
b *Adicitque fratri: colla percuſſa amputat.*
Ceruice cæſa truncus in pronum ruit:
Querulũ cucurrit murmure incerto caput.
Ch. *Quid deinde* c *gemina cæde perfunctus facit?*
Puerône parcit? an ſcelus ſceleri ingerit?
Nun. *Sylua iubatus qualis Armenia leo,*
In cæde multa victor armento incubat,

m Illi exitiũ, & his oſtentis ab inſtituto ſcelere deterrentes.

n Indiæ ſyluis per quam fluit Ganges.

o *Neſcit vtrò ruat, & ruere ardet vtroq;*

p Ironicè.

q Sup. v. 521. fil. Thyeſtæ, qui aui nomẽ tulit.

r In Iugulo Tantali *capulo tenus abdidit enſem.*

a Secundum Thyeſtæ filiũ.

b Adiicit, addit fratri comitem necis.

c Tantali & Pliſthenis.

Cruore rictus madidus, & pulſa fame
Non ponit iras; hinc & hinc tauros premens
Vitulis minatur, dente iam laſſo piger.
Non aliter Atreus ſæuit, atque ira tumet,
Ferrúmque gemina cæde perfuſum tenens,
Oblitus in quem rueret; infeſta manu
Exegit vltra corpus, at pueri ſtatim
Pectore receptus enſis, in tergo d *exſtitit.*
Cadit ille, & aras ſanguine extinguens ſuo,
Per e *vtrumque vulnus moritur.* Ch. *O ſæuum ſcelus!*
Nun. *Exhorruiſtis?* f *hactenus non ſtat nefas.*
Plus eſt. Ch. *An vltra maius aut atrocius*
Natura recipit? Nun. *Sceleris hunc finem putas?*
Gradus eſt. Ch. *Quid vltra potuit? abiecit feris*
Lanianda forſan corpora, atq; g *igne arcuit.*
Nun. *Vtinam arcuiſſet!* a *ne tegat functos humus,*
Ne ſoluat ignis, auibus epulandos licèt
Feríſque triſte pabulum ſæuis trahat;
Votum eſt ſub hoc, quod eſſe ſupplicium ſolet.
b *Pater inſepultos ſpectet, ô nullo ſcelus*
Credibile in æuo, quodque poſteritas c *neget!*
Erepta viuis exta pectoribus tremunt,
Spirántque d *venæ, corque adhuc pauidum ſalit.*
At ille e *fibras tractat, ac* f *fata inſpicit;*

d Alii leg. ſtetit, alij *exijt*: id eſt, emerſit.

e Pectoris & tergi.

f Nondum attigi nefas.

g Rogo illis interdixit. Græci, Romani, & Barbari cadauera comburebant igne ea purgari credentes.

a Non optamus vt ſepeliſſet, non vt cōbuſſiſſet, vtinā auibus & feris abieciſſet, neque, &c & hoc vero dignum eſt, id eſt, optandum quod alibi eſt ſupplicium, vt inſepultum parentes & amici videant.

b Ianus Gruterus horum verborum trigam. *Pater inſepultos ſpectet*, Choro aſcriptam vult, vt interruperit ſermonem Nuncij; coniectante coactum patrem inſpectare hanc lanienam filiorū: ſubiiciátque ſtatim Nuncius: Non, non; nemo coniecturis vllis aſſequetur ſcelus illud, adeò eſt inuſitatum, ſupráque omnem fidem. c Neget factum eſſe, non credat. d Arteriæ, in quibus ſpiritus. e Iecinorum venas & radices. f Per extiſpicia diſquirit futura.

Et adhuc calentes viſcerum venas notat
Poſtquàm hoſtiæ placuere, ſecurus g *vacat*
Iam fratris epulis. ipſe diuiſum ſecat
In membra corpus; amputat trunco tenus
Humeros patentes, & h *lacertorum moras;*
Denudat artus dirus, atque oſſa amputat:
Tantùm ora ſeruat, & datas fidei manus.
k *Hæc verubus hærent viſcera, & lentis datæ*
Stillant caminis: illa l *flammatus latex,*
m *Querente aheno, iactat: impoſitas dapes*
n *Tranſilijt ignis, inque crepitantes focos*
o *Bis, ter regeſtus, & pati iuſſus moram,*
Inuitus ardet ſtridet in verubus iecur.
Nec facilè dicam, corpora an flammæ magis
Gemuere, piceus ignis in fumos abit:
Et ipſe fumus triſtis, ac nebulâ grauis
p *Non rectus exit, ſeque in excelſum leuãs,*
Ipſos a *penates nube deformi obſidet.*
b *O Phœbe patiens, fugeris retro licèt,*
Medioque ruptum merſeris cœlo diem,
Serò occidiſti. c *lancinas gnatos pater,*
Artuſque mandit ore funeſto ſuos,
Nitet fluente madidus vnguento comam,
Grauiſque vino: ſæpe d *præcluſæ cibum*
Tenuere fauces, in malis vnum hoc tuis
Bonum eſt, Thyeſta, quòd mala ignoras tua.

g Parãdis fratri epulis vacat.
h Pulpas.
i Quas dederant, vbi eos fratri obſides Thyeſtes pater tradidit.
k Hæc pulpamenta è denudatis artubus partim torret, partim coquit. nã *viſcera* propriè interiora ſunt pulmo, iecur, cor, ilia, præcordia, & in his *Exta* quæ extant eminentque, vel quæ exſecantur, Aruſpicibus inſpicienda.
l Aqua calida.
m Sibilo inter coquendum veluti condolentiam teſtãte. *Pathos, vt & de igne, qui*—

n—Officio tam nefario defungi abhorruit, ne & ipſe, qui alia parat, contaminaretur. o Vi ſubactus aheno, ne tranſiliret. p Non in altum rectus aſcendit, *quia grauis neb.* a Deos domeſticos qui propè focum. Penatibus enim cura æterni ignis credita, qui vitę ſymbolum. Sũt enim Penates per quos penitus ſpiramus, & animæ rationem habemus. *al.* penes nos nati. b O Sol, qui alia complurima videre ſcelera ſuſtines, hoc tamen in tantum horrebas, vt etſi properè refugeres, ſerò tamen occideris. c Alij *lacerat*, alij *laniat*. d Etiam naturæ præſagio non deglutiuêre hos cibos.

e Sed & hoc perit, verterit currus licet
f Sibi ipſe Titan obuium ducens iter;
Tenebriſque facinus obruat tetrum g nouis
h Nox miſſa ab ortu, tempore alieno grauis,
Tamen videndum eſt. k tota pateſient mala.

e Sed & hoc bonum ſcilicet quòd ignoras quas vorauerís dapes, tandem peribit, reſcies enim. f Itineri conſueto contrarium, Orientem ſcilicet repetens. g Inſolitis. h Occidente ſole, vnde ortus, l Meridie. k Innoteſcet tibi qualibus dapibus veſcebaris.

CHORVS.

Videns Chorus ſolem retrocedere, obſtupeſcit, veritus ne diſſolutâ mundi machinâ, omnia in antiquum Chaos recidant.

QVò l terrarum ſuperúmque parens,
m Cuius ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit, quò vertis iter,
Medióque diem perdis Olympo?
Cur, Phœbe, tuos rapis aſpectus?
n Nondum ſera nuncius hora
Nocturna vocat lumina Veſper:
o Nondum Heſperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos ſoluere currus:
p Nondum in noctem vergente die
Tertia miſit buccina ſignum:
Stupet ad ſubita tempora cœnæ
Nondum feſſis bubus arator:
a Quid te æthereo pepulit curſu?
Quæ cauſa tuos limite certo

l Sol calore tuo quæ in terris, ipſoſque homines generans. m Quo oriẽte ſtellæ fugiunt, id eſt, non apparent. n Veſper noctis prænuncius nondum euocauit ſtellas lucere ſolitas. o Inclinatio currus tui ad occaſum vergentis nondũ iubet te ſoluere equos diurnum iter emenſos. p Buccina non dedit ſignum vltimæ partis diei, id eſt, nondum eſt hora nona Græci diem in ſtationes tres quaternis horis emenſi noctem in vigilias totidem diuiſerunt, Hebræi autem & Romani in quatuor, quarũ diſtinctiones buccinæ vel tubæ ſonitus indicabat. a Quod horrendum facinus vidiſti, ô Sol, vt refugeres?

Deiecit equos ? numquid [b] *aperto*
Carcere Ditis [c] *victi tentant*
Bella gigantes ? numquid [d] *Tityus*
Pectore feſſo renouat veteres
Saucius [e] *iras ? num reiecto*
Latus explicuit [f] *monte Typhoëus ?*
Numquid ſtruitur via [g] *Phlegraeos*
Alta per hoſtes ? & Theſſalicum
[h] *Threſsâ premitur Pelion Oſſa ?*
Solitæ mundi periere vices:
Nihil Occaſus, nihil Ortus erit.
[i] *Stupet Eoos aſſueta deo*
Tradere frenos, genitrix primæ
Roſcida lucis, peruerſa ſui
Lumina regni. neſcit feſſos
[k] *Tingere currus, nec fumantes*
Sudore iubas mergere ponto.
Ipſe inſueto [l] *nouus hoſpitio*
Sol auroram videt occiduus,
Tenebráſque iubet ſurgere, nondum
Nocte paratâ non ſuccedunt
Aſtra, nec vllo micat igne polus
Nec Luna [m] *graues digerit vmbras.*
Sed quidquid id eſt, [n] *vtinam nox ſit.*
Trepidant, trepidant pectora magno
Perculſa metu, [a] *ne fatali*
Cuncta ruinâ quaſſata labent,
Iterúmque deos, hominéſque premat
Deforme chaos : iterum terras,

b Diffracto.
c Gigantes quondã à Diis victi: vel, *Ditis victi*, id eſt, quem iam Gigãtes vicerũt, adeoq; è vinculis euaſerũt.
d Herc. Fur. verſ. 755.
e Bella in Deos.
f Ætna ſecundùm Pindarũ & Ouidiũ; Virgilio, quem ſecuti cæteri Latini poëtę, Inarime ad Homero εἰν ἀρίμοις inſula in ſinu Puteolano, quem Typhoëo vni è gigantibus ſuperiectã, quòd flammas quãdoque vomat, ferunt.
g Herc. Fur. verſ. 443.
g Oſſa quæ in Thraciã prominet. Herc. Fu. verſ. 970.

i Aurora ſolita inſtruere ſolis orientales equos, ſtupet ſole retrocedente. k Herc. Fu. verſ. 26. l Indis exceptus, qui ſolitus eſt occidere apud Iberos. m Tenebras denſas vel graues, id eſt, noxias nec ſalubres. Poetæ enim vmbram poſitiuum quiddam eſſe volunt. n Et non defectio naturæ, rerumque diſſolutio. a Ne confuſa illa, quæ ab initio, vnitas vel Inanitas omnia, cœlum, & elementa miſceat.

Et mare & ignes, & b *vaga picti*
Sidera mundi Natura tegat.
Non æterna facies exortu
c *Dux aſtrorum ſecula ducens*
Dabit æſtatis Brumæque notas.
d *Non Phœbeis obuia flammis*
Demet nocti Luna timores,
e *Vincétque ſui fratris habenas,*
f *Curuo* g *breuiùs limite currens.*
g *Ibit in vnum congeſta ſinum*
Turba deorum.
h *Hic, qui ſacris peruius aſtris*
Secat obliquo tramite k *zonas,*
l *Flectens longos Signifer annos,*
Lapſa videbit ſidera labens.
m *Hic, qui nondum vere benigno*
Reddit Zephyro vela tepenti,
Aries n *præceps ibit in vndas,*
Per quas pauidam vexerat Hellen.
o *Hic, qui nitido Taurus cornu*
Præfert p *Hyadas, ſecum* q *Geminos*
Trahet, & r *curui brachia Cancri.*

b Cœli ſtellati errãtes nec nõ fixas ſtellas. c Sol anni tẽpeſtates & ſecula dimẽſus. d Nec Luna Soli oppoſita per totã noctẽ lucens tollet terrores noctis, quos inducũt tenebræ. e Nec luna curſu celeri, vt pote 29. dieb⁹ 12. horis 44. min. conſequetur ſolem. f Per Zodiaci obliquum limitem. g Celeriùs, ſc. 27 diebus. 8. horis (vide Theb. v. 536.) curſum ſuum peraget quàm Sol, qui 365 D. 8 S. H 49. M. Confundentur ſidera & elementa, quæ Stoicis Dij. h Zodiacus, ſub quo Sol & Luna decurrunt. vel in quo ſigna duodecim Deorum totidem præſidio. *Manil.* 2. lib. i Ab vtroq; tropico per Æquinoctialem tranſuerſo, vnde obliqui anguli, necnon ſigna obliquè oriuntur & occidunt. k Geminas mediæ Zonæ partes, quæ ab vtroque Æquinoctialis latere Tropicis terminantur. l Varians anni longitudinem ad motum Solis per Zodiac. vel annum longum 3600 ſolarium perficiens ſuper ſuos polos. m Aries ſub ortu ſolis inducit Zephyrũ, quo flante tempus nauigationis aperitur. n De Zodiaco cadet in mare, &c. alludit autem ad fab. arietis aurei velleris. vide Troad. 1032. o Hippol. verſ. 302. p Suculas ſtellas. 7. Atlantis filias à fratre Hyante (quem deplorantes in cœlũ tranſlatæ ſunt) denominatæ q Signum tertium ſiue Caſtora & Pollucem, ſeu Iaſonem & Triptolemum. r Chelas incuru. Cancri à Iunone in-

Leo flammiferis æſtibus ardens
ſ *Iterum è cælo cadet* t *Herculeus.*
Cadet in terras a *Virgo relictas;*
b *Iuſtæque cadent pondera Libræ;*
c *Secúmque trahent* d *Scorpion acrem.*
Et, qui e *neruo tenet* e *Æmonio*
Pennata ſenex ſpicula f *Chiron,*
g *Rupto perdet ſpicula neruo.*
h *Pigram referens hiemem gelidus*
Cadet i *Ægoceros, frangetque tuam,*
k *Quiſquis es, Vrnam. tecum excedent*
l *Vltima cœli ſidera Piſces.*
m *Monſtraque nunquam perfuſa mari*
Merget condens omnia n *Gurges.*
o *Et qui medias diuidit Vrſas,*
Fluminis inſtar, lubricus Anguis:
Magnóque p *minor iuncta Draconi*
q *Frigida duro Cynoſura gelu:*
Cuſtóſque ſui r *tardus plauſtri*
Iam non ſ *ſtabilis ruet* t *Arctophylax.*
Nos è u *tanto viſi populo*
Digni, premeret quos euerſo

ter aſtra poſiti quod Hydræ aduerſus Hercul. ſubſidiarius fuerit.
ſ Semel enim deciderat ex Lunari globo, vide Herc. Fu. verſ 83.
t Ab Herc. victus & à Iunone in cœlũ tranſlatus.
a Erigone ſeu Aſtręa Iouis & Themidos filia iam recidet in terras, quas *Cæde madentes* olim reliquerat.
b Quæ iuſtè ponderat, vel quæ noctes diebus æquat.
c Ineſt enim Libræ ſpatio pars ſcorpij prior. d Quòd Orionem tentarat interimere, in aſtra relatum. e Arcu Theſſalo. f Centaurus, Herculis ſagittâ quæ fortè deciderat, ſupra pedem vulneratus, Iouis miſeratione in cœlum relatus, dictúſque ſagittarius. g Cadente ipſo Chirone. h Primum ſignum Hyemale. i Capricornus qui cœlum meruit, quòd Pan huius ſpecie indutus Gigantes terruerat: αἴξ αἰγὸς capra & κέρας cornu. k Neque enim conſtat de Aquario, an fuerit Deucalion, Cecrops, Hylas, an Ganymedes. l Vlt. Zodiaci in anni ordine ſignum. m Arctos ſup verſ. 376. n Mare. o Ruet anguis ille maximus, &c Heſperidum quondam cuſtos ab Herc. interfectus. p Sc. Vrſa.
q Ad polum poſita. r Qui polo poſitus gyrum minorem lentiùs oberrat. ſ Propè polum qui ſtabilis. t Cuſtos plauſtri Bootes, Arcton enim, quæ plauſtrum dicitur, inſequutus agitare videtur. u Qui hucúſque fuerit.

Cardine mundus.
In nos ætas vltima venit.
O nos durâ ſorte creatos,
Seu perdidimus ſolem x *miſeri,*
Siue y *expulimus! abeant queſtus.*
Diſcede timor. vitæ eſt auidus,
Quiſquis non vult, mundo ſecum
Pereunte, mori.

x Non noſtrâ culpâ, *meritâ nec morte perimus, ſed miſeri ante diem.*
y Per ſcelus noſtrum, culpâ noſtrâ.

ACTVS QVINTVS.

ATREVS.

Exultans impius Atreus nefariam de fratre vindictam ſibi gratulatur, deriſque appoſitis dapibus, de natorum ſanguine præbendo deliberat.

a AEqualis aſtris gradior, & cunctos ſuper*
Altum ſuperbo vertice attingens polum.
Nunc a *decora regni teneo, nunc ſolium patris.*
b *Dimitto ſuperos: ſumma votorum attigi.*
Bene eſt; abunde eſt; iam ſat eſt c *etiam mihi.*
Sed cur ſatis ſit? pergam, & implebo patrem
Funere ſuorum: d *ne quid obſtaret pudor,*
Dies receſſit. perge, dum cælum vocat.
Vtinam quidem tenere fugientes e *deos*
Poſſem, & coactos trahere, vt vltricem dapem
Omnes viderẽt! quod ſat eſt, videat f *pater.*
Etiam die nolente diſcutiam tibi
g *Tenebras, miſeriæ ſub quibus latitãt tuæ.*

a Iam denique rex, recepto ariete regni fato, ſup. verſ. 222. iam Deus mihi videor, poſtquàm iniurias plenè vltus fuerit.
b Dehinc non precibus fatigo, non votis ſollicito Deos, voti abundè compos.
c *Emphaticè* etiam mihi vltionis cupientiſſimo.
d Inuitant ſublatâ cum luce verecundiâ tenebræ.
e Solem & cæteras ſtellas, quæ Stoicis Dij, *alij* faces & lampades Diis prquiæ.
f Thyeſtes.
g Ignorantiæ tuæ, vt videat

Nimis diu conuiua ſecuro iaces
Hilaríque vultu iam ſatis menſis datū eſt,
Satíſque Baccho. h *ſobrio tanta ad mala*
Opus eſt Thyeſte, i *turba famularis, fores*
Templi relaxa, feſta pateſiat domus.
k *Libet videre, capita natorum intuens*
l *Quos det colores, verba quæ* m *primus dolor*
Effundat, aut n *vt ſpiritu expulſo ſtupens*
Corpus rigeſcat, fructus hic operis mei eſt.
o *Miſerum videre nolo, ſed dum fit miſer.*
Aperta p *multâ tecta collucent face.*
q *Reſupinus ipſe purpurâ atque auro incubat,*
Vino grauatum a *fulciens læuâ caput,*
b *Eructat, ô me cœlitum excelſiſſimum,*
Regnūque regem! c *vota tranſcendi mea.*
Satur eſt, d *capaci ducit argento merum.*
Ne parce potu, reſtat etiam nunc cruor
e *Tot hoſtiarum, veteris* f *hunc Bacchi color*
Abſcondet, hoc hac menſa g *claudatur ſcypho.*
Miſtum ſuorum ſanguinem genitor bibat;
Meum h *bibiſſet, ecce iam* i *cantus ciet;*
Feſtáſque voces, nec ſatis menti imperat.

quā miſer fis. ſup. verſ. 785. h Qui mala ſua ἐμπαθεστέρως ſentiat, vehementiúſque doleat quàm ebrius. i O famuli, aperite fores templi vel domus feſtæ. k Nimiùm videre vellem *I vvould faine ſee.* l Palleſcatne an rubeſcat. m Prima doloris apprehēſio, primus motus. n Velut expulſo: ſopitis ſc. ſenſibus, vt in animæ deliquio. o Miſerum iā factum non tā delectat videre, vbi quàm primùm vbi primùm miſer fieri incipit. p Multis lucernis, quas in feſtis accendere mos fuit. q Iam ſatur & bene potus recliuis in lecto, purpureis auróque intertextis ſtragulis ornato diſcumbit. a *Languidis in cubitum iam ſe conuiua reponit.* b Præ ſaturitate & ingluuie ex veſcendi auiditate. c Etiam vltra votum felix ſum, plus quàm optaram conſecutus. d Argenteo poculo maiori vinum non dilutum ebibit. e Trium natorum tuorum. f Sanguis rubro vino miſtus non ſe prodet. g Cœnam clauſerunt veteres poculo, quod *boni Genij vel dæmonis* appellabant. h Si po-

THYESTES.

Thyeſtis epulantis cantus: quo inuitat ſe ad lætitiam, quam tamen mens eius præſaga mali non admittit.

PEctora longis hebetata malis,
Iam ſollicitas ponite curas.
Fugiat k *mœror, fugiátque* l *pauor,*
Fugiat trepidi comes exilij
Triſtis egeſtas, rebúſque grauis
Pudor afflictis. m *magis vnde cadas,*
Quàm quò, refert, n *magnum, ex alto*
Culmine lapſum, ſtabilem in plano
Figere greſſum: magnum, ingenti
Strage malorum preſſum, fracti
Pondera regni non o *inflexa*
Ceruice pati; nec degenerem
Victúmque malis, o *rectum impoſitas*
Ferre ruinas, ſed iam ſæui
Nubila fati pelle, ac miſeri
Temporis omnes dimitte notas:
Redeant vultus ad læta boni,
Veterem ex animo mitte a *Thyeſten.*
Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
b Nunquam rebus credere lætis.
Redeat felix Fortuna licèt,
Tamen afflictos gaudere piget.
Quid me reuocas, feſtúmque vetas
Celebrare diem? quid flere iubes
Nulla ſurgens dolor ex cauſa?
Quis me prohibet c *flore recenti*

k Ex præterito aut præſenti malo.
l E futuro.
m Quia felicẽ fuiſſe, miſerũ.
n Magni animi & fortis eſt, vbi quis è ſublimi rerũ ſtatu deciderit, patienter aduerſa tolerare.
o Non ſuccũbente ceruice, erecto animo.
a Thyeſtæ, id eſt, meam triſtitiam & mœrorẽ, quæ me quõdã exulem accomitabantur.
b Quia fortunæ varietatem edocti timent ne *honorũ apicẽ rapax fortuna tollat, & ſuperbos vertat funeribus triũphos.*
c Florũ faſciculis, ſertis coronı́ſq; capita reuincti in cõuiuiis potare ſoliti erant: primũ quidem hederaceis, vid. Oed. v. 414. & ex apio, mox myrteis, quippe quæ adſtringunt, & vini exhalationes arcent; tum è roſis quæ & grauitatem capitis ſedant, & potione æſtuantes refrigerant. Co-

Vincire

Vincire comam? [d] *prohibet, prohibet.*
Verna capiti [e] *fluxere roſæ;*
Pingui [f] *madidus crinis amomo*
Inter ſubitos [g] *ſtetit horrores;*
h *Imber vultu nolente cadit.*
Venit in medias voces gemitus,
Mœror lacrymas amat aſſuetas.
Flendi miſeris dira cupido eſt.
Libet infauſtos mittere queſtus,
Libet & Tyrio [i] *ſaturas oſtro*
Rumpere veſtes vlulare libet.
Mittit luctus ſigna futuri
Mens, antè ſui præſaga mali.
Inſtat nautis fera tempeſtas,
Cùm ſine vento tranquilla tument.
k *Quos tibi vultus, quoſ-ve tumultus*
Fingis, demens? credula præſta
Pectora fratri, iam quidquid id eſt;
Vel ſine cauſa, vel [a] *ſerò times.*
b *Nolo infelix; ſed vagus intrò*
Terror oberrat; ſubitos fundunt
Oculi fletus, nec cauſa ſubeſt.
Dolor, an metus eſt? [c] *an habet lacrymas*
Magna voluptas?

rona inſuper plenitudinis & libertatis ſymbolum feſtis conuiuiiſque competit, vt & capiti quod rationalis animę ſedes. Neque me fugit lacertis etiam ſerta, ceruicique ταῖς πλέκταις ὑποθυμιάδας circundediſſe ſolitos.

d Neſcio quis dolor, aliquis certè prohibet.
e Marceſcunt in capite. vel, deciderunt è capite.
f Vnguentis delibuti veteres conuiuabantur, cùm valetudinis tùm voluptatis cauſa amomo comas inungentes.
g Inhorruit, *ſtands on end.* h Lacrymæ etiam nolenti excidunt, *humor & in genas furtim labitur.* i Bis vel plenè tinctas purpurâ Tyriâ ſupra v. 344. k Reprehendit ſuum dolorem & metum tanquam inanem.
a Sup. verſ. 486. b Nollem quidem timere, ſed, &c. c Habet ſanè, quæ præ intenſo gaudio effluant, frigidas; quæ præ mœrore, calidas. Tolet. & 2. de Anima. 4. 30.

ATREVS. THYESTES.

Atreus feſtiuitatem ſimulans fratrem ad poculum inuitat. Cupienti illi videre liberos, quò pleniùs gauderet, oſtendit capita & palmas, & quid actum ſit aperit. hinc dolor, ira, conuicia, execrationes ortæ.

Atr. F*Eſtum diem, germane, conſenſu pari*
Celebremus: hic eſt ſceptra qui firmet mea,
d *Solidámque pacis alliget certæ fidem.*
Thy. *Satias dapis me, nec minùs Bacchi tenet,*
Augere cumulus hic voluptatem poteſt,
Si cum e *meis gaudere felici datur.*
Atr. f *Hic eſſe natos crede in amplexu patris.*
Hic ſunt, eruntque; nulla pars prolis tuæ
Tibi ſubtrahetur: f *ora, quæ exoptas, dabo,*
g *Totumq; turba iam ſua implebo patrem.*
Satiaberis, ne metue: h *nunc miſti meis,*
Iucunda menſæ ſacra iuuenilis colant.
Sed accientur, poculum infuſo cape
i *Gentile Baccho.* Thy. *Capio fraternæ dapis*
Donum, k *paternis vina libentur Deis,*
Tunc hauriantur. Sed quid hoc? l *non vult manus*
Parêre: creſcit pondus, & dextram grauat.
Admotus ipſis Bacchus à labris fugit,
Circáque rictus ore decepto effluit
En, ipſa trepido menſa ſubſiluit ſolo.

d *Ambiguè.* Thyeſtes de conciliatione intelligit, Atreus de cæſis nepotibus ſentit.
e Liberis.
f *Et hæc ambiguè.*
g Ventrem & oculos, corp⁹ & mentem.
h *Mentitur eos eſſe in conuiuio cũ patruelibus.*
i Gẽtis noſtræ propriũ, quod nos admoueat conſanguinitatis & amoris poculum φιλοτήσιον.
k Laribus & familiæ Diis prima in feſtis conuiuiis libamina fiebãt effuſo in terrã vini pauxillo, vt & dapum parte in focũ iniectâ.
l Præſagio mentis abominatus hauſtum, ſentit poculum grauius fieri, & vinum quaſi refugere.

Vix lucet [a] *ignis. ipſe quin æther grauis*
Inter diem noctémque [b] *deſertus ſtupet.*
Quid hoc? magis magiſque concuſſi labant
Conuexa cœli. [c] *ſpiſſior denſis coit*
Caligo tenebris, nóxq; ſe in [d] *nocte abdidit.*
Fugit omne ſidus. quidquid eſt, fratri, precor,
[e] *Gnatiſq; parcat; omnis in vile* [f] *hoc caput*
Abeat procella. redde iam gnatos mihi.
Atr. *Reddam, &* [g] *tibi illos nullus eripiet dies.*
Th. *Quis hic tumultus viſcera exagitat mea?*
Quid tremuit intus? ſentio impatiẽs onus,
Meumque gemitu non meo pectus gemit.
Adeſte nati, genitor infelix vocat:
Adeſte; viſis fugiet hic vobis dolor.
[h] *Vnde obloquuntur?* Atr. [i] *expedi amplexus, pater.*
Venere. gnatos ecquid agnoſcis tuos?
Th. *Agnoſco* [k] *fratrem. ſuſtinet tantum nefas*
Geſtare, tellus? non ad infernam [l] *Styga*
Te, noſq; mergis? [m] *rupta & ingenti via*
Ad chaos inane regna cum rege abripis?
Non tota ab imo tecta conuellens ſolo
Vertis Mycenas? [n] *ſtare circa Tantalum,*
Auóſq; noſtros, ſi quis intra [o] *Tartara eſt,*
Vterque iam debuimus. hinc compagibus
Et hinc reuulſis hunc tuam immani ſinu
Demitte vallem, nóſque defoſſos tege

a Cœnationi adhibitus obſoniis ſubiectus.
b A Sole, Luna, ſideribus.
c Condenſantur ſolis tenebræ ſpiſſiores.
d Naturali & vſitata tenebricoſiorem.
e Meis, aut vtriuſque.
f Meum.
g Vt qui iam in alimentum abierunt *abÿtque peſtum capita.*
h Malè præſagus videtur ſibi audire filios vocatos è viſceribus dare reſponſum.
i *Redit Atreus, & allata capita Thyeſti oſtendit.*
k Te crudelẽ, impium, perfidum mihi, vt ſemper, fratrẽ.
l Herc. Fur. verſ. 711.
m Anne hiatu facto abſorbes Mycenas cum Atreo?
n Amandari in eaſdem cum Tantalo pœnas, maioris ſceleris rei. verſ. 750. Herc Fur.
o Imam partem terræ, *vel* infra Tartara. vide Hercul. Fur. verſ. 708. & ſupra verſ. 850.

p *Acheronte toto : noxia ſupra caput*
Animæ vagentur noſtrum, & ardenti freto
a *Phlegethon arenas igneus* * *tortas agens,*
Exitia ſupra noſtra violentus fluat.
b *Immota tellus pondus ignauum iaces?*
At. c *Recipe hoſce citiùs : liberis tandē tuis*
Diu expetitis, nulla per fratrem eſt mora,
Fruere: oſculare: diuide amplexus tribus.
Th. d *Hoc fœdus? hæc eſt gratia? hæc fratris fides?*
Sic odia ponis? non peto; e *incolumes pater*
Gnatos vt habeā : ſcelere quod f *ſaluo dari*
Odioque poſſit, frater hoc fratrem rogo;
g *Sepelire liceat. redde, quod cernas ſtatim*
Vri. h *nihil te genitor habiturus rogo,*
Sed perditurus. At. i *Quidquid è gnatis tuis*
Supereſt habebis: quodq; nō ſupereſt habes.
Th. *Vtrúmne ſæuis pabulū alitibus iacēt?*
An belluis ſeruantur? an paſcunt feras?
At. *Epulatus ipſe es impia gnatos dape.*
Th. *Hoc eſt,* k *deos quod puduit! hoc egit diem*
Auerſum in ortus! quas miſer voces dabo,
Queſtuſq; quos? quæ verba ſufficiēt mihi?
Abſciſſa cerno capita, & auulſas manus,
Et rupta fractis cruribus l *veſtigia.*
m *Hoc eſt, quod auidus capere non potuit pater.*
Voluūtur intus n *viſcera, & clauſū* o *nefas*

p Vide Agamemn. verſ 13.
a Supra verſ. 73.
* Al. leg. *totas*: Sunt qui penè auſint iurare ſcripſiſſe Senecam *toſtas*.
b Non recedis vt Sol & ſidera, nec tantū ſcelus deteſtaris & vleiſceris?
c *Sarcaſticè.* Nonnulli hoc excludunt, & recipiunt hoc hemiſtichion. *Fugēre ſuperi.*
d Itáne ſimulaſti te odia depoſuiſſe, rediiſſeque in gratiam?
e Quod fieri non poſſe noui, cùm videā ipſorū capita.
f Non ſublatâ vindictâ & odio tuo.
g Redde truncos ad ſepulturam.
h Nihil quo fruar, ſed quod igne abſumam, peto.
i Quod abſumptum eſt, habebis: quod aſſumptum eſt, habes, ſcilicet in ventre. *Hoc autem quid ſit nondum intelligit. Thyeſt.*
k Solem & ſidera. *Agnoſcit iam miſer deliquij ſolaris cauſam.*
l Pedes.
m Supra verſ. 779.
n Carnes natorum ſup. verſ. 763.
o Nefandus cibus,

Sine exitu luctatur, & quærit viam.
Da, frater, enſem, [p] ſanguinis multum mei
Habet ille. ferro liberis domus [q] viam.
Negatur enſis. pectora illiſo ſonent
[r] *Concuſſa planctu, [a] ſuſtine, infelix, manū,*
Parcamus vmbris. tale quis vidit nefas?
Quis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam
[b] *Heniochus habitans? quiſve [c] Cecropijs metus*
Terris Procruſtes? genitor en gnatos premo,
[d] *Premórq; gnatis. ſceleris eſt aliquis mod⁹?*
Atr. [e] Sceleri modus debetur, vbi facias ſcelus,
Non vbi reponas. *hoc quoque exiguum eſt mihi.*
Ex vulnere ipſo [f] ſanguinem calidū in tua
Diffundere ora debui; vt viuentium
Biberes cruorem. [g] verba ſunt iræ data;
Dum propero, ferro vulnera impreſſo dedi.
Cecîdi ad aras, cæde votiuâ [h] focos
Placaui: & [i] artus corpore exanimo amputans,
In parua carpſi fruſta: & hæc feruentibus
Demerſi ahenis: illa lentis ignibus

p Meorum liberorū ſanguinē hauſit. q Quâ exeāt. r Pugnis & planctu dilaniata dabunt viam. a Sed planctu & verberibus abſtine, ne & natorū ventri tuo ingeſtorū ſepulchro atq; animabus vim facias, et *hoc in quibuſdā mnſſ. lib. Atreo tribuitur.* Quod D. Heinſius apprime approbat hac ratione. Thyeſtes enim præ doloris impatiētia, cùm dari ſibi gladium à fratre petiiſſet, quo ſuorū ſaltem funeri, qui in patre erant ſepulti, viam faceret, ſimulque vitam eriperet ſibi crudelis iſte, ſarcaſticè, Miſer, inquit, caue id faxis, parce liberorum vmbris. Ne tu manes eorum turbaueris, qui in iſto ſepulchro tam placidè quieſcunt. b Popul. ferus iuxtà Colchos in monte Caucaſo ab Amphyo & Telechio Caſtoris & Pollucis ἡνιόχοις, id eſt, aurigis ortus. c Atticæ regionis (à Cecrope primo rege dictæ) terror Procruſtes latro, qui hoſpites ad lecti ſui menſuram vel longiores decurtabat vel breuiores extēdebat. d Ventrem quippe meum torquent. e Minori enim ſceleri maior pœna debetur. f Natorum tuorum. g Dum vindictam nimis feſtinarem, fraus facta eſt, id eſt, *non ad plenum ſatiſfeci iræ meæ.* h Deos Lares qui ad focos ſtant, vel quibus in focis ſacra fiunt. i Hæc ſupra. verſ. 763. Al. leg. *corpora exanima.*

Stillare iuſſi. membra, neruóſque abſcidi
Viuentibus: graciliqne traiectas veru
i *Mugire fibras vidi, & aggreſſi manu*
Meâ ipſe flãmas. k *omnia hæc meliùs pater*
Feciſſe potuit. l *cecidit incaſſum dolor.*
Sciſit ore natos impio, m *ſed neſciens;*
Sed n *neſcientes.* Th. *Cluſa litoribus vagis*
Audite maria. vos dei audite hoc ſcelus,
Quocumque o *diffugiſtis. audite Inferi.*
Audite Terræ. Noxque Tartarea grauis
Et atra nube, vocibus noſtris vaca.
p *Tibi ſum relictus. ſola tu miſerum vides,*
Tu quoq; ſine aſtris. vota non faciam improba,
Pro me nihil precabor. ecquid iam poteſt
Pro me eſſe? a *vobis vota proſpicient mea.*
Tu ſumme cœli rector, ætheriæ potens
Dominator aulæ, nubibus totum horridis
Conuolue mundũ, bella ventorum vndique
Committe; & omni parte violentũ intona:
Manúq;, nõ qua tecta & immeritas domos
Telo petis minore; ſed qua montium
Tergemina moles cecidit, & c *qui montib⁹*
Stabant pares Gigantes; hæc arma expedi;
Ignéſque torque. d *vindica amiſſum diem.*
Iaculare flammas; lumen ereptum polo
Fulminibus d *exple. cauſa, ne dubites diu,*
Vtriuſque mala ſit: ſi minus; mala ſit mea.
Me pete: e *triſulco flammeam telo facem*
Per pectus f *hoc tranſmitte. ſi gnatos pater*

k Maior fuiſſet vindicta, ſi te patrem hæc facere coëgiſſem.
l Non eſt adeptus expetitã vltionem.
m Cùm potuiſſem te ſciẽte hoc feciſſe.
n Cùm potuiſſem ex ipſo morientium vulnere ſanguinem calidũ tibi in os infundere. ſupra verſ. 1051.
o Sup. verſ. 890. ne videretis ſcelus tantum.
p O Nox.
a In rẽ veſtrã ne rerum ordo immutetur, vobis præ horrore fugientibus.
b Sed illa fulminea manu, qua perfregiſti tres montes, Pelion, Oſſam, & Olympum, quos Gigantes Diis bellum indicentes congeſtos alios aliis ſuperſtruxerant. verſ. 970. Herc. Fu. & Her. Oet. 847. c *Cælo capita alta ferentes Abietibus iuuenes patriis & montibus æquos.* Æneid. 3. & 9 d Compenſa *Make good.* e Fulmine quod ſcindit, comburit, afflat, ſubtili, vrenti, fuliginoſo. vide Herc. Oet. verſ 1993. f In quo filii conduntur.

Humare, & igni tradere extremo volo,
Ego ſum cremãdus. g *ſi nihil ſuperos mouet,*
Nullúmque telis impios numen petit;
Æterna nox permaneat, & tenebris tegat
Immenſa longis ſcelera. nil, Titan, queror,
Si perſeueras. h At. *Nũc meas laudo man⁹,*
Nunc parta vera eſt palma. perdideram i *ſcelus,*
Niſi ſic doleres: liberos naſci k *mihi*
Nunc credo; caſtis nunc fidem reddi toris.
Thy. *Quid liberi meruere?* Atr. *Quòd fuerant tui.*
Thy. l *Gnatos parenti?* Atr. *Fateor, & quod me iuuat,*
a *Certos.* Th. *piorum* b *præſides teſtor deos.*
Atr. c *Quid, coniugales?* Th. *ſcelere quis penſat ſcelus?*
At. *Scio quid queraris: ſcelere prærepto doles;*
d *Nec quòd nefandas hauſeris, tagit, dapes:*
Quòd non pararis. fuerat hic animus tibi
Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos,
Et adiuuante e *liberos* f *matre aggredi,*
Similiq; leto ſternere. g *hoc vnum obſtitit,*
Tuos putaſti. Thy. *vindices aderunt dei:*
His puniendum vota te tradunt mea.
Atr. *Te puniendum* h *liberis trado tuis.*

g Si Deus *nec bene pro meritu capitur, nec tangitur irâ.* ex Epicur. & Protagoræ mente.
h Fugere & latere.
i Delectationẽ meam ex hoc ſcelere.
k Inſultatio confidentiæ plena.
l *Sup.* edendos appoſuiſti?
a Quos tu nõ dubitaſti tuos eſſe, ſicut ego de meis propter te dubito an mei ſint.
b Iouem ἱκετήσιον, & Deos præſides vindicéſque piorũ natorum.
c Cur non potius teſtaris coniugales, quos adulterio violaſti?

Ironicè, de coniugalibus Diis, vid. Med. v. 1. d Nec tã doles quòd has dapes abſumpſeris, quàm quòd mihi non appoſueris e Meos. f Ærope vxore meâ quam corrupiſti. g Et feciſſes, niſi putaſſes illos eſſe tuos filios. h Qui nulli iam, *vel* qui à te comeſi, verſ. 1047.

Stillare iuſſi. membra, neruóſque abſcidi
Viuentibus: graciliqne traiectas veru
[i] Mugire fibras vidi, & aggreſſi manu
Mea ipſe flãmas. [k] omnia hæc melius pater
Feciſſe potuit. [l] cecidit incaſſum dolor.
Scidit ore natos impio, [m] ſed neſciens;
Sed [n] neſcientes. Th. Clauſa litoribus vagis
Audite maria. vos dei audite hoc ſcelus,
Quocumque [o] diffugiſtis. audite Inferi.
Audite Terræ. Noxque Tartarea grauis
Et atra nube, vocibus noſtris vaca.
[p] Tibi ſum relictus. ſola tu miſerum vides,
Tu quoq; ſine aſtris. vota non faciam improba,
Pro me nihil precabor. ecquid iam poteſt
Pro me eſſe? [a] vobis vota proſpicient mea.
Tu ſumme cœli rector, ætheriæ potens
Dominator aulæ, nubibus totum horridis
Conuolue mundũ, bella ventorum vndique
Committe; & omni parte violentũ intona:
Manúq;, nõ qua tecta & immeritas domos
Telo petis minore; ſed qua montium
Tergemina moles cecidit, & [c] qui montib⁹
Stabant pares Gigantes; hæc arma expedi;
Ignéſque torque. [d] vindica amiſſum diem.
Iaculare flammas; lumen ereptum polo
Fulminibus [d] exple. cauſa, ne dubites diu,
Vtriuſque mala ſit: ſi minus; mala ſit mea,
Me pete: [e] triſulco flammeam telo facem
Per pectus [f] hoc tranſmitte. ſi gnatos pater

k Maior fuiſſet vindicta, ſi te patrem hæc facere coëgiſſem.
l Non eſt adeptus expetitã vltionem.
m Cùm potuiſſem te ſciẽtẽ hoc feciſſe.
n Cùm potuiſſem ex ipſo morientium vulnere ſanguinem calidũ tibi in os infundere. ſupra verſ. 1051.
o Sup. verſ. 890. ne videretis ſcelus tantum.
p O Nox.
a In rẽ veſtrã ne rerum ordo immutetur, vobis præ horrore fugientibus.
b Sed illa fulminea manu, qua perfregiſti tres montes, Pelion, Oſſam, & Olympum, quos Gigantes Diis bellum indicentes congeſtos alios aliis ſuperſtruxerant. verſ. 970. Herc. Fu. & Her. Oet. 847. c *Cælo capita alta ferentes Abietibus iuuenes patriis & montibus æquos.* Æneid. 3. & 9 d Compenſa *Make good.* e Fulmine quod ſcindit, comburit, afflat, ſubtili, vrenti, fuliginoſo. vide Herc. Oet. verſ. 1993. f In quo filii conduntur.

Humare, & igni tradere extremo vale,
Ego ſum cremandus. g Si nihil ſuperos movet,
Nullumque telis impios numen petit;
Æterna nox permaneat, & tenebris tegat
Immenſa longis ſcelera. nil, Titan, queror,
Si perſeveras. h AT. *Nunc meas laudo manus*,
Nunc parta vera eſt palma. perdideram
i *ſcelus,*
Niſi ſic doleres: liberos naſci k *mihi*
Nunc credo; caſtis nunc fidem reddi toris.
TH. *Quid liberi meruere?* AT. *Quid*
fuerant tui.
TH. l *Gnatos parenti?* AT. *Fateor, &*
quod me iuvat,
a *Certos.* TH. *piorum* b *præſides teſtor deos.*
AT. c *Quid, coniugales?* TH. *ſcelere quis*
penſat ſcelus?
AT. *Scio, quid queraris. ſcelere prærepto doles:*
d *Nec quòd nefandas hauſeris, angit dapes:*
Quòd non parares: fuerat hic animus tibi
Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos,
Et adiuvante e *liberos* f *matre aggredi,*
Similique leto ſternere. g *hoc unum obſtitit,*
Tuos putaſti. TH. *vindices aderunt dei:*
His puniendum vota te tradunt mea.
AT. *Te puniendum* h *liberis trado tuis.*

g Si Deus nec bene præmeritis capitur, nec languet irâ, ex Epicur. & Protagoræ mente.
h Fugere & latere.
i Delectationē meam ex hoc ſcelere.
k Inſinuatio confidentiæ plena.
l Sup. edendos appoſuiſti?
a Quos tu nō dubitabis tuos eſſe, ſicut ego de meis propter te dubito ab mei fine.
b Iovem numinum, & Deos præſides vindicesque piorū natorum.
c Cur non potius teſtaris coniugales, quos adulterio violaſti?
Ironicè, de coniugalibus Diis, vid. Med. v. 1. d Nec tā doles quòd has dapes abſumpſeris, quàm quòd mihi non appoſueris e Meos. f Ærope uxore meâ quam corrupiſti. g Et feciſſes, niſi putaſſes illos eſſe tuos filios. h Quidni ſanè, ſed quia à te commiſi, verſ. 1047.

THEBAIS.

DRAMATIS PERSONÆ.

OEDIPVS. ANTIGONE.

NVNCIVS. IOCASTA.

POLYNICES.

ARGVMENTVM.

OEdipus, ſibi oculis, vbi ſcelus ſuum (de quo vide argumentum OEdipi) agnouiſſet, erutis, in exilium ſpontaneum profectus amolitur à ſe filiam Antigonen, quæ patri vitales auras perexoſo ducem ſe viæ offert; vtque mortis cupidinem deponat, multis precibus orat, tandem exorat. Cuius intereà filios, Eteoclem & Polynicem, violato regnandi per vices fœdere, impia mouentes arma, incaſſum laborat mater Iocaſta in gratiam reducere: *Deſunt autem huic tragœdiæ cætera.*

ACTVS PRIMVS.

OEDIPVS. ANTIGONE.

OEdipum ab institutâ morte ſuadet, perſuadétque filia Antigone dux patris cæci.

OEd. *CÆci parentis regimen, ac feſſi vnicum*
Patris leuamen, gnata, ᵘ *quam tanti eſt mihi.*

ᵘ Quam adeò piam, vel, per parricidiū &

Genuiſſe vel ſic; deſere infauſtum patrem.
In recta quid deflectis x *errantem gradum?*
Permitte labi, meliùs inueniam viam
Quam quæro ſolus, quæ me ab hac vita extrahat,
Et hoc nefandi capitis aſpectu leuet
Cœlum atque terras. y *quantulum hac egi manu?*
Non video noxæ conſcium noſtræ diem:
Sed videor, hinc iam ſolue inhærentem manum,
Et patere z *cæcum, qua volet, ferri pedem.*
Ibo, ibo, quà prærupta protendit iuga
a *Meus Citharon; qua peragrato celer*
Per ſaxa monte iacuit b *Actæon, ſuis*
Noua præda canibus; qua per obſcurum nemus,
Syluámque opacæ vallis c *inſtinctas deo*
d *Egit ſorores mater, &* e *gaudens malo,*
f *Vibrante thyrſo prætulit fixum caput;*
g *Vel quà cucurrit corpus inuiſum trahens*
h *Zethi iuuentus, quà per horrentes rubos*
Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas;
i *Vel quà alta maria vertice immenſo premit,*
k *Inóque præceps quà* l *ſcelus fugiens ſuum,*

ex inceſtu genuiſſe preciũ ſit.
x Errare malentem.
y Quaſi dicat, paululum vel nihil potiùs profeci, me meâ ſolú exæcando manu, & vitæ parcendo: nã quamuis diem ſceleris mei conſcium non videã, videor tamen.
z Mei cæci.
a Mõns propè Thebas, ſub meo quondã imperio, *vel*, in quo ego quã primùm natus ſum expoſitus eram. inf.v.203.
b Venator in ceruum à Dianâ quã nudam viderat, mutatus, atq; à canibus ſuis deuoratus.

c Bacchi furore percitas. d Agaue Penthei mater, & Bacchæ filium eius Pentheum diſcerpſerunt. e Furore Bacchico percita vitulũ eſſe putãs, qui ſuus erat filius. f Caput Pẽthei præfixum ferebat haſtæ pãpinis inuolutæ. g Herc. Fu. v. 915. h Quâ Zethus iuuenis, *Helleniſmus*, vt ἲς ceu μένος Ἀλκινόοιο, cũ fratre Amphione taurorũ caudis alligatũ traxerunt per rubos corpus inuiſum Dirces inf. v. 126. vel lege *Iuuencus*. i taurus cui alligauit Zethus Dircen Oed. v. 610. i Lipſ. & Ioſ. Scaliger hũc verſum poni volũt poſt duodecimũ. *Ibo, ibo*, &c. ſupra. k Vnde vno maritum Athamanta, qui furore correptus Learchum alterum è filiis ſaxo

Nonumque faciens, mater inſiluit freto
m *Merſura gnatum, ſeque felices, quibus*
Fortuna melior n *tam bonas matres dedit!*
Eſt alius iſtis noſter in ſiluis locus,
Qui me repoſcit; hunc petam curſu incito:
Non haſitabit greſſus, huc omni duce
Spoliatus ibo, quid moror o *ſedes meas?*
Montem Cithærō redde, & hoſpitium mihi
Illud meum reſtitue, vt exſpirem ſenex,
Vbi o *debui infans, recipe ſupplicium vetus*
Semper cruente, ſaue, crudelis, ferox,
Cùm p *occidis, & cùm* q *parcis, olim iam tuum*
Eſt hoc cadauer. perage mandatum r *patris,*
Iam & matris. animus geſtit antiqua exequi
Supplicia. quid me, gnata, ſ *peſtifero tenes*
Amore vinctum? quid tenes? t *genitor vocat.*
Sequor, ſequor. iam parce. a *ſanguineum gerens*
Inſigne regni Laius a *rapti furit.*
Et ecce b *inanes manibus infeſtis petit*
Foditque vultus. c *gnata, genitorem vides?*
Ego video. d *tandem ſpiritum inimicum exue,*
Deſertor anime, fortis in partem tui,
Omitte pœnas languidas longa mora,

alliſerat, fugiēs ſe cū altero filio in mare præcipitauit. l Cauſata priuignos Phryxum & Hellē apud patrē, cui illos perſequēti Iuno furias immiſit vt Learchum occideret. m Merſura Melicertā aliū filium, ſeque. n Quæ filios interficiebant, quod vtinā & mihi contigiſſet, nec vixiſsē futurus patricida, inceſtus, &c. o Inf verſ 243 p Vt Actæona, Penthea, Dircen, alioſque in Orgiis. q Vt mihi, cui tum infanti multò melius mori fuiſſet. r Olim quidē patris de parricidio admoniti oraculo, ſed & iā matris, quę mihi necem imprecatur propter inceſtū. ſ Qui me inuitū in vita manere cogat. t Meus ſc. Laius à me occiſus cuius vmbrā ex phantaſia audire videréq; videtur. a A me per ſanguinē rapit. b Euulſis ſc. oculis. c Nō tu, inquit, ô filia, patrē meū vides? Certè ego. Ille enim vt v. 39. genitorē videre per phantaſiā videtur. Age anime, vitā & ſpiritu tandē te priua, quem pater reperit. d O anime puſille, qui imperium & inſtitutā mor-

e *Mortemque totam recipe. quid ſegnis trahoʔ*
Quid viuo? nullũ facere iam poſsũ ſcelus.
Poſſum miſer, prædico, diſcede à patre;
Diſcede, virgo timeo poſt matrem omnia.
Ant. *Vis nulla, genitor, à tuo noſtram manum*
Corpore reſoluet, nemo me comitem tibi
Eripiet vnquam. g *Labdaci claram domũ,*
Opulenta ferro regna h *germani petant;*
Pars ſumma patris optimi è regno mea eſt
Pater ipſe, non hunc auferet i *frater mihi,*
Thebana rapto ſceptra qui regno tenet:
Non hunc cateruas k *alter Argolicas agens.*
Non ſi reuulſo Iupiter mundo tonet,
Mediúmq; noſtros fulmẽ l *in nexus cadat,*
Manum hanc remittam, prohibeas, genitor, licèt,
Regam abnuentẽ, dirigã inuitum gradum.
In plana tendis? vado. prærupta expetis?
Non obſto, ſed præcedo. quò vis, vtere
Duce me : m *duobus omnis eligitur via.*
Perire ſine me non potes; mecum potes.
Hic alta rupes arduo ſurgit iugo,
Spectátque longè ſpatia ſubiecti maris.
Vis hanc petamus? nudus hic pendet ſilex;
Hic ſciſſa tellus faucibus ruptis hiat.
Vis hanc petamus? hic rapax torrens cadit,
Partéſque lapſi montis exeſas rotat.

tem detrectas, fortis in patrem tui, ſc. oculos, mandata exequere, & tandem in totum me deſere.
e Metaph. à gladiatoribus.
f Dum virgo, &c ne & te violem vt matrem.
g Regnũ Thebanum, Labdacus autem erat pater Laij.
h Fratres mei, Polynices & Etheocles.
i Etheocles qui regnum contra fœdus & pactam fidem occupat.
k Polynices exercitum ducens ſoceri ſui Adraſti regis Argiuorum contra fratrẽ.
l In dextram meam quæ te tenet.
m Tibi non ſine me, Ioſ.
Scaliger legit —— *quouis vertero, Duc, è duobus omnis eligitur via.* I. Elige è duobus, ſiue in plana, ſiue in præceps, omnis via mihi eligitur. Lipſius leg. —— *quouis vertere Duce me duobus omnis eligitur via.* I. Age te & verte quò voles: ſed non ſolus. In te vno duo peribunt aut viuent.

In hunc ruamus: dum prior, quò vis, eo;
· Non deprecor, non hortor. extingui cupis,
Votúmque, genitor, maximũ mors eſt tibi?
Si moreris, antecedo: ſi viuis, ſequor.
Sed flecte mentem, pectus antiquũ aduoca;
Victáſque magno pectore ærumnas doma.
Reſiſte. tantis in malis vinci malum eſt.
Oed. [b] *Vnde in nefandâ ſpecimen egregium domo?*
Vnde iſta generi virgo diſſimilis ſuo?
Fortuna, credis? aliquis eſt ex me pius?
Non eſſet vnquam (fata bene noui mea)
[c] *Niſi vt noceret.* [d] *ipſa ſe in leges nouas*
Natura vertet; regeret in fontem citas
Reuolutus vndas amnis; & noctem afferet
[e] *Phœbea lampas; Heſperus faciet diem.*
Vt ad miſerias aliquid accedat meas;
Pij quoque erimus. vnica Oedipode eſt ſalus,
Non eſſe ſaluum. liceat vlciſci patrem
Adhuc inultum. dextra, quid ceſſas iners
Exigere pœnas? [f] *quidquid exactum eſt adhuc,*
Matri dediſti: mitte genitoris manum,
Animoſa virgo: [g] *funus extendis meum,*
Longáſque [g] *viui ducis* [g] *exequias patris.*
Aliquando terrâ corpus inuiſum tege.
Peccas [h] *honeſtâ mente: pietatem vocas,*
Patrem inſepulum trahere, qui cogit mori
Nolentem, [i] *in æquo eſt, quique properantem impedit.*
Occidere eſt, vetare cupientem mori.
Nec tamen in æquo eſt. [k] *alterum grauius reor.*
Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

a In vtrumque parata: non ſuadeo, non diſſuadeo.
b Vnde tantæ pietatis ſpecimen in domo impiâ?
c Quod facit illa, mortem meam remorando.
d Omnia præpoſtera fiẽt: & quod omniũ maximè naturæ contrarium eſt, ego ipſe quoque pius ero, vt miſerior ſim & nocentior.
e Phœb⁹, Sol.
f Erui oculos expiaturus ſcelus in matrem, quę oculis placebat meis.
g Qui iamdudum mortuus ſum. *Illo enim die nocens moritur, quo peccat.*
h Dum pia & officioſa eſſe velis.
i Æquè peccat *Inuitũ qui ſeruat, idem facit occidenti.*
k Vt nolẽtem

Deſiſte cœpto, virgo. ius vitæ ac necis
Meæ penes me eſt. l *regna deſerui libens,*
Regnum m *mei retineo, ſi fida es comes,*
Enſem parenti trade; ſed n *notum nece*
Enſem paternâ. tradis? an gnati tenent
Cum regno & illum? faciet, vbicunque eſt ſcelus.
Ibi ſit. relinquo. gnatus hunc habeat meus,
Sed vterque flammas potiùs, & vaſtum aggerem.
Compone; in altos ipſe me immittam rogos.
Erectam ad ignes funebrẽ adſcendã ſtruẽ,
Pectuſq; ſoluam durum, & in cineres dabo
Hoc quicquid in me viuit. vbi ſæuum eſt mare,
Duc; vbi ſit altis prærutum ſaxis iugum,
o *Vbi torta rapidus ducat Iſmenos vada:*
Duc, vbi feræ ſint, vbi fretum, vbi præceps locus,
Si dux es. illuc ire morituro placet,
Vbi ſedit altâ rupe ſemifero dolos
p *Sphinx ore nectẽs, dirige huc greſſus pedũ,*
Hic ſiſte patrem. dira ne ſedes vacet,
Monſtrum repone maius. hoc ſaxũ inſident

cogat quis viuere.

l Thebana, externa, aliorum.

m Animi & volũtatis meę.

n Quo patrẽ Laïum occidi.

o Ianus Gruterus leg. *vbi torua rapidus ducat Iſmenos vada.* Et vult authorem hic per figuram tribuere vadis, quod debebat Iſmeno; elegantérque *toruus Iſmenus ducat rapida vada.* cùm pingantur fluuij fronte taurinâ, quæ ſolenniter torua. Iſmenus eſt fluuius Bœotiæ.

p Monſtrum facie virginis, corpore volucris, pedibus leonis; quod in monte Sphincio propè Thebas reſidens viatoribus terror erat, nec habiturum finem, priuſquam ænigma ab eo propoſitum quis ſoluiſſet, Scilicet quodnam animal manè quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. Quod OEdipus tandem de hominis infantiâ, iuuentute, ſenio interpretatus, Sphingi perniciem, ſibi Iocaſtam cum imperio Thebano prẹmium (Iocaſtæ fratre Creonte proponente) tulit. trifaria autem Sphingis fabula: vel, monſtrum fuiſſe ex dictâ fabulâ, vel, maritimam fuiſſe manum, quæ, cùm duce effera quadam muliere Bœotiæ montem occupaſſet, ab Oedipo deleta eſt: vel, denique notham fuiſſe filiam Laij, edoctam à patre oraculum de ſucceſſione filiorum, quod vbi Oedipus ſoluiſſet, illâ

Obſcura noſtra verba fortuna loquar,
Quæ nemo ſoluat.[a] *quiſquis*[b] *Aſſyrio loca*
Poſſeſſa regi[c] *ſcindis, (& Cadmi nemus*
[d] *Serpente notum, ſacra quo*[e] *Dirce latet;*
Supplex ad aras quiſquis[f] *Euroten bibis;*
Spartémq;[g] *fratre nobilem*[*] *gemino colis;*
Quicumq;[h] *Elim,*[i] *Parnaſſon,) & Bœotios*
Colonus agros vberis tondes ſoli;
Aduerte mentem:[k] *ſæua Thebarum lues*
Luctifica cæcis verba committens modis,
Quid ſimile poſuit? quid tam inextricabile?
[l] *Aui gener, patriſque riualis ſui,*
Frater ſuorum liberûm, & fratrum parens.
Vno auia partu liberos peperit viro,
Ac ſibi nepotes. monſtra quis tanta explicet?
Ego ipſe, victæ ſpolia qui Sphingis tuli,
Hærebo, fati tardus interpres mei.
Quid perdis vltra verba? quid pectus ferũ
Mollire tentas precibus? hoc animo ſedet,
Effundere hanc cum morte luctantem diu
Animam, & tenebras petere. nam ſceleri hæc meo

eiectâ Oedipo regnum debitum traditum. a Quatuor hos verſus tanquã νοθεύοντας reiicit Ios. Scaliger, legitque *Poſſeſſa regi ſcindis, & Bœotios Colonus*, &c. D. Heinſius tanquam corruptos ſic emendat. *Sacrà quod Dirce lauat, Supplex ad aras: quiſquis Euroten bibis, Spartamq; fratre nobilem gemino colis, Quique Elin & Parnaſſon.* Sed vide ſis Clariſſ. Iani Rutgerſij Var lect. 3. l. 2. c. vbi contra quàm ſentit Scaliger aſſertum eat verſus iſtos doctiſſ Rutgerſius, legitimáque ratione pro legitimis adſtruat.

b Cadmo ex Aſſyria aduenæ miſſo quæſitum ſororem Europam ab Agenore patre, Phœnicum rege. c Arando ſecas.

d Herc. Fur. verſ. 392. e Dircen Lycus rex Thebarum Antiopâ repudiatâ duxit, quæ Antiopam à Ioue in Satyrum conuerſo grauidam in vincula coniecit, quibus illa commiſeratione exuta in Cithæronem confugit, vbi Amphiona & Zethum peperit, qui adulti Lycum interfecerunt, & Dircen taurorum caudis alligatam per ſentes raptarunt, quæ tandem in fontem conuerſa eſt. f Flu. propè Lacedæmona.

g Caſtore & Polluce. h Vrbem Arcadiæ.

i Montem Phocidos. k An Sphinx ipſa tam obſcurum ænigma propoſuit quàm hoc meum eſt? l Hæc Oedipi nuptiis compe-

Parum alta m *nox eſt.* n *Tartaro condi iuuat,*
Et ſi quid vltra Tartarum eſt, tãdem libet,
Quod o *olim oportet, morte prohiberi haud queo.*
Ferrum negabis? noxius lapſo vias
Cludes? & arctis colla laqueis inſeri
Prohibebis? herbas, quæ ferunt lethum, auferes?
Quid iſta tandem cura proficiet tua?
Vbique mors eſt. *optimè hoc cauit Deus.*
Eripere vitam nemo non homini poteſt.
At nemo mortem. a mille ad hanc aditus patent.
Nil quæro, dextrâ noſter & nudâ ſolet
Benè animus vti, dextra nunc toto impetu,
Toto dolore, viribus totis veni.
b *Non deſtino vnum vulneri noſtro locum:*
Totus nocens ſum, qua voles, mortẽ exige.
Effringe corpus, córque tot ſcelerum capax
Euelle, totos viſcerum nuda ſinus.
Fractum incitatis ictibus guttur ſonet;
Laceræ-ve fixis vnguibus venæ fluant.
Aut dirige iras, quò ſoles hæc vulnera
Reſciſſa multo ſanguine ac tabe irriga.
Hac extrahe animam, duram, inexpugnabilem.
Et tu, parens, vbicunque pœnarum arbiter
Adſtas mearum (non ego hoc tantum ſcelus
Vlla expiari credidi pœnâ ſatis
Vnquam, nec iſta morte contentus fui,
Nec me redemi parte, c *membratim tibi*
Volui perire) debitum tandem exige:
Nunc ſoluo pœnas; d *tunc tibi inferias dedi.*

...tunt, *duriùs tamen dicitur patris mortui viualis*

m Oculorum erutorum.

n Hippolyt. verſ. 841.

o Infra verſic.

a Patent vndique ad libertatem à neceſſitate viuendi viæ multæ, breues, faciles; inedia, capitis in parietem illiſio, ſpiritus retentio, &c. Notũ eſt illud Martial. epigram. de Bruti Porcia.

b Vt in oculis eruendis.

c Paulatim per membrorum aliorum poſt alia amiſſionẽ.

d Oculorum ſanguinis libamen, veluti inferias vmbræ tuæ, ſunt autem *inferiæ* ſacra quæ Diis manibus *inferuntur*, vnde & nomen iis inditum; ad placandas ſc. defunctorũ animas tumulis ſuperfuſa Græcis χοαὶ, infũdebãt au-

Adeo, atque inertem dexteram introrſus preme,
Magiſq; merge, timida tum paruo e *caput*
f *Libauit hauſtu, vixque cupientes ſequi*
Eduxit oculos. g *hæret etiam nunc mihi*
h *Ille animus, hæret; cùm recuſantem manum*
Preſſere vultus. i *audias verum, OEdipe:*
k *Minùs eruiſti lumina audacter tua,*
Quàm præſtitiſti, nunc manum cerebro indue.
Hac parte mortẽ perage, qua l *cœpſti mori.*
Ant. *Pauca, ô parens magnanime, miſeranda precor*
Vt verba gnatæ mente placatâ audias.
Non te vt reducam veteris ad a *ſpecimen domus,*
Habitùmque regni b *flore pollentẽ inclyto,*
Peto; aſt vt iras, c *tempore aut ipsâ morâ*
Fractas, remiſſo pectore ac placido feras.
Et hoc decebat roboris tanti virum,
Non eſſe ſub dolore, nec victum malis
d *Dare terga.* e non eſt, *vt putas,* virtus, *pater,*
Timere vitam, ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retro dare.
f Qui fata proculcauit, ac vitæ bona

tem lac, mel, aquam, vinum, oleum, *Inſerimus tepido ſpumantia cymbia lacte*, quin & flores ſpargebant vide Troad. 374.
e Oculos è capite.
f Thyeſt. v. 981.
g Nec fortiter peragit inſtitutum.
h Qui erat mihi timidè oculos eruenti.
i Quòd ſi verum dicã, animo non ſatis magno, oculos euulſi mihi
k Dan. Heinſius ſic diſtinguit: *Minùs eruiſti lumina audacter tua, Quàm præſtitiſti, nunc manũ cerebro indue.* Hactenus cõmodaſti manũ tantùm ipſe tibi—Nunc eâ vtere. l Pro cœpiſti: Al leg. *Qua cœpi mori.* Sed quia ſemel veluti aliũ alloquitur Oedipus, minùs placet. a Decꝰ inſigne. b Inclytè florentẽ. c Quod etiã ſæpè imbecillis animi eſt medicina. d Metaph ab ignauis militibus, cedere, fugere. e *Mori enim fugientem paupertatem vel amorem, non eſt fortitudinis, ſed ignauiæ.* f Qui mortẽ ſpernit, qui res proſperas abiecit, aduerſas perferẽdas ſuſcepit; ille ſanè mortem & vitam ex æquo habet, & quærenti cur, cùm mors à vita nihil differat, non moriatur: reſpon-

Proiecit,

Proiecit atque abſcidit, & caſus ſuos
Onerauit, g ipſi, ſeu deo, nullo eſt opus
* Quare ipſe mortem cupiat, aut quare
petat.
Vtrumque timidi eſt velle. h contempſit
mori,
Qui nō cupiſcit. i cuius haud vltra mala
Exire poſſunt, in loco tuto eſt ſitus.
*Quis iam Deorum (velle fac) quidquam
poteſt*
Malis tuis adiicere? iam nec tu potes,
Niſi hoc, vt eſſe te putes dignum nece.
Non es, nec vlla pectus hoc culpa attigit.
Et hoc magis te, genitor, inſontem voca,
Quod k *innocens es, Diis quoque innitis
quid eſt*
Quod te efferarit; quid nouos ſuffixerit
Stimulos dolori? quid te ad infernas agit
Sedes? quid ex his pellit? a *vt careas die?*
Cares. b *vt altis nobilem muris domum,*
Patriámque fugias? patria tibi viuo periit.
Gnatos fugis, matrémq;? ab aſpectu omniū
Fortuna te ſummouit: & quidquid poteſt
Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abſtulit.
Regni tumultus, turba fortunæ prior
Abſceſſit ante c *iuſta. quem, genitor, fugis?*
Oed. *Me fugio, fugio conſcium ſcelerum
omnium*

debit cū Thalete; ob hoc ipſum, quia nihil differt.
g Ipſe nullâ re indiget; tanquam Deus, αὐτάρκης eſt Al. leg. *ſeu video.* Dan. Heinſius verò nouam inducit lectionem: *ipſi ſauiâ nulla eſt opus, &c,*
* Cur ipſe *cupiat.* i. optet vt mors vltrò veniat, aut *petat.* i. vi illam ſibi inferat: vt Virgilius. *Pulchrâmque petunt per vulnera mortem,* Ioſ. Scalig. hunc verſ. interrogatoriè legit.
h Nō vult mori qui optat. hic mortis fructus eſt, optare deſinere.
i Deinde cuius miſeriæ non poſſunt maiores fieri, non eſt cur morte illas fugere velit.
k Per ignorantiam, neque enim nocens eſt qui ſponte non eſt nocens.

a An vt luce careas? iam cares, à teipſo excæcatus.
b An vt patriam fugias? iam es in ea, nec es, viuum cadauer.
c Funus, exequias, id eſt, ante mortem, tibi viuo.

Pectus d *maximúmque hanc fugio, & hoc cælum, & deos;*
Et dira fugio ſcelera, quæ feci. e *nocens*
Ego hoc ſolum, frugifera quo ſurgit Ceres,
Premo? has ego auras ore peſtifero traho?
Ego laticis hauſtu ſatior? aut vllo fruor
f *Almæ parentis munere? ego* g *caſtã manũ*
Nefandus, inceſtificus, execrabilis
Attrecto? ego vllos aure concipio ſonos,
Per quos h *parentes nomen, aut* h *gnati audiam?*
Vtinam quidem reſcindere has quirẽ i *vias*
Manibúſque adactis omne, quo voces meãt,
Aditúſque verbis tramite anguſto patet,
Eruere poſſem, gnata: iam ſenſum tui,
Quæ k *pars meorum es criminum, infœlix pater*
Fugiſſem. inhæret ac recrudeſcit nefas
Subinde; & aures ingerunt quidquid mihi
Negaſtis oculi. cur caput tenebris graue
Non mitto ad vmbras Ditis æternas? quid heic
l *Manes meos detineo? quid terram grauo?*
Miſtúſque ſuperis erro? quid reſtat mali?
Regnum, parentes, liberi, a *virtus quoque,*
Et b *ingenij ſolertis eximium decus*
Periere. cuncta ſors mihi infeſta abſtulit.
Lacrymæ ſupererãt. c *has quoq; eripui mihi.*
Abſiſte. nullas animus admittit preces,
Nouámq; pœnam ſceleribus quærit parem.
Et eſſe par quæ poterit? d *infanti quoque*

d Quæ patrem occidit.

e Rectiſſimè ita diſtinguit Clariſſ. Scriuerius, cùm priùs corruptè conciperetur.

f Terræ, quæ fructibus ſuis omnes alit.

g Tuam.

h Vtrumque nomen mihi horrendum, *parentis*, qui liberos ſuſceperim ex matre; *gnati*, qui patrem occiderim.

i Senſorij auditus meatus, & organa, ſiue neruus ſit cum tympano, ſiue myrinx, ſiue aër innatus.

k Ex inceſtu meo natâ.

l Animã meã iamdudum in feris debitam.

a Fortitudo mea quæ veteribus ſola virtus dicebatur, ἀνδρεία ab ἀνήρ, vt virtus à viro. b Quo Sphingis ænigma ſolui. c Erutis oculis. an & cum his lacrymas? d Pater meus Laius ab oraculo præmonitus fore vt manu filij periret, me, vt primùm natus ſum, feris ponendum ſeruo tradidit. is me perforatis plantis ad arborem

Decreta mors eſt, fata quis tam triſtia
Sortitus vnquam? videram nondum diem,
Vterique nondum ſolueram cluſi moras;
Et iam timebar. e *protinus quoſdam editos*
Nox occupauit, & nouæ luci abſtulit.
Mors me anteceſſit. f *aliquis intra viſcera*
Materna lethum præcocis fati tulit,
Sed numquid & peccauit? abſtruſum, abditum,
g *Dubiúmque an eſſem, ſceleris infandi reum*
Deus egit. illo teſte damnauit parens,
Calidóq; teneros h *tranſſudit* i *ferro pedes;*
Et in alta nemora pabulum miſit feris,
Auibus & auidis, quas Citharon noxius
k *Cruore ſæpe regio attractas alit.*
Sed quem l *Deus damnauit, abiecit pater,*
Mors quoque refugit. præſtiti m *Delphis fidem,*
Genitorem adortus impiâ ſtraui nece.
n *Hoc alia pietas redimet? occidit patrem,*
Sed matrem amaui. proloqui o *hymenæum pudet,*
p *Tædáſq; noſtras.* a *has quoque inuitū pati*

ſuſpendit, vbi à Paſtore Polybi Corinthiorum regis Phorbante inuentus ſeruatúſque Meropæ reginæ donatus ſum, quę me pro ſuo habuit. ego autem vbi idem conſulto oraculo accepiſſé, Corintho profugiens, ne deputatiuum patrem Polybū aliquando interficeré, Phocidem adueni, vbi in triuio de via contendés patrem inſcius interfeci. Oedip. 180. & 781.

e Quamprimū editi ſunt; perimuntur aliqui: ego nondum natus morti addictus ſum. f Alij in vtero moriuntur; an quia peccaturi, vt ego? g Embryonem.
h Alij, *tranſtulit*. i Gladio, ſeu ſubulâ. k Vt Actæonis & Penthei. l. Apollo edito oraculo. m Oraculo Delphico.
n Ironicè. o Nuptias ἀπὸ τὸ ὁμοῦ ναίειν τὸν νυμφίον ϗ τὴν νύμφην. Vel; à membranulâ illâ quæ virginibus in primo Veneris aditu rumpitur. alij, ad hiſtoriam de Hymenæo quodam Argiuo referunt; & ab eius (quod virginibus Atticis à Pelaſgis raptis præſtiterat) ſubſidio inſtitutum ferant hymnum qui Hymenæus dicitur, qualis Romanis Thalaſſio. p Faces quinque, in nuptiis adhibitas, vt & in ſacris, è tæda arbore de larium

Te coge [a] *pœnas, facinus ignotum, efferum,*
Inuſitatum effare, quod populi horreant,
Quod eſſe factum nulla non ætas neget,
Quod [b] *patricidam pudeat, in patrios toros*
Tuli paterno ſanguine aſperſas manus;
Sceleriſque precium maius accepi ſcelus.
Leue eſt paternũ facinus. in thalamos meos
Deducta mater, ne parum ſcelerum foret,
[c] *Fœcunda. nullum crimen hoc maius poteſt*
Natura ferre ſi quod etiamnum eſt tamen;
[d] *Qui facere poſſet, dedimus. abieci necis*
Pretiũ paterna ſceptrũ, & hoc iterũ manus
Armauit alias. optimè [e] *regni mei*
Fatum ipſe noui: nemo ſine [f] *ſacro feret*
Illud cruore: magna præſagit mala
Paternus animus. iacta iam ſunt ſemina
Cladis futuræ ſpernitur [g] *pacti fides.*
[h] *Hic occupato cedere imperio negat:*
Ius [i] *ille, & icti* [k] *fœderis teſtes Deos*
Inuocat, & Argos exul atque vrbes mouet
Graias in arma. non leuis feſſis venit
Ruina Thebis. tela, flamma, vulnera
Inſtant, & iſtis ſi quod eſt maius malum;
Vt eſſe genitos nemo non ex me ſciat.
An. *Si nulla, genitor, cauſa viuendi tibi eſt,*
Hæc vna abundè eſt, vt pater gnatos regas
Grauiter furentes. tu impij belli minas
Auertere vnus, túque vecordes potes

genere, è qua ſuccus pice liquidior. *Angl. Tarre.* vid. inf. verſ. 507.

a Vt audias quod meminiſſe horret.

b Emphaticè.

c Quatuor enim Oedipo peperit liberos: maſcul. Eteoclem, Polynicem: fœmin. Antigonen, Iſmenen.

d Filios, qui ſcientes peccare velint.

e Hercul. Fu. verſ. 385.

f Execrando, impiè fuſo.

g Vt alternis annis regnarẽt

h Eteocles. ſup. verſ. 56.

i Polynices verſ. 58.

k Fœdus icere, ferire, percutere dicitur, à cæſo porco, *vt Liuio,* porca, *vt Virgilio & Suetonio: ſed & Cic. 2. de legib. Porco femina piaculum dare, dixit,* In ſacris verò plus valere fœminas victimas obſeruatum eſt. In fœdere itaque Fœcialis ſiue ſacerdos porcum ſilice feriens dicebat; Iupiter ſic populum qui fœdus non ſeruârit, ferito, vt ego hunc porcum ferio, tantóque magis ferito, quanto magis potens pollénſque eſt, *& à porco fœdè & crudeliter cæſo Seruius fœdus dici vult.*

Inhibere iuuenes, ciuibus pacem dare,
Patriæ quietem, [a] *fœderi læſo fidem.*
Vitam tibi ipſe ſi negas, [b] *multis negas.*
Oed. *Illis parentis vllus aut æqui eſt amor,*
Auidis cruoris, imperij, armorum, doli;
Diris, ſceleſtis; breuiter vt dicam, [c] *meis?*
Certant in omne facinus, & penſi nihil
Ducunt, vbi illos ira præcipites agat:
Nefaſque nullum, per nefas nati, putant.
Non patris illos tangit afflicti pudor,
Non patriæ. regno pectus attonitum furit.
Scio quò ferantur, quanta moliri parent:
Ideóque lethi quæro maturi viam,
Morique propero, dum in domo nemo eſt meâ
Nocentior me. gnata, quid genubus meis
Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?
[d] *Vnum hoc habet fortuna; quo poſſim capi,*
Inuictus aliis. ſola tu affectus potes
Mollire duros, ſola pietatem in domo
Docere noſtrâ. nil graue aut miſerum eſt mihi;
Quod te ſciam voluiſſe. tu tantùm impera.
Hic Oedipus [e] *Ægæa tranabit freta,*
Iubente te; flammáſque, quas [f] *Siculo vomit*
De monte tellus igneos voluens globos,
Excipiet ore; ſéque [g] *ſerpenti offeret,*
Quæ ſæua furto nemoris Herculeo furit;
Iubente te [h] *præbebit alitibus iecur;*
[i] *Iubente viuet.* * * *

a Modò verſ. 280.
b In bello perituris illo, quod tu viuendo inhibere poteris.
c Emphaticè. Impiis, vtpote ex inceſtu genitis.
d Te, tuas preces, tuam pietatem.
e Mare Europam ab Aſia diſterminans, ab Ægeo Theſei patre: *alij*, à ſcopulo, qui αἰγὸς, id eſt capræ ſpeciem præfert.
f Ætna verſ. 80. Herc. Fur.
g Draconi vigili, qui furis ſæuus propter aurea mala ab Hercule ſurrepta. verſ. 237. Herc. Fur.
h Vt Tityus Herc. Fu. verſ. 755.
i *Emphaticè*, quod omni cruciatu mai[us], extremũ enim malorũ illi vita.

ACTVS SECVNDVS.

NVNCIVS. OEDIPVS. ANTIGONE.

Nuncius à Thebanis miſſus Oedipum obſecrat vt rediens componat filios. abnuit Oedipus, & in ſyluas ſe recipiens filiis diras imprecatur.

a ——— Nun, *Regiâ ſtirpe edite,*
Thebæ b *Pauentes armá fraterna inuocant,*
Rogántque tectis arceas patriis faces.
Non ſunt minæ. iam propius acceſſit malũ.
Nam c *regna repetens fràter &* c *pactas vices,*
In bella cunctos Græciæ populos agit;
d *Septena muros caſtra Thebanos premunt.*
Succurre; prohibe pariter & bellũ, & nefas.
Oed. e *Ego ille ſum, qui ſcelera committi vetem,*
Et abſtineri ſanguine à caro manus
Doceam? magiſter iuris & amoris pij
Ego ſum? meorum exempla facinorum appetunt.
Me nunc ſequũtur. laudo & agnoſco libẽs.
Exhortor, aliquid vt f *patre hoc dignum gerant.*

a Hoc Hemiſtichium, ne cohæreat cum præcedenti, quod in fine Actus primi replet ex veteri libro Lipſi' ſic, *Exemplum ingens, regiâ ſtirpe edite.* Ego neque temerè omni vetuſtæ aut ſcriptæ lectioni fidendum puto, & vix eſt vt à Seneca ſic poſitum dicã. Nam valdè inamænus fit ſonus particulæ *in* repetitæ. Præterea, & ſi fatetur ipſe Oedipus appetere exempla ſuorum facinorum in ſuis natis: non propterea id Nuncius dixerit, aut cum malo omine Regem ſuum ſalutauerit. b Pauentes bella, te tuámque opem inuocant. c Sup. verſ. 282. & verſ. 58.
d Caſtra ſeptem ducum, qui Adraſtus, Tydeus, Polynices, Capaneus, Hippomedon, Amphiaraus, Parthenopæus. qui ſinguli ſingulas portas Thebarum obſedere.
e Imò verò ſceleſtus cùm ſim, Diiſque iratis genitus, qui potiùs iubeam & doceam. Sui itaque deteſtatione & ſtirpis odio diras natis imprecatur.
f *Emphaticè.* me parricida, inceſto.

Agite, ô propago g *clara, generoſam indolẽ*
Probate factis; gloriam ac laudes meas
Superate: & aliquid facite, propter quod patrem
Adhuc iuuet vixiſſe. facietis, ſcio.
Sic eſtis orti. ſcelere defungi haud leui,
Haud vſitato, tanta nobilitas poteſt.
Ferte arma. facibus petite h *penetrales deos.*
Frugémque flammâ metite natalis ſoli.
Miſcete cuncta. rapite in exitium omnia.
Deiicite paſſim mœnia, in planum date.
Templis Deos obruite, maculatos a *lares*
Conflate. ab imo tota conſidat domus.
Vrbs concremetur. primus à thalamis meis
Incipiat ignis. An. *Mitte violentum impetum*
Doloris, ac te publica exorent mala,
Auctórque placidæ liberis pacis veni.
Oed. *Vides modeſtæ deditum menti ſenem?*
b *Placidæque amantem pacis ad partes vocas?*
Tumet animus irâ, feruet immensũ dolor,
Maiúſque, quàm quod caſus & iuuenum furor
Conatur, aliquid cupio. non ſatis eſt adhuc
Ciuile bellum; frater in fratrem ruat.
Nec hoc ſat eſt. quod debet, vt fiat nefas
De more noſtro, c *quod meos deceat toros,*
Date arma patri, nemo me ex his eruat
Siluis: latebo rupis exeſæ cauo,
Aut ſepe denſa corpus abſtruſum tegam.
Hinc e *aucupabor verba rumoris vagi,*
Et ſæua fratrum bella, quod poſſum, audiam.

g Certè mea. vel Ironicè, vt & ſequentia.

h Penates, Thyeſt. 773.

a Imagines Deorum domeſticorum aureas, argenteas, æreáſve incendiis conflate.

b Méne inuitas ad ſedandas partiũ iras, ac ſi eſſem pacificus? Fruſtrà. Tumet. n. animus irâ.

c Immane & inauditum.

d Quo probet ſe ex me genitos.

e Captabo.

* * * * *

ACTVS TERTIVS.

* Ἀκέφαλος. *

IOCASTA. NVNCIVS. ANTIGONE.

Iocaſta audito in procinctu ſtare vtramque aciem, properè fertur, filios (ſi fieri poſſit) in gratiam reductura.

Ioc. F*Elix* f *Agaue,* g *facinus horrendum, manu*
Quo fecerat, geſtauit; & ſpolium tulit
Cruenta nati h *Mænas* i *in partes dati.*
Fecit ſcelus, k *ſed miſera non vltra ſuum*
Scelus hoc cucurrit. hoc leue eſt, quod ſum nocens;
Feci a *nocentes. hoc quoque etiam leue eſt;*
Peperi *nocentes. deerat ærumnis meis,*
Vt & b *hoſtem amarem. Bruma ter poſuit niues,*
Et c *tertia iam falce decubuit Ceres,*
Vt exul errat gnatus, & patria caret,
d *Profugúſq; regū auxilia Graiorū rogat,*
Gener & Adraſti, cuius imperio mare,
Quod cingit Iſthmon, regitur. hic gentes ſuas,
d *Septémq; ſecum regna ad auxiliū trahit*

*Multa deſunt in fine præcedentis Actus. Deeſt etiā huius Actus tertij principium.

f Sup. verſ. 27.
g Thyrſo affixū caput Penthei.
h Bacchis, à μαίνεσθαι furere.
i Diſcepti.
k Sed illa non vlteriùs progreſſa in alia incidit ſcelera, vt ego.
a Lipſius *nocentem* reponit quia de Oedipode ſolo ſermo eſt. ſed & ſcelus indignanter adaugens pluralem ponit Hercul. Fur. 285. Quin & Sophocl. Πατέρας de vnico Oedip. & μητέρας de Iocaſta ſola dixit, vel, feci nocentes me Oedipum. b Polynici enim ius ſuum armis repetenti faueo. c Hic Euripidem ſequutus inducit Iocaſtam tertio poſt anno quàm inceſtum agnouit, viuentem: cùm in Oedipo, agnito facinore ſtatim ſibi mortem conſciſcat.
d Sup. verſ. 98. & 326.

Generi quid optem, quidve decernam haud ſcio.
Regnum repoſcit. cauſa repetentis bona eſt;
Mala [e] *ſic petentis. vota quæ faciam parẽs?*
Vtrumque natum video. nil poſſum piè
Pietate ſaluâ facere quodcunque alteri
Optabo nato, fiet alterius malo.
Sed vtrumq; quamuis diligã affectu pari;
Quò cauſa melior, ſorſque deterior trahit,
Inclinat animus, [f] *ſemper infirmo fauens.*
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis,
NUN. *Regina, dum tu flebiles queſtus cies,*
Teriſque tempus, tota nudatis ſtetit
Acies in armis. [g] *æra iam bellum cient,*
[h] *Aquiláque pugnam ſignifer motâ vocat.*
Septena reges bella diſpoſiti parant.
Animo pari Cadmea progenies ſubit.
Curſu citato miles hinc illinc ruit
Vide, vt [k] *atra nubes puluere abſcõdat diẽ,*
Fumoque ſimiles campus in cœlum erigat
Nebulas, equeſtri fracta quas tellus pede
Submittit: &, ſi vera metuentes vident,
Infeſta fulgent ſigna; ſubrectis adeſt
[a] *Frons prima telis:* [b] *aureâ clarum notâ*
Nomen ducum vexilla præſcriptum ferũt.
I, Redde amorem fratribus, pacẽ omnibus;
Et impia arma matris oppoſitu impedi.
ANT. *Perge, ô* [c] *parens, & concita celerem gradum:*

e Contra patriã arma externa inferentis.
f Sup. ver. 360.
g Tubæ.
h Romano more verillum primum Aquilã vocat poëta. forte & Græci habuerunt. nam & Perſæ; à quibus Romani aquilæ vſum ſumpſere.
i Thebani à Cadmo orti.
k Pulueris ab equitatu excitati.
a Acies inſtructa.
b Aureis characteribus. Non enim ſolùm ducũ nomina aureis literis ferebant in vexillis, ſed & ſigna cum minis inſertis.
c Quam parẽs cùm ſis, diſcordes reuereantur filij. Alij tribuunt hæc *Nuncio*, non enim, vt aiunt, veriſimile eſt, vt hæc iam Thebis dicat Antigone, quæ nec prece, nec vi à patre auelli poterat, qui in Cithæronis ſyluâ. Sed minùs rectè. Sunt enim verba minùs decora, magiſque pathetica, quàm vt conueniant Nuncio. Ne autem miremur filiam deſeruiſſe patrem, vt ſuccurreret fratribus: ſic requirit pietas. & iam morti renunciarat Oedipus: vnde eſt ſupra verſ. 319. *Iubente viuet.*

Compeſce tela, fratrique ferrum excute.
d *Nudum inter enſes* c *pectus infeſtos tene.*
Aut ſolue bellū, mater, e *aut prima excipe.*
Ioc. *Ibo, ibo, & armis obuium opponam caput.*
Stabo inter arma. f *petere qui fratrem volet,*
f *Petat antè matrem. tela, qui fuerit pius,*
Rogante ponat matre: qui non eſt pius,
Incipiat à me. feruidos iuuenes anus
Tenebo. nullum g *teſte me fiet nefas.*
Aut ſi quod & me teſte committi poteſt,
h *Non fiet vnum.* Ant. i *Signa collatis micant*
Vicina ſignis: clamor hoſtilis fremit;
Scelus in propinquo eſt: occupa, mater, preces.
Et ecce motos fletibus credas meis;
Sic agmen armis ſegne compoſitis venit.
Procedit acies tarda, ſed properant duces.
Ioc. *Quis me procella turbine inſana vehens*
Volucer per auras ventus æthereas aget?
Qua k *Sphinx, vel* l *atrâ nube ſubtexens diem*
m *Stymphalis, auidis præpetẽ pennis feret?*
Aut qua per altas aëris rapiet vias
Harpyia, a *ſæui regis obſeruans famem,*
Et inter acies proyciet raptam duas?
Nun. *Vadit furenti ſimilis, aut etiam furit;*
b *Sagitta qualis Parthicâ velox manu*
Excuſſa fertur; qualis inſano ratis
c *Premente vento rapitur; aut qualis cadit*
d *Delapſa cœlo ſtella, cùm* e *ſtringens polum*

Item. verſ. 361. *Hinc aucupabor, &c.*
d Quod nutritionis illos admoneat verſic. 447. inf.
e Aut primum belli ictum excipe.
f Ferro.
g Me vidente.
h Nam & ipſa vnà peribo.
i Quæ tria, *Muta* vt vexilla: *vocalia*, quæ voce humana: *ſemiuocalia*, quę claſſico, tuba, buccina dãtur.
k Supra verſ. 120.
l Solem obſcurans alis expaſſis. Herc. Fu. 1182.
m Herc. Fur. verſ. 243.
a Phinei verſ. 153. Thyeſt.
b Thyeſt. verſ. 383.
c Vrgente à puppi, ſecundo vento.
d *De cœlo lapſa ſereno, Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.*

Rectam citatis ignibus rumpit viam;
Attonita curſu fugit, & [f] *binas ſtatim*
Diduxit acies. victa maternâ prece
Hæſere bella, iamque in alternam necem
Illinc & hinc miſcere cupientes manum,
Vibrata dextrâ tela ſuſpenſa tenent.
Paci fauetur. [g] *omnium ferrum latet,*
Ceſſátque. [h] *telum vibrat in fratrum manu.*
Laniata canas mater oſtendit comas;
Rogat abnuentes: irrigat fletu genas.
Negare matri, qui diu dubitat, poteſt.

Eſt autem exhalatio ſuperiùs inflammata, deorſum decurrens, vt cadere videatur.
e Aëra diuidẽs.
f Inter vtramque aciẽ conſiſtit.
g In vaginas reconditi gladij non vibrãtur.

h Solùm tela micant in fratrum manibus, *Sunt qui legunt, Ceſſatq; telum vibratum fratrum manu,* ſenſu quidem approbando, ſed contra quartæ ſedis modum.

ACTVS QVARTVS.

IOCASTA. POLYNICES.

Iocaſta vtrumque filium ſeriò precatur vt ſimultate poſitâ in gratiam & amorem redire velint. Polynices impiè reſpondet.

Ioc. *IN me arma & ignes vertite. in me omnis ruat*
Vnam iuuentus; quæque [i] *& Inachio venit*
Animoſa muro; quæque Thebana ferox
Deſcendit arce. ciuis atque hoſtis ſimul
Hunc petite ventrẽ, qui dedit [k] *fratres viro.*
Mea membra paſſim ſpargite, ac diuellite:
Ego vtrumq; peperi. [a] *ponitis ferrum ocyùs*
Ac dico, & ex æquo mihi dextras datis?
Date, dum [b] *piæ ſunt.* [c] *error inuitos adhuc*

i Ab Argis, Inacho quondam regnatis.
k Natos eoſdẽ & fratres Oedipo.
a An deponitis arma dicto citiùs?
b Nec fraternâ cæde pollutæ.

c Quæ hactenus peccata ſunt vel à me, vel à patre veſtro de origine veſtra, fortunæ diræ imputanda ſunt, adeóque ignorantiâ excuſanda: vos primùm ſcientes peccatis, an etiam vo-

Fecit nocentes. c *omne Fortuna fuit*
Peccantis in nos crimen. hoc primùm nefas
Inter ſcientes geritur. in veſtra manu eſt,
Vtrum velitis. ſanƈta ſi pietas placet.
d *Donate matrem pace.* + *ſi placuit ſcelus,*
Maius paratum eſt. media ſe opponit parẽs.
Proinde bellum tollite, aut e *belli moram.*
Sollicita cui nunc mater alterna prece
Verba admouebo? miſera quem amplectar priùs?
In vtramque partem ducor affectu pari.
f *Hic abfuit. ſed* g *pacta ſi fratrum valent,*
h *Nunc alter aberit. ergo iam nunquã duos,*
Niſi i *ſic, videbo? iunge complexus prior*
Tu, tot labores tótque perpeſſus mala,
Longo parentem feſſus exilio vides.
Accede propiùs, clude vagina impium
Enſem; & trementem iámque k *cupientem excuti*
Haſtam ſolo defige. maternum tuo
l *Coire pectus pectori clypeus vetat.*
Hunc quoque repone. m *vinculo frontem exue,*
n *Tegménque capitis triſte belligeri leua,*
Et ora matri redde. o *quò vultus refers,*
Aciéque pauida fratris obſeruas manum?
Affuſa totum corpus amplexu tegam.
Tuo cruori per meum fiet via.
Quid dubius hæres? an times matris fidem?
Po. *Timeo: nihil iam iura naturæ valent.*
Poſt iſta a *fratrum exempla, ne matri quidẽ*
Fides habenda eſt. Ioc. b *Redde iam capulo manum,*
Adſtringe galeam, læua ſe clypeo ingerat;
Dum frater c *exarmatur, armatus mane.*

lentes in veſtra eſt poteſtate.
d Legitur, & *Donate matri pacem*, meliùs; niſi repugnaret lex carminis.
+ Si pergitis, & frater in fratrẽ ruit, non ea meta ſceleri: maius ſupereſt: quia primùm interficiẽda ego mater. Peti neuter veſtrûm niſi per me poteſt, quæ me obiicio mediã.
e Me moram belli mediam.
f Polynices.
g Supra v. 280.
h Eteocles.
i Alterum per vices exulantẽ.
k Vibratam.
l Coniungi.
m Galeæ.
n Galeam.
o Quò reſpicis aut vultũ torques, ac ſi fratrem timeres?
a Fraternæ perfidiæ.
b Recipe quæ depoſueras à me rogatus arma.
c Legitur &, *eſt armatus*.

[d] *Tu pone ferrum, cauſa qui es ferri prior.*
Si pacis odium eſt, furere ſi bello placet,
[e] *Inducias te mater exiguas rogat,*
Ferat vt reuerſo poſt fugam nato oſcula,
Vel [f] *prima, vel* [g] *ſuprema. dum pacē peto,*
Audite inermes: ille te, tu illum times;
Ego vtrumque, ſed pro vtroque quid ſtri-
ctum abnuis
Recondere enſem? qualibet gaude mora.
Id gerere bellum cupitis, [h] *in quo eſt optimū*
Vinci. vereris fratris infeſti dolos?
Quoties neceſſe fallere, aut falli à ſuis,
Patiare potiùs ipſe, quàm facias, ſcelus.
Sed ne verere: mater inſidias & hinc
Et rurſus illinc abiget. exoro, an [i] *patri*
Inuideo veſtro? veni, vt arcerem nefas,
An vt viderem propiùs. hic ferrum abdidit
Recliuis haſtæ, & arma defixa incubant.
Ad te preces nunc, nate, maternas feram,
Sed antè lacrymas. teneo longo tempore
Petita votis ora. te, profugum ſolo
Patrio, penates [l] *regis externi tegunt:*
Te maria tot diuerſa, tot caſus vagum
Egere: [a] *non te duxit in thalamos parens*
Comitata primos, nec ſua [b] *feſtas manu*
Ornauit ædes, nec ſua [c] *lætas faces*
Vitta reuinxit. dona non auri & graues

d O Eteocles, qui violaſti fidem pactam.
e Exiguam ſaltem belli moram.
f Poſt multos annos quibus eum non viderim. vel prima futuræ pacis pignora.
g Perituro fortaſſe in hoc bello, ſi bellū gerere perſiſtatis.
h In quo melius foret occidi, quàm iniuriæ fratiſque cædi ſupereſſe.
i Qui abſens & cæcus eſt. ego autem adſum, an vt repellam, an vt videam nefarium hoc bellum? infra v. 55.
k Eteocles precibus meis motus arma depoſuit, & haſtæ ſolo defixæ incubat recliuis, ſolet autem miles, ſi hoſtis à ſiniſtro latere appareat, in ſcutum ſe inclinare; ſi à dextro in haſtam. l Adraſti. a Ego non conciliaui tibi nuptias, non nuptam in thalamum duxi, nec in lecto collocaui, *quod pronubæ officium eſt quæ plerumque mater.* b In nuptiis ianuæ feſtâ fronde ramis & ſertis ornari ſolitæ. c Sponſa primùm ad mariti limen veniēns poſtes laneis vittis ornabat, eoſque adipe ſuillo vngebat, vnde *vxor* dicta. pronuba autem vt plurimum ſponſæ mater ademptas nupturæ virginales vittas facibus (quæ

Gazas ſocer, non arua, non vrbes dedit;
Dotale bellum eſt, hoſtium es factus gener,
Patria remotus, hoſpes alieni laris,
Externa conſecutus, expulſus tuis,
Sine crimine exul. ne quid è [d] *fatis tibi*
Deeſſet paternis, [e] *hoc quoque exilis habes;*
Erraſſe thalamis, nate, [f] *poſt multos mihi*
Remiſſe ſoles; nate, ſollicita metus
Et ſpes parentis; cuius aſpectum Deos
Semper rogaui; cùm tuus reditus mihi
[g] *Tantum eſſet erepturus aduentu tuo,*
Quantum daturus; quando pro te deſinã,
Dixi, timere? dixit irridens Deus,
Ipſum timebis. nempe, niſi bellum foret,
Ego te carerem: nempe, ſi tu non fores,
Bello carerem. triſte conſpectus datur
Precium tui, durúmque: ſed matri pacet.
Hinc modò recedant arma, dum nullum nefas
Mars ſæuus audet. hoc quoque eſt magnum nefas,
Tam propè fuiſſe ſtupeo, & exſãguis tremo,
Cùm ſtare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris ſub ictu. membra quaſſantur metu.
Quàm penè mater maius adſpexi nefas,
Quàm quòd miſer videre non potuit pater!
Licèt timore facinoris tanti vacem,
Videámque iam nil tale, ſum infelix tamẽ,
Quod penè vidi. per [a] *decem* [b] *menſium graues*

quinque, pro numero partus naturali, vel in honorẽ V. deorum, Iouis adulti, Iunonis adultæ, Veneris, Suadelæ, Lucinæ præferebantur à pueris patrimis apud Romanos, à ſponſæ matre apud Græcos) vrendas implicuit, ſponſamque matronalibus vittis redimibat.

d Exulare vtrumque ſine culpa: oraculo vxorem accipere.

e Vt Oedipus matris errauit thalamis, quos inſecuta eſt peſtis, ita tu hoſtilis vxoris, quos comitatur bellũ dotale.

f Poſt multos mihi reddite dies.

g Fratre in exilium alterum receſſuro. a Quibus te in vtero geſtaui. etſi autem de partus tempore variant, alij menſes numerando *Solares*, alij *Lunares*, & hos quidem vel Peragrationis, vel Conſecutionis, verſic. 838. Thyeſt vel denique Apparitionis: Commodiùs tamen ad menſes ſolares X. XI X.

Vteri labores, pérque pietate inclytas
-Precor ſorores, & per irati ſibi
Genas parentis; ſcelere quas nullo nocens,
Erroris à ſe dira ſupplicia exigens,
Hauſit; nefandas mœnibus patriis faces
Auerte: ſigna bellici retro agminis
Flecte. vt recedas, magna pars ſceleris tamẽ
Veſtri peracta eſt. vidit hoſtili grege
Campos repleri patria, fulgentes procul
Armis cateruas: vidit equitatu leui
Cadmea frangi prata, & [c] *excelſos rotis*
Volitare proceres; [d] *igne flagrantes trabes*
Fumare, [e] *cineri quæ petũt noſtras domos;*
Fratréſque (facinus quod nouum [f] *& The-*
In ſe ruentes. totus hoc exercitus, bis fuit)
Et populus omnis, & vtraq; hoc vidit ſoror,
Genitrixque vidit: nam pater [g] *debet ſibi,*
Quod iſta non ſpectauit. [h] *occurrat tibi*
Nunc Oedipus: quo iudice, erroris quoque
Pœnæ petuntur. ne, precor, ferro erue
Patriã, ac penates; néue, quas regere expetis,
Euerte Thebas. quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis. vt fiat tua,
Vis eſſe [i] *nullam? quin tuæ cauſæ nocet*
Ipſum hoc, quòd armis vertis infeſtis ſolũ,
Segetéſq; [k] *aduſtas ſternis, & totos fugam*
Edis per agros, nemo ſic vaſtat ſua.
Quæ corripi igne, quæ meti gladio iubes,
Aliena credis. rex ſit è vobis vter,
Manente regno, quærite. hæc telis petes,
Flammiſq; tecta? poteris has [l] *Amphionis*

dierum referunt pariendi tempus, cuius communiſſimus, menſis nonus: proximus, menſis decimus aut ſeptimus. de ſexti mẽſis vitalitate diſputant medicorũ filij: an menſis vndecimi partus ſit legitimus, quęrunt I.Cri.

b Legitur & *menſum*, ne Amphimacer verſum grauet.

c Sublimes in curribus, è quibus pugnare mos veteribus erat.

d Faces incendia Thebis minantes.

e Ad cinerem.

f Emphaticè & Thebis, quib. nullum ferè ſcelus nouum eſt.

g Pro beneficio habet erutos à ſe oculos ne hæc videat.

h Si pater etiam ignorantiæ pœnas exegerit, tu vide ne ſciens volenſquè in ſcelus irruas.

i Nullius itaque erit.

k Aduris & ſternis, alij leg. *adultas.*

l *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere ſono*

teſtudinis Vide Herc. Fu 260. & 914.

Quaſſare moles? nulla quas ſtruxit manus,
Stridente tardum machina ducens onus;
Sed conuocatus vocis & citharæ ſono
Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis. 57
Hæc ſaxa franges victor? hinc ſpolia auferes,
Vinctóſque duces m *patris æquales tui?*

m Coæuos patris, id eſt, ſenes.

Matres ab ipſo coniugum raptas ſinu
Sæuus catenâ miles impoſitâ trahet?
Vt adulta virgo miſta captiuo gregi
Thebana nuribus munus Argolicis eat?
An & ipſa palmas vincta poſt tergum datus
Mater triumphi præda n *fraterni vehar?*

n De fratre acti.

Poteſne ciues lætus exitio datos
Videre paſſim? mœnibus caris potes 58
Hoſtem admouere? ſanguine & flammâ potes
Implere Thebæ? tam ferũ & durum geris
Sæuúmque in iras pectus, & nondum imperas?
o *Quid ſceptra facient? pone veſanos, precor,*

o Quid, quæſo, facies, ſi quando Rex fueris?

Animi tumores, téque pietati refer.
Pol. *Vt profugus errem ſemper? vt patriâ arcear,*
Opémque gentis hoſpes externæ ſequar?

a Quod fecit Eteocles.

Quid paterer aliud, a *ſi fefelliſſem fidem,*
Si peieraſſem? fraudis alienæ dabo
Pœnas; at ille præmium ſcelerum feret? 59
Iubes abire: matris imperio obſequor.
Da, quò reuertar. regiâ frater meâ
Habitet ſuperbus, parua me abſcõdat caſa?
Hanc da repulſo. liceat exiguo lare
Penſare regnum. b *coniugi donum datus*

b In coniugis opulentæ domum receptus pro vxore heram habeam. imò habeat, & inſeruiam ſocero.

Arbitria

Arbitria thalami dura felicis feram,
Humiliſque ſocerum lixa dominantem ſequar?
[c] In ſeruitutem cadere de regno, graue eſt.
Ioc. *Si regna quæris, nec poteſt ſceptro manus*
Vacare ſæuo; multa, quæ poſſunt peti
In orbe toto, quælibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho [d] *Tmolus attollit iuga,*
Quà lata terris ſpacia frugiferis iacent,
Et quà trahens opulenta [e] *Pactolus vada*
Inundat auro rura: nec lætis minus
[f] *Mæandros aruis flectit errantes aquas,*
Rapidúſq; campos fertiles [g] *Hebrus ſecat.*
Hinc grata Cereri [h] *Gargara, & diues ſolum,*
Quod [i] *Xanthus ambit niuibus Idæis tumens:*
Hinc, qua [k] *relinquit nomen Ionij maris,*
Fauces Abydi Seſtos oppoſitæ premit:
[l] *Aut, qua latus iam propior Orienti dedit,*
Tutámque crebris portubus Lyciam videt:
Hæc regna ferro quære, in hos populos ferat
Socer arma fortis: has paret ſceptro tuo
Tradátque gentes. hoc adhuc regnum puta
Tenere patrem. melius exilium eſt tibi,
Quàm reditus [m] *iſte. crimine alieno exulas;*
Tuo redibis. meliùs vſus viribus,
Noua regna nullo ſcelere maculata appetes.
Quin ipſe frater, arma comitatus tua,
Tibi militabit. vade, & id bellum gere,
In quo pater materque pugnanti tibi
Fauere poſſint. regna cum ſcelere, omnibus
Sunt exiliis grauiora. nunc belli mala

c Thyeſt. verſ. 925.
d Mons Lydiæ à Baccho ſuperatus, vitiũ & croci ferax.
e Lydiæ fluuius aureas arenas.
f Herc. Fur. verſ. 683.
g Fluuius Thraciæ.
h Montis Idæ cacumina frumento fertilia.
i Scamander flu. Troianus.
k Et Helleſpontus dici cœpit. in cuius faucibus Abydus à latere Aſiatico oppoſita eſt Seſto à latere Europæo.
l Aut qua orienti vicinior fluit Xanthus.
m Per vim & nefas.

Propone; dubias Martis incerti vices.
n *Licèt omne tecum Græciæ robur trahas,*
Licèt arma longè miles ac latè explicet,
Fortuna belli sẽper ancipiti in loco eſt,
Quodcunq; Mars decernit. exæquat duos,
Licèt impares ſint, gladius: & ſpes & metus
Sors cæca verſat. præmium incertum petis,
Certum ſcelus. * *Fauiſſe fac votis Deos*
Omnes tuis: ceſſere, & auerſi fugam
Petiere. ciues clade funeſta iacent.
Obtexit agros miles. Exultes licèt,
Victórque fratris ſpolia deiecti geras;
o *Frangenda palma eſt. Quale tu id bellum putas,*
In quo execrandum victor admittit nefas,
Si gaudet? hunc, quẽ vincere infelix cupis,
Cum viceris, lugebis. infauſtas, age,
Dimitte pugnas, libera patriam metu,
Luctu parentes. Po. *Sceleris & fraudis ſuæ*
Pœnas nefandus frater vt nullas ferat?
Ioc. *Ne metue: pœnas, & quidem ſoluet graues.*
Regnabit. Po. *Hacne eſt pœna?* Ioc. *Si dubitas,* b *auo,*
b *Patrique crede.* c *Cadmus hoc dicet tibi,*
Cadmiq; proles. d *ſceptra Thebarum fuit*
Impunè nulli gerere; nec quiſquam e *fide*
Ruptâ tenebit illa. iam numeres, licèt,
Fratrem inter iſtos. Po. *Numero:* f *& eſt tanti mihi*

n Exercitu & copiis licèt ſis numeroſior & inſtructior, imò melior, non tamen numero, non virtuti militum ſemper reſpõdet fortuna, ſed anceps belli alea, & *uariùs uſus* imperes æquat, & potentioris ſpem impotentioris ſæpe metui ſubiicit.

o Non tamen ſincera erit tibi & integra victoria, quia non honeſta.

a Legũtur hæc & abſque interpoſitione perſonæ ſic Ioc. *ne metue; pœnas & quidẽ ſoluet graues: Regnabit, hæc eſt pœna. ſi dubitas, &c.*

b Laio & Oedipo, quorum ille interfect⁹, hic omni ærumnarũ genere accumulatus. c Regno pulſus, & in ſerpentem mutatus. Hercul. Fur. verſ. 392. d Ibid. verſ. 385. e Quod fecit Eteocles.

f Et ego tanti regnum æſtimo, vt vel cum his regibus rex mori velim.

Cum regibus iacere. Io. g *Te turba exulũ*
Adſcribo. regna, dummodo inuiſus tuis.
Po. h *Regnare non vult, eſſe qui inuiſus timet.*
Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium, atque regnum. regis, & magni, reor
Odia iſta premere. multa dominantem vetat
Amor ſuorum. *plus in iratos licet.*
i Qui vult amari, lãguidâ regnet manu.
Inuiſa nunquam imperia retinẽtur diu.
Io. k *Præcepta meliùs imperij reges dabunt;*
Exilia tu diſpone. Po. *Pro regno velim*
Patriam, penates, coniugem flammis dare.
Imperia precio quolibet conſtant bene.

g Si hæc tua ſit politice, melior eris exul, quàm Rex.

h Herc. Fur. verſ. 352. Oed. 703.

i Precariò regnat, & ſubditorum arbitratu, qui amari vult. *Et hi duo verſus in nonnullis libris Iocaſtæ tribuuntur.*

k Quæcunque, inquit, à te dicta ſunt, præcepta ſunt regni: ſed regum eſt, non tuum, iſta edicere. Reges ergo meliùs præcepta regnandi dabunt, quàm tu, qui exul es. Ipſi viderint quomodo diſponãt regna ſua: tu (vt modò verſ. 651.) quomodo in exſilio degas. Tam tibi præcepta exſilij quàm illis imperij opus ſunt.

* * * * *

FINIS

Deeſt, & magna pars huius Tragœdiæ intercidit.

HERCVLES OETÆVS.

DRAMATIS PERSONÆ.

HERCVLES.	DEIANIRA.
HYLLVS.	IOLE.
ALCMENA.	PHILOCTETES.
CHORVS ÆTOLARVM Mulierum.	CHORVS OECHALIARVM Virginum.
NVTRIX.	LICHAS muta perſona.

IOLE & CHORVS OECHALIDVM ſunt προτατικὰ πρόσωπα.

ARGVMENTVM.

Deianira indignè ferens ſibi prælatam Iolen Euryti regis Oechaliæ filiam, Herculi tunicam mittit imbutam ſanguine Centauri Neſſi ſagittâ Herculis Hydræ felle tinctâ vulnerati; efficaciſſimum credens philtrum, præſentiſſimúmque amoris remedium, quod illam monuerat moriens Neſſus. Quam ſimul ac induiſſet in Cenæo Eubœæ promontorio ſacrificaturus Hercules, ignem concipit virus, veſtiſque corpori adhærentis æſtus carnem, & oſſa interiora abſumit. Neſſi fraude intellectâ ſibi mortem conſciſcit Deianira. Hercules, interfecto Lychâ, qui munus lethale attulerat, mandat Philoctetæ (cui

moriens arcum & ſagittas tradit) extrui ſibi in monte Oeta pyram, in qua ſe cum clauâ ac leonis pelle cremat. Alcmenæ denique matri apparet, ipſámque conſolatur iam in cœlitum numerum aſcriptus.

ACTVS PRIMVS.

HERCVLES.

Scena hæc prima cum choro ſeq. in Eubœâ ſtatuitur, vbi *Hercules in Cenæo promontorio ſacrificaturus, vota de cælo, quod rebus geſtis (quas enumerat) meruiſſe ſe gloriatur, concipit.* reliquæ Tragœdiæ ſcena eſt Trachine.

SAtor Deorum, cuius excuſſam manu
[a] *Vtraque Phœbi ſentiunt fulmen domus,*
Secure regna: protuli pacem tibi,
Quacunque Nereus porrigi terras vetat.
Non eſt tonandum. perfidi reges iacent,
Sæui tyranni. fregimus, quidquid fuit
Tibi fulminandum. ſed mihi cælum, parẽs,
Adhuc negatur? [b] *parui certè Ioue*
Vbique dignus, [c] *teque teſtata eſt meum*
Patrem nouerca. quid tamen nectis moras?
[d] *Numquid timemur?* [e] *numquid impoſitum ſibi*
Non poterit Atlas ferre cum cælo Herculẽ?
Quid aſtra, genitor, quid negas? [a] *mors me tibi*
Certè remiſit. omne [b] *conceſſit malum,*
[c] *Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.*
Nullus per vrbes errat Arcadicas [d] *leo:*

a Oriẽs & Occidens. Vel, vtrumque hemiſphærium.
b Apparui.
c Quin ipſa Iuno teſtatur me approbaſſe te patrem. vide Herc. Fur. verſ. 36. quo reſpicit. vt &-- d- ad verſ 64. Herc. Fu.
e Numquid ego in cœlum relatus nimio pondere prægrauans vrgebo Atlãta cœlum humeris ſuſtinentem?
a Non me detinuit infernus, ſed remiſit vt ad te venirem. b Abiit, ceſſit. Al. legunt *omne cùm ceßit malum.* c Herc. Fu. verſ. 30.
d Herc. Fur. verſ. 223.

e *Stymphalis icta eſt:* f *Mænali nulla eſt fera.*
Sparſit peremptus aureū g *ſerpens nemus.*
Et h *Hydra vires poſuit. & notos Hebro*
Cruore pingues hoſpitum fudi i *greges:*
k *Hoſtiſque traxi ſpolia* k *Thermodontiæ.*
Vidi l *regentem fata: nec tantùm redij,*
Sed m *trepidus atrum Cerberū vidit dies,*
Et ille ſolem. nullus n *Antæus Libys*
Animam reſumit. o *cecidit ante aras ſuas*
Buſiris p *vnà Geryon ſparſus manu.*
q *Taurúſq; populis horridus* r *centū pauor.*
Quodcunque tellus genuit infeſtū, occidit,
Meáque fuſum eſt dexterâ. ſ *iratis deis,*
Non licuit eſſe. t *ſi negat mundus feras,*
Animū nouercæ, redde nunc gnato patrem,
Vel aſtra forti. nec peto vt monſtres iter.
Permitte tantùm, genitor; inueniam viam.
Vel ſi times, ne terra concipiat feras;
u *Properet malum quodcunque, dum terra Herculem*
Habet, videtq;. nam x *quis inuadet mala?*
Aut quis per vrbes rurſus Argolicas erit
Iunonis odio dignus? y *in tutum meas*

e Herc. Fur. verſ. 243.
f Cerua Herc. Fu. verſ. 221.
g Draco vigil cuſtos hortorum Heſperidum. Hercul. Fur. verſ. 238.
h Herc. Fur. verſ. 240.
i Thracios equos Diomedis. Herc. Fu. verſ. 225.
k Amazonis Hippolytes. Herc. Fu. 245. & 542.
l Plutona, mortis dominum. Hercul. Fu. verſ. 710.
m Herc. Fur. 595. & 810.
n Neptuni ex terrâ fil. gigas, Tingitaniæ rex hoſpites ſecū palæſtrâ certare prouocans cogēſque occidit, quem Hercules cùm animaduertiſſet laſſum tactu terræ recreati, pectori aſtrictum expirare coëgit. o Herc. Fur verſ 484. p Mei vnius, cùm ipſe tricorpor eſſet. q Herc. Fur. 229. & Agam. 827.
r Cretæ; vnde, vel Peloponneſi, quo tranatauit, vtraque enim ἑκατόμπολις, vid. Agam. 827. ſ Monſtra quippe deorum ira terris immiſſa ſuſtuli. t Si terra non alia ſuſtineat perferre monſtra, nec tamen Iuno irâ deſiſtat, placarique velit: quid obſtat quo minùs reddar cœlo, iure paternæ hæreditatis, Iouis filius; vel in virtutis præmium, monſtrorum domitor?
u Properet edere. x Quis niſi Hercules τὰ φοβερὰ occupabit? quis ſe vltrò periculis offeret? al. *inuideat.* minùs rectè.
y Non perituras laudes.

Laudes recepi, nulla me tellus ſilet.
Me ſenſit Vrſæ frigidum [z] *Scythicæ genus,*
Indúſq; [a] *Phœbo ſubditus,* [b] *Cancro Libys.*
Te, clare Titan, teſtor, occurri tibi
[c] *Quacunq; fulges,* [d] *nec meos lux proſequi*
Potuit triumphos Solis exceſſi [e] *vices.*
[f] *Infráque noſtras ſubſtitit metas dies.*
Natura ceſſit. terra [g] *defecit gradum.*
Laxata per me [h] *nox, &* [i] *extremum Chaos*
In me cucurrit. inde ad hunc orbem redij,
Vnde retro nemo. tulimus Oceani minas,
[k] *Nec vlla valuit quatere tempeſtas ratem,*
Quacunque preſſi. pars quota eſt, quam proſequor?
Iam vacuus æther non poteſt odio [l] *tuæ*
Sufficere [l] *nuptæ; quáſque deuincam, feras*
Tellus timet concipere, nec monſtra inuenit,
Feræ negantur. Hercules [m] *monſtri loco*
Iam cœpit eſſe. quanta nunc fregi mala,
Quot ſcelera nudus? quidquid immane obſtitit,
Solæ manus ſtrauere. nec iuuenis feras
Timui, nec [n] *infans, quidquid eſt iuſſum, leue eſt.*
Nec vlla nobis ſegnis illuxit dies.
O quanta fudi monſtra, quæ [o] *nullus mihi*
Rex imperauit! inſtitit virtus mihi
[p] *Iunone peior.* [q] *ſed quid impauidũ genus*

z Reponit Ioſ. Scalig. *Scythiæ*, vt ſenſus & ordo ſit *frigidum genus Scythiæ ſubditum Vrſæ.* Heinſius legit *Scythicæ gelu.*
a Orienti ſoli.
b Cancri tropico ſubditur Afer.
c In Oriente ſeu occidente.
d Neque lux tua proſequi potuit me ad Tartara penetrantem.
e Curſus, limites per vices obeundos.
f Iáne de ſuis columnis hoc gloriabundus, an de ad inferos deſcenſu?
g Non ſuppeditauit mihi vbi ſiſterem. alij malũt *gradu*, alij *deſtruit gradum*, id eſt, dehiſcens deſcenſum reditúmque mihi præbuit.

h Tenebrarum regio, Tartarus. i Mihi obiectum eſt Chaos. Herc. Fur. 609. Thyeſt. 830. k Herc. Fu. verſ. 320.
l Iunoni. m Nullo labore domiti. n Herc. Fu. v. 213.
o Nullus Euryſtheus. Herc. Fu. v. 35. & inf. v. 1795. p Magis me ad ardua incitans à Iuno. q Sed quid prodeſt genus

Gazas ſocer, non arua, non vrbes dedit;
Dotale bellum eſt, hoſtium es factus gener;
Patria remotus, hoſpes alieni laris,
Externa conſecutus, expulſus tuis,
Sine crimine exul. ne quid è [d] *fatis tibi*
Deeſſet paternis, [e] *hoc quoque exilis habes;*
Erraſſe thalamis, nate, [f] *poſt multos mihi*
Remiſſe ſoles; nate, ſollicitæ metus
Et ſpes parentis; cuius aſpectum Deos
Semper rogaui; cùm tuus reditus mihi
[g] *Tantum eſſet erepturus aduentu tuo,*
Quantum daturus; quando pro te deſinā,
Dixi, timere? dixit irridens Deus,
Ipſum timebis. nempe, niſi bellum foret,
Ego te carerem: nempe, ſi tu non fores,
Bello carerem. triſte conſpectus datur
Precium tui, durúmque: ſed matri placet.
Hinc modò recedant arma, dum nullum nefas
Mars ſæuus audet. hoc quoque eſt magnum nefas,
Tam propè fuiſſe ſtupeo, & exſāguis tremo,
Cùm ſtare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris ſub ictu. membra quaſſantur metu.
Quàm penè mater maius adſpexi nefas,
Quàm quòd miſer videre non potuit pater!
Licèt timore facinoris tanti vacem,
Videámque iam nil tale, ſum infelix tamē,
Quod penè vidi. per [a] *decem* [b] *menſium grauès*

quinque, pro numero partus naturali, vel in honorē V. deorum, Iouis adulti, Iunonis adultæ, Veneris, Suadelæ, Lucinæ præferebantur à pueris patrimis apud Romanos, à ſponſæ matre apud Græcos) vrendas implicuit, ſponſamque matronalibus vittis redimībat.

d Exulare vtrumque ſine culpa: oraculo vxorem accipere.

e Vt Oedipus matris errauit thalamis, quos inſecuta eſt peſtis, ita tu hoſtilis vxoris, quos comitatur bellū dotale.

f Poſt multos mihi reddite dies.

g Fratre in exilium alternum receſſuro. a Quibus te in vtero geſtaui. etſi autem de partus tempore variant, alij menſes numerando *Solares*, alij *Lunares*, & hos quidem vel Peragrationis, vel Conſecutionis, verſic. 838. Thyeſt vel denique Apparitionis: Commodiùs tamen ad menſes ſolares X XI X.

Vteri labores, pérque pietate inclytas
Precor ſorores, & per irati ſibi
Genas parentis; ſcelere quas nullo nocens,
Erroris à ſe dira ſupplicia exigens,
Hauſit; nefandas mœnibus patriis faces
Auerte: ſigna bellici retro agminis
Flecte. vt recedas, magna pars ſceleris tamē
Veſtri peracta eſt. vidit hoſtili grege
Campos repleri patria, fulgentes procul
Armis cateruas: vidit equitatu leui
Cadmea frangi prata, & [c] excelſos rotis
Volitare proceres; [d] igne flagrantes trabes
Fumare, [e] cineri quæ petūt noſtras domos;
Fratréſque (facinus quod nouum [f] & The-
In ſe ruentes. totus hoc exercitus, bis fuit)
Et populus omnis, & vtraq; hoc vidit ſoror,
Genitrixque vidit: nam pater [g] debet ſibi,
Quod iſta non ſpectauit. [h] occurrat tibi
Nunc Oedipus: quo iudice, erroris quoque
Pœnæ petuntur. ne, precor, ferro erue
Patriā, ac penates; néue, quas regere expetis,
Euerte Thebas. quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis. vt fiat tua,
Vis eſſe [i] nullam? quin tuæ cauſæ nocet
Ipſum hoc, quòd armis vertis infeſtis ſolū,
Segetéſq; [k] aduſtas ſternis, & totos fugam
Edis per agros, nemo ſic vaſtat ſua.
Quæ corripi igne, quæ meti gladio iubes,
Aliena credis. rex ſit è vobis vter,
Manente regno, quærite. hæc telis petes,
Flammiſq; tecta? poteris has [l] Amphionis

dierum referunt pariendi tempus, cuius communiſſimus, menſis nonus: proximus, menſis decimus aut ſeptimus. de ſexti mēſis vitalitate diſputant medicorū filij: an menſis vndecimi partus ſit legitimus, quærunt I.Cti.

b Legitur & *menſum*, ne Amphimacer verſum grauet.

c Sublimes in curribus, è quibus pugnare mos veteribus erat.

d Faces incendia Thebis minantes.

e Ad cinerem.

f *Emphaticè* & Thebis, quib. nullum ferè ſcelus nouum eſt.

g Pro beneficio habet erutos à ſe oculos ne hæc videat.

h Si pater etiam ignorantiæ pœnas exegerit, tu vide ne ſciens volenſquè in ſcelus irruas.

i Nullius itaque erit.

k Aduris & ſternis, alij leg. *adultas*.

l *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere ſono*

teſtudinis Vide Herc. Fu 260. & 914.

Quaſſare moles? nulla quas ſtruxit manus,
Stridente tardum machina ducens onus;
Sed conuocatus vocis & citharæ ſono
Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis.
Hæc ſaxa franges victor? hinc ſpolia auferes,
Vinctóſque duces m *patris æquales tui?*

m Coæuos patris, id eſt, ſenes.

Matres ab ipſo coniugum raptas ſinu
Sæuus catenâ miles impoſitâ trahet?
Vt adulta virgo miſta captiuo gregi
Thebana nuribus munus Argolicis eat?
An & ipſa palmas vincta poſt tergum datus
Mater triumphi præda n *fraterni vehar?*

n De fratre acti.

Potéſne ciues lætus exitio datos
Videre paſſim? mœnibus caris potes
Hoſtem admouere? ſanguine & flammâ potes
Implere Theba? tam ferũ & durum geris
Sæuúmque in iras pectus, & nondum imperas?
o *Quid ſceptra facient? pone veſanos, precor,*

o Quid, quæſo, facies, ſi quando Rex fueris?

Animi tumores, téque pietati refer
Pol. *Vt profugus errem ſemper? vt patriâ arcear,*
Opémque gentis hoſpes externæ ſequar?
Quid paterer aliud, a *ſi fefelliſſem fidem,*
Si peieraſſem? fraudis alienæ dabo
Pœnas; at ille præmium ſcelerum feret?
Iubes abire: matris imperio obſequor.
Da, quò reuertar. regiâ frater meâ
Habitet ſuperbus, parua me abſcõdat caſa?
Hanc da repulſo. liceat exiguo lare
Penſare regnum. b *coniugi donum datus*

a Quod fecit Eteocles.

b In coniugis opulentæ domum receptus pro vxore heram habeam, imò habeat, & inſeruiam ſocero.

Arbitria

Arbitria thalami dura felicis feram,
Humiliſque ſocerum lixa dominantem
ſequar?
c In ſeruitutem cadere de regno, graue eſt.
Ioc. *Si regna quæris, nec poteſt ſceptro manus*
Vacare ſæuo; multa, quæ poſſunt peti
In orbe toto, quælibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho d *Tmolus attollit iuga,*
Quà lata terris ſpacia frugiferis iacent,
Et quà trahens opulenta e *Pactolus vada*
Inundat auro rura: nec lætis minus
f *Mæandros aruis flectit errantes aquas,*
Rapidúſq; campos fertiles g *Hebrus ſecat.*
Hinc grata Cereri h *Gargara, & diues*
ſolum,
Quod i *Xanthus ambit niuibus Idæis tumens:*
Hinc, qua k *relinquit nomen Ionij maris,*
Fauces Abydi Seſtos oppoſita premit:
l *Aut, qua latus iam propior Orienti dedit,*
Tutámque crebris portubus Lyciam videt:
Hæc regna ferro quære, in hos populos ferat
Socer arma fortis: has paret ſceptro tuo
Tradátque gentes. hoc adhuc regnum puta
Tenere patrem. melius exilium eſt tibi,
Quàm reditus m *iſte. crimine alieno exulas;*
Tuo redibis. meliùs vſus viribus,
Noua regna nullo ſcelere maculata appetes.
Quin ipſe frater, arma comitatus tua,
Tibi militabit. vade, & id bellum gere,
In quo pater matérque pugnanti tibi
Fauere poſſint. regna cum ſcelere, omnibus
Sunt exiliis grauiora. nunc belli mala

c Thyeſt. verſ. 923.

d Mons Lydiæ à Baccho ſuperatus, vitiũ & croci ferax.

e Lydiæ fluuius aureas arenas.

f Herc. Fur. verſ. 683.

g Fluuius Thraciæ.

h Montis Idæ cacumina frumento fertilia.

i Scamander flu. Troianus.

k Et Helleſpontus dici cœpit. in cuius faucibus Abydus à latere Aſiatico oppoſita eſt Seſto à latere Europæo.

l Aut qua orienti vicinior fluit Xanthus.

m Per vim & nefas.

Propone; dubias Martis incerti vices.
n *Licèt omne tecum Græciæ robur trahas,*
Licèt arma longè miles ac latè explicet,
Fortuna belli ſẽper ancipiti in loco eſt,
Quodcunq; Mars decernit. exæquat duos,
Licèt impares ſint, gladius: & ſpes & metus
Sors cæca verſat. præmium incertum petis,
Certum ſcelus. * *Fauiſſe fac votis Deos*
Omnes tuis: ceſſere, & auerſi fugam
Petiere. ciues clade funeſta iacent.
Obtexit agros miles. Exultes licèt,
Victórque fratris ſpolia deiecti geras;
o *Frangenda palma eſt. Quale tu id bellum putas,*
In quo execrandum victor admittit nefas,
Si gaudet? hunc, quẽ vincere infelix cupis,
Cùm viceris, lugebis. infauſtas, age,
Dimitte pugnas, libera patriam metu,
Luctu parentes. Po. *Sceleris & fraudis ſuæ*
Pœnas nefandus frater vt nullas ferat?
Ioc. *Ne metue: pœnas, & quidem ſoluet graues.*
Regnabit. Po. *Hacne eſt pœna?* Ioc. *Si dubitas,* b *auo,*
b *Patrique crede.* c *Cadmus hoc dicet tibi,*
Cadmiq; proles. d *ſceptra Thebarum fuit*
Impunè nulli gerere; nec quiſquam e *fide*
Ruptâ tenebit illa. iam numeres, licèt,
Fratrem inter iſtos. Po. *Numero:* f *& eſt tanti mihi*

n Exercitu & copiis licèt ſis numeroſior & inſtructior, imò melior, non tamen numero, non virtuti militum ſemper reſpõdet fortuna, ſed anceps belli alea, & *κοινὸς ἄρης* imperes æquat, & potentioris ſpem impotentioris ſæpe metui ſubiicit.

o Non tamen ſincera erit tibi & integra victoria, quia non honeſta.

a Legũtur hæc & abſque interpoſitione perſonæ ſic Ioc. *ne metue; pœnas & quidẽ ſoluet graues: Regnabit, hæc eſt pœna. ſi dubitas, &c.*

b Laio & Oedipo, quorum ille interfect[us], hic omni ærumnarũ genere accumulatus. c Regno pulſus, & in ſerpentem mutatus. Hercul. Fur. verſ. 392. d Ibid. verſ. 385. e Quod fecit Eteocles.

f Et ego tanti regnum æſtimo, vt vel cum his regibus rex mori velim.

Cum regibus iacere. Io. g *Te turba exulũ*
Adſcribo. regna, dummodo inuiſus tuis.
Po. h *Regnare non vult, eſſe qui inuiſus timet.*
Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium, atque regnum. regis, & magni, reor
Odia iſta premere. multa dominantem vetat
Amor ſuorum. *plus in iratos licet.*
i Qui vult amari, lãguidâ regnet manu.
Inuiſa nunquam imperia retinẽtur diu.
Io. k *Præcepta meliùs imperij reges dabunt;*
Exilia tu diſpone. Po. *Pro regno velim*
Patriam, penates, coniugem flammis dare.
Imperia precio quolibet conſtant bene.

g Si hæc tua ſit politice, melior eris exul, quàm Rex.

h Herc. Fur. verſ. 352. Oed. 703.

i Precariò regnat, & ſubditorum arbitratu, qui amari vult. *Et hi duo verſus in nonnullis libris Iocaſtæ tribuũtur.*

k Quæcunq;, inquit, à te dicta ſunt, præcepta ſunt regni: ſed regum eſt, non tuum, iſta edicere. Reges ergo meliùs præcepta regnandi dabunt, quàm tu, qui exul es. Ipſi viderint quomodo diſponãt regna ſua: tu (vt modò verſ. 652.) quomodo in exſilio degas. Tam tibi præcepta exſilij quàm illis imperij opus ſunt.

* * * * *

FINIS

Deeſt, & magna pars huius Tragœdiæ intercidit.

HERCVLES OETÆVS.

DRAMATIS PERSONÆ.

HERCVLES. DEIANIRA.
HYLLVS. IOLE.
ALCMENA. PHILOCTETES.
CHORVS ÆTOLARVM Mulierum. CHORVS OECHALIARVM Virginum.
NVTRIX. LICHAS muta perſona.

IOLE & CHORVS OECHALIDVM ſunt προτατικὰ πρόσωπα.

ARGVMENTVM.

Deianira indignè ferens ſibi prælatam Iolen Euryti regis Oechaliæ filiam, Herculi tunicam mittit imbutam ſanguine Centauri Neſſi ſagittâ Herculis Hydræ felle tinctâ vulnerati; efficaciſſimum credens philtrum, præſentiſſimúmque amoris remedium, quod illam monuerat moriens Neſſus. Quam ſimul ac induiſſet in Cenæo Eubœæ promontorio ſacrificaturus Hercules, ignem concipit virus, veſtiſque corpori adhærentis æſtus carnem, & oſſa interiora abſumit. Neſſi fraude intellectâ ſibi mortem conſciſcit Deianira. Hercules, interfecto Lychâ, qui munus lethale attulerat, mandat Philoctetæ (cui

moriens arcum & ſagittas tradit) extrui ſibi in monte Oeta pyram, in qua ſe cum clauâ ac leonis pelle cremat. Alcmenæ denique matri apparet, ipſámque conſolatur iam in cœlitum numerum aſcriptus.

ACTVS PRIMVS.

HERCVLES.

Scena hæc prima cum choro ſeq. in Eubœâ ſtatuitur, vbi *Hercules in Cenæo promontorio ſacrificaturus, vota de cœlo, quod rebus geſtis (quas enumerat) meruiſſe ſe gloriatur, concipit.* reliquæ Tragœdiæ ſcena eſt Trachine.

SAtor Deorum, cuius excuſſam manu
a Vtræque Phœbi ſentiunt fulmen domus,
Secure regna: protuli pacem tibi,
Quacunque Nereus porrigi terras vetat.
Non eſt tonandum. perfidi reges iacent,
Sæui tyranni. fregimus, quidquid fuit
Tibi fulminandum. ſed mihi cœlum, parēs,
Adhuc negatur? b parui certè Ioue
Vbique dignus, c teque teſtata eſt meum
Patrem nouerca. quid tamen nectis moras?
d Numquid timemur? e numquid impoſitum ſibi
Non poterit Atlas ferre cum cœlo Herculē?
Quid aſtra, genitor, quid negas? a mors me tibi
Certè remiſit. omne b conceſſit malum,
c Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.
Nullus per vrbes errat Arcadicas d leo:

a Oriēs & Occidens. Vel, vtrumque hemiſphærium.
b Apparui.
c Quin ipſa Iuno teſtatur me approbaſſe te patrem. vide Herc. Fur. verſ. 36. quo reſpicit. vt &-- d- ad verſ. 64. Herc. Fu.
e Numquid ego in cœlum relatus nimio pondere prægrauans vrgebo Atlāta cœlum humeris ſuſtinentem?

a Non me detinuit infernus, ſed remiſit vt ad te venirem. b Abiit, ceſſit. Al. legunt *omne cùm ceſſit malum.* c Herc. Fu. verſ. 30.
d Herc. Fur. verſ. 223.

e Stymphalis icta eſt: f Mænali nulla eſt fera.
Sparſit peremptus aureũ g ſerpens nemus.
Et h Hydra vires poſuit. & notos Hebro
Cruore pingues hoſpitum fudi i greges:
k Hoſtiſque traxi ſpolia k Thermodontiæ,
Vidi l regentem fata: nec tantùm redij,
Sed m trepidus atrum Cerberũ vidit dies,
Et ille ſolem. nullus n Antæus Libys
Animam reſumit. o cecidit ante aras ſuas
Buſiris p vnà Geryon ſparſus manu.
q Taurúſq; populis horridus r centũ pauor.
Quodcunque tellus genuit infeſtũ, accidit,
Meáque fuſum eſt dexterâ. ſ iratis deis,
Non licuit eſſe. t ſi negat mundus feras,
Animũ nouercæ, redde nunc gnato patrem,
Vel aſtra forti. nec peto vt monſtres iter.
Permitte tantùm, genitor; inueniam viam.
Vel ſi times, ne terra concipiat feras;
u Properet malum quodcunque, dum terra Herculem
Habet, videtq;. nam x quis inuadet mala?
Aut quis per vrbes rurſus Argolicas erit
Iunonis odio dignus? y in tutum meas

e Herc. Fur. verſ. 243.
f Cerua Herc. Fu. verſ. 221.
g Draco vigil cuſtos hortorum Heſperidum. Hercul. Fur. verſ. 238.
h Herc. Fur. verſ. 240.
i Thracios equos Diomedis. Herc. Fu. verſ. 225.
k Amazonis Hippolytes. Herc. Fu. 245. & 542.
l Plutona, mortis dominum. Hercul. Fu. verſ. 720.
m Herc. Fur. 595. & 810.
n Neptuni ex terrâ fil. gigas, Tingitaniæ rex hoſpites ſecũ palæſtrâ certare prouocans cogéſque occidit, quem Hercules cùm animaduertiſſet laſſum tactu terræ recreari, pectori aſtrictum expirare coëgit. o Herc. Fur verſ 484. p Mei vnius, cùm ipſe tricorpor eſſet. q Herc. Fur. 229. & Agam. 827.
r Cretæ; vnde, vel Peloponneſi, quo tranatauit, vtraque enim ἑκατόμπολις, vid. Agam. 827. ſ Monſtra quippe deorum ira terris immiſſa ſuſtuli. t Si terra non alia ſuſtineat perferre monſtra, nec tamen Iuno irâ deſiſtat, placarique velit: quid obſtat quo minùs reddat cœlo, iure paternæ hæreditatis, Iouis filius; vel in virtutis præmium, monſtrorum domitor?
u Properet edere. x Quis niſi Hercules τὰ φοβερὰ occupabit? quis ſe vltrò periculis offeret? al. inuideat. minùs rectè.
y Non perituras laudes.

Laudes recepi, nulla me tellus ſilet.
Me ſenſit Vrſæ frigidum [z] *Scythicæ genus,*
Indúſq; [a] *Phœbo ſubditus,* [b] *Cancro Libys.*
Te, clare Titan, teſtor, occurri tibi
[c] *Quacunq; fulges,* [d] *nec meos lux proſequi*
Potuit triumphos. Solis exceſſi [e] *vices.*
[f] *Infráque noſtras ſubſtitit metas dies.*
Natura ceſſit. terra [g] *defecit gradum.*
Laxata per me [h] *nox, &* [i] *extremum Chaos*
In me cucurrit. inde ad hunc orbem redij,
Vnde retro nemo. tulimus Oceani minas,
[k] *Nec vlla valuit quatere tempeſtas ratem,*
Quacunque preſſi. pars quota eſt, quam proſequor?
Iam vacuus æther non poteſt odio [l] *tuæ*
Sufficere [l] *nuptæ; quáſque deuincam, feras*
Tellus timet concipere, nec monſtra inuenit,
Feræ negantur. Hercules [m] *monſtri loco*
Iam cœpit eſſe. quanta nunc fregi mala,
Quot ſcelera nudus? quidquid immane obſtitit,
Solæ manus ſtrauere. nec iuuenis feras
Timui, nec [n] *infans, quidquid eſt iuſſum, leue eſt.*
Nec vlla nobis ſegnis illuxit dies.
O quanta fudi monſtra, quæ [o] *nullus mihi*
Rex imperauit! inſtitit virtus mihi
[p] *Iunone peior.* [q] *ſed quid impauidū genus*

z Reponit Ioſ. Scalig. *Scythiæ*, vt ſenſus & ordo ſit *frigidum genus Scythiæ ſubditum Vrſæ.* Heinſius legit *Scythicæ gelu.*
a Orienti ſoli.
b Cancri tropico ſubditur Afer.
c In Oriente ſeu occidente.
d Neque lux tua proſequi potuit me ad Tartara penetrantem.
e Cúrſus, limites per vices obeundos.
f Iáne de ſuis columnis hoc gloriabundus, an de ad inferos deſcenſu?
g Non ſuppeditauit mihi vbi ſiſterem. alij malūt *gradu*, alij *deſeruit gradum*, id eſt, dehiſcens deſcenſum reditúmque mihi præbuit.

h Tenebrarum regio, Tartarus. i Mihi obiectum eſt Chaos. Herc. Fur. 609. Thyeſt. 830. k Herc. Fu. verſ. 320.
l Iunoni. m Nullo labore domiti. n Herc. Fu. v. 213.
o Nullus Euryſtheus. Herc. Fu. v. 35. & inf. v. 1795. p Magis me ad ardua incitans à Iuuo. q Sed quid prodeſt genus

Feciſſe prodeſt? non habent pacem dei.
Purgata tellus omnis, in cœlo videt
Quodcunque timuit. tranſtulit Iuno feras.
Ambit peremptus [x] *Cancer* [c] *ardentem plagam,*
Libyæque ſidus fertur, & meſſes [d] *alit.*
[a] *Annum* [a] *fugata tradit* [b] *Aſtrææ leo,*
At [c] *ille iactans feruidam cœlo iubam*
Auſtrum madentem ſiccat, & nimbos trahit.
Inuaſit omnis ecce iam cœlum fera,
Méque anteceſſit. victor è terris meos
Specto labores. aſtra portentis priùs
Feriſque Iuno tribuit, vt cœlum mihi
Faciat timendum. ſparſerit mundum licèt,
Cœlúmque terris peius, ac peius Styge
Irata faciat; dabitur Alcidæ locus.
Si poſt feras, poſt bella, poſt Stygium canem
Nondum aſtra merui, [d] *Siculus Heſperium latus*
Tangat [e] *Pelorus; vna iam tellus erit:*
Illinc fugabo maria, ſi iungi iubes;
[f] *Committat vndas Iſthmus, & iuncto ſalo*
Nouâ ferantur Attica puppes viâ,
Mutetur orbis. [g] *vallibus currat nouis*
[h] *Iſter, nouáſque* [i] *Tanais accipiat vias,*
Da, da tuendos, Iupiter, ſaltem deos.
Illa licebit fulmen à parte auferas,
Ego quam tuebor: ſiue glacialem polum,
Seu me tueri feruidam partem iubes,
Hac eſſe ſuperos parte [k] *ſecuros puta.*

humanũ metu monſtrorũ liberaſſe, cùm illa in cœlum tranſtulerit?
x Thyeſt 852
c Zonam torridam.
d Calore maturat.
a Sol Leone egreſſus intrat Virginem.
b Thyeſt. 855.
c *Horrentéſque iubas, & fuluum cerne leonem, Hunc vbi contigerit Phœbi violentior axis, Accẽſa in Cancro iam tum geminabitur æſtus, Tũc lymphæ tenues, tunc eſt triſtiſſima tellus.*
d Siciliam Italiæ contiguam reddam: vti olim fuit priuſquàm *vi pontus & undis Heſperium Siculo latus abſcidit.*
e Vnum è tribus Siciliæ promontoriis, quod Italiam ſpectat.

f Iſthmo Corinthio perfoſſo, Ægæum Ionio miſcebo mare.
g Alueis. h Thyeſt. verſ. 373. i Scythiæ fl.
k A feris quas Iuno in cœlum tranſtulit.

l *Cyrrhæa* m *Pæan templa, & ætheream domum*
Serpente cæſo meruit. at quoties iacet
Python in n *Hydra? Bacch⁹ & Perſeus deis*
Iam ſe intulere. ſed quota eſt mundi plaga
o *Oriens ſubactus? aut quota eſt* p *Gorgon fera?*
Quis aſtra gnatus laudibus meruit ſuis
Ex te & nouerca? a *quem tuli, mundum peto.*
Sed tu, comes laboris Herculei Licha,
Præfer b *triumphos, Euryti victos lares,*
Stratúmq; regnum: vos pecus rapite ocyus,
Qua c *templa tollens ara* d *Cenæi Iouis*
e *Auſtro timendũ ſpectat Euboicum mare.*

l Cultum oraculúmq; Delphicum (Oed. 269) & cœlum meruit Apollo, interfecto vno Pythone.
m Apollo παίαν aut παύοντας ἀνίας. Vel acclamatione Latonæ, ἰὴ παῖ, cæſo Pythone.
n Numeroſo malo, & binis ſingulo amputatore pullulante capitibus.
o A Baccho ſubactus Oed. 114. & 424.
p Meduſa à Perſæo deuicta. Med. verſ. 829.
a Herc. Fu. 68.
b Inſignia victoriæ & imagines.
c Cùm abſurdè dicatur *ara templum tollere*, Ioſ. Scaliger. legendum coniicit *acra Cen.* i. acron Cenæon. Nec vana eſt Cl Rutgerſij coniectura, *Acta Cenæi Iouis*, validè ſc. fulta autoritate geminâ, Sophoclis in Trachiniis, & Æſchyli, citante Strabone l. 10. Sed vide ipſum Rutg. l. 2. c. 6. Var. lect.
d Cui templum & cultus in Cenæo Eubœæ promontorio.
e Auſtro flante, alij leg. *Aſtro*, exponúntque *Arturo* qui Euboico mari dominatur. Æneid. 11. *Scit triſte Mineruæ Sidus & Euboicæ cautes.*

CHORVS OECHALIDVM Virginum, Iole.

Iole Chorō Oechalidum mista patriæ excidium, ſuorum internecionem, ſuam denique ſeruitutem plangit.

PAr ille eſt ſuperis, f cui pariter dies.
Et fortuna fuit. g *mortis habet vices,*
Lentè cùm trahitur vita gementibus.

f Cuius vita ſimul cum fortunæ felicis exitu deſinit.
g Vita in miſeriis acta, mors eſt.

Quiſquis h *ſub pedibus fata rapacia,*
Et puppem poſuit liminis vltimi,
Non captiua dabit brachia vinculis,
i *Nec pompa veniet nobile ferculum.*
k Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.
Illum ſi medio decipiat l *ratis*
Ponto, cùm Borean expulit Africus,
Aut Eurus Zephyrũ, cùm m *mare diuidũt,*
Non puppis laceræ fragmina colligit,
Vt l.ttus medio ſperet in æquore.
Vitam qui poterit reddere protinus,
Solus naufragium non poterit pati.
n *Nos turpis macies & lacryma tenent,*
Et crinis patrio puluere ſordidus.
Nos non flamma rapax, non fragor obruit.
Felices ſequeris, Mors, miſeros fugis.
a *Stamus, nec patria mœnibus heu locus,*
At ſiluis dabitur; lapſaque ſordida
Fient templa caſa. iam b *gelidus Dolops*
Hac ducet pecudes, qua tepet obrutus,
Strata qui ſuper eſt Oechalia, cinis.
Illo Theſſalicus paſtor in oppido
Indoctâ referens carmina fiſtulâ,
Cantu noſtra canet tempora flebili.
Et dum pauca Deus ſecula contrahit,
Quæretur, patria quis fuerit locus.
Felix incolui non ſteriles locos,
Nec ieiuna ſoli iugera Theſſali.
Ad c *Trachyna vocor, ſaxa rigentia.*

h *Subiecit pedibus.* contempſit mortem & Charontis cymbam.
i Neq; vt ſpectaculũ exornabit victoris hoſtis triumphum.
k Vide Chor tertium *Agam.* verſ. 581.
l Fracta, hians, fatiſcens.
m Maris dominum inter ſe venti victores partiuntur.
n Quæ turpẽ vitam per ſeruitutem prætulimus morti honeſtæ.
a Legendum: *Stamus nũc patria mœnibus, hic locus. At ſiluis dabitur, &c.* Sciẽdũm que, quod ſupra monui, & quod confirmat, verſ 36. inf. hunc chorum cum Scena præcedente (è quà plerunque elicitur pendẽtque chorus ſubſequens) in Eubœâ ſtatui. Patria (inquit) in qua nũc ſumus, mox in ſyluas abibit, templa in caſas. b Namque ad Pindum in Phthiâ extremâ habitant Dolopes pop. Theſſal. c Vrbem Theſſaliæ ab Hercule in aſpero & ſaxoſo ſolo conditam Troad. verſ. 816.

Et dumeta iugis horrida torridis,
Vix gratum d *pecori montiuago nemus.*
e *At ſi quas melior ſors famulas vocat,*
Illas aut volucer f *transferet Inachus;*
Aut g *Dircea colent mœnia, quà fluit*
Iſmenus tenui flumine languidus.
Hic h *mater tumidi nupſerat Herculis.*
i *Quæ cautes Scythiæ. quis genuit lapis?*
Num k *Titana ferum te Rhodope tulit,*
Te præruptus l *Athos, te fera Caſpia,*
Quræ m *virgata tibi præbuit vbera?*
n *Falſa eſt de geminis fabula noctibus,*
Æther cùm tenuit ſidera longiùs,
Commiſitque vices Lucifer Heſpero,
o *Et ſoles vetuit Delia tardior.*
Nullis vulneribus p *peruia* q *monſtra ſunt.*
Ferrum ſenſit hebes; lentior eſt chalybs,
In nudo gladius corpore frangitur,
Et ſaxum reſilit, fatáque negligit,
Et mortem indomito corpore prouocat.
Non illum poterant figere cuſpides,
Non arcus a *Scythica tenſus arundine,*
Non quæ tela gerit b *Sarmata frigidus;*
Aut qui c *ſolifera ſuppoſitus plaga*
Vicino d *Nabathæ vulnera dirigit*
Parthus e *Cnoſſiacis certior ictibus,*
Muros Oechaliæ f *corpore propulit.*

d Capris, aut etiam capreis. e Quod ſi quę noſtrum melioris ſoli dominum ſortitæ fuerint f Ad vrbes Inachias, id eſt, Argos Mycenáſve, transferet. g Thebs Bœotiæ. à Dirce fonte. Theb. verſ. 126. h Alcmena nupta Amphitryoni. i Γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Il. π. *duru genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.* k Aliquiſve de Titanum genere, & in rupe quapiam ſeu monte genitus; Rhodope ſcilicet, aut Atho? l Med. verſ. 719. m Maculis diſperſa. n Neque enim verum eſt Iouem geminæ noctis operâ te genuiſſe. Hercul. Fur. verſ. 24. Agam. 809. o Luna tardiùs progreſſa non ceſſit duci. p Penetralia q *Membra* legunt alij. a Herc. Fu. 1126. b Herc Fur 538. c Orientali ſeu Auſtrali. d Incolæ Arabiæ Petrææ. verum diſplicet tum ἀκυρολογία, tum locutio parum Latina. e Cretenſibus. Hercul. Fur. verſic. 18. qui ſagittandi peritiſſimi Hippol. 812 f Inci

Nil obſtare valet: vincere quod parat,
Iam victu eſt. quota pars vulnere concidit?
g *Pro fato potuit vultus iniquior,*
Et vidiſſe ſat eſt Herculeas minas.
h *Qui vaſtus Briareus, qui tumidus* k *Gyges*
Supra Theſſalicos conſtitit aggeres,
Vt cœlo insereret l *vipereas manus,*
Hoc vultu riguit. commoda cladibus
Magnis magna patent. nil ſupereſt mali.
Iratum miſera vidimus Herculem.
Iol. *At ego infelix, non templa ſuis*
Collapſa deis, ſparſóſve focos,
Natis miſtos arſiſſe patres,
Hominique deos, templa ſepulchris;
Nullum querimur commune malum.
Aliò noſtras fortuna vocat
Lacrymas. alias flere ruinas
Mea fata iubent. Quæ prima querar?
Quæ ſumma gemam? a *pariter cuncta*
Deflere iuuat. nec plura dedit
Pectora tellus, vt digna ſonent
Verbera planctu. b *me vel Sipyli*
Flebile ſaxum figite, ſuperi,
Vel in c *Erydani ponite ripis.*
Vbi mœſta ſonat Phaëtontiadum
Turba ſororum. me vel Siculis
Addite ſaxis, vbi d *fata gemit*

mis, abſque machina

g Ea vis & virtus Herculis, vt vultus eius iratior, ſit pro fato: & vidiſſe eius minas ſufficiat in mortem. Oculi & verba eius, telum.

h Quid ipſi Briareus & Gyges, qui diis bellum intulerunt, non mirum eſt ſi victi riguerint hoc vultu Herculis irati.

i Ἐχθρόχειρος Αἰγαον

k Gigas Briarei frater, terræ fil.

l Montes, Pelion, Oſſam, Olympum accumulatos. Herc. Fu verſ. 970. Troad. 827.

m Serpētinos pedes habere dicebantur gigantes illi. vnde Anguipedes.

a Subolet Heinſio hoc in loco defectus, quem ſupplet hunc in modum: *pariter cuncta Deflere iuuat: Cur non oculos Plures nobis natura dedit, Nec plura dedit pectora tellus. Vt digna ſonet verbera planctu.* Verùm nil tanti eſt. quorſum n. oculi ad planctum?

b Vt Nioben. Herc. Fu. verſ. 389. Agam. 370. c Padi fl. Italiæ, cuius in ripis ſorores Phaëthontis caſum fratris lugētes in alnos ſeu populos mutatæ ſunt. d Se à Muſis, quibuſcum contendere auſæ ſunt, deplumatas. Vel, quòd Proſerpinam raptam

[e] Theſſala [f] Siren: vel in [g] Edonas
Tollite ſyluas: qualis natum
[h] Daulias ales ſolet Iſmariâ
Flere ſub vmbrâ, formam lacrymas
Aptate meis, reſonétque malis
Aſpera [i] Trachin Cyprias lachrymis
[k] Myrrha tuetur: ruptum [l] coniux
Ceyca gemit. [m] ſibi Tantalis eſt
Facta ſuperſtes. [n] fugit vultus
Philomela ſuos, natúmque ſonat
Flebilis Itym. cur mea nondum
Capiunt volucres brachia plumas?
[o] Felix, felix, cùm ſylua domus
Noſtra feretur, patrióque ſedens
Ales in agro referam querulo
Murmure [*] queſtus: volucrémque Iolen
[p] Turba loquetur. vidi, vidi
Miſeranda mei fata parentis,
Cùm lethifero [a] ſtipite pulſus,
Tota iacuit [b] ſparſus in aulâ.
Prò, [c] ſi tumulum fata dediſſent,
[c] Quoties genitor quærendus eras!
Potuine tuam ſpectare necem,
Nondum teneras [d] veſtite genas,
Nec dum fortis ſanguine [e] Toxeu?
Quid veſtra querar fata, parentes,
Quos [f] in tutum mors æqua tulit?
Mea me lacrymas fortuna rogat:
Iam iam dominæ captiua colos

non inuenerint.
e A patre Acheloo, qui è Theſſalia.
f Med. verſ. 355.
g Thracias ab Edone monte.
h Philomela (vel vt alij Procne) in luſciniã conuerſa. à Daulide opp. Phocidos ſub ditione Terei. Agam. verſ. 665.
i Troad. verſ. 816. & ſupra verſ. 136.
k Cynaræ regis filia à patre inſcio impregnata: cuius, vbi reſciſſet, iram fugiens in Sabæâ, mutata eſt in Myrrham arboré.
l *Agamem.* ve. 674.
m In lapidem quippe obduruit, qui formam Niobes retinet, lacrymaréque videtur. n Mutata ſic in auem. ſupra verſ. 102. o O felix eſſem, ſi vt illa ego auis facta in ſyluis caſus meos quererer. * Al. leg. *Murmure caſus.* p Al. *Fama loquetur.* a Clauâ Herculis. b Contritus & in fruſta conciſus. c Imitatur illud. verſ. 1256. & 1269. Hippolyt.
d Barbate. e Frater Ioles. f Neque enim dolorem ſentitis, quod ego facio.

Fuſoſque legam : prò g ſaue decor;
Formáque mortem paritura mihi!
h *Tibi cuncta domus concidit* h *uni,*
i *Dum me genitor negat Alcidæ,*
Atque Herculeus ſocer eſſe timet.
Sed iam dominæ tecta petantur:
Ch. *Quid regna tui clara parentis,*
Proauóſque tuos reſpicis amens?
k *Fugiat vultus fortuna prior.*
l *Patiens,* m *quiſquis nouit famulum*
Regémque pati, vultúſque ſuos
Variare poteſt. vires n pepulit
Pondúſque mali, caſus animo
Qui tulit æquo.

g Sic & apud Sophocl. que ειπεν ὅτι δ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν
h Meâ ſolius cauſâ.
i Repudiatus enim ab Euryto Hercules filiam eius Iolen vxorem ambiens, Oechaliam expugnauit, regémque cum ſuis interfecit.
k Noli recordari, vel diſſimula fortunam priorem. l Heinſius legit: *Sapiens.*
m Quicunque è regni faſtigio in ſeruitutem deturbatus fortunam mutatam æquo animo ferre poteſt, vultúmque ſcenæ adaptare, multò leuius reddit malum *quod corrigere eſt nefas.*
n Al. *Pertulit.*

ACTVS SECVNDVS.

NVTRIX. DEIANIRA.
LICHAS muta perſona.

Furens zelotypiâ Deianeira conſpectâ Iole vindictam meditatur, veſtemq; venenatam Herculi mittit.

Nut. O *Quàm cruentus fœminas ſtimulat dolor,*
Cum patuit vna pellici & nupta domus!
a *Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta.*
Minus eſt timẽda. nulla non melior fera eſt.
Namque vt reluxit pellicis capta decus,
Et fulſit Iole, *qualis* b *innubis dies,*
Purúmve claris noctibus c *ſidus micat:*

a Thyeſt. v. 577.
b Ἀνέφελος, ſerena, candida.
c Luna, ſeu aliud ſidus.

Stetit furenti ſimilis, ac toruum intuens
Herculea coniux: fœta vt Armenia iacens
Sub rupe tigris, d hoſte conſpecto exilit:
Aut e iuſſa thyrſum quatere, conceptum ferens
f Mænas g Lyæum, dubia quò greſſus agat,
Hæſit parumper: tum per Herculeos lares
h Lymphata rapitur; tota vix ſatis eſt domus.
i Incurrit, errat, ſiſtit. in vultus dolor
Proceſſit omnis: pectori penè intimo
Nihil eſt relictum. fletus inſequitur genas
Nec vnus habitus durat, aut vno furit
Contenta vultu. nunc inardeſcunt genæ:
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes. queritur, implorat, gemit.
k Sonuere poſtes: ecce præcipiti gradu
Secreta mentis ore confuſo exerit.
De. Quamcunque partem ſedis ætheræ premis,
l Coniux Tonantis, mitte in Alcidem ferā,
Quæ a mihi ſatis ſit: ſi qua fœcundū caput
Palude tota vaſtior ſerpens mouet,
Ignara vinci: ſi quid exceſſit feras,
Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules
Auertat oculos; c hoc ſinu immenſo exeat,
Vel ſi fera negātur, d hanc animam, precor,
Conuerte in aliquid; quodlibet poſſum malū

d Venatore, vel ipſa prædâ.
e Enthea, inflata Bacchi numine, & haſtam pampinis inuolutam vibrans.
f Oedip. verſ. 436.
g Oedip. verſ. 471.
h Med. verſ. 386.
i Vide initium actus 3. Medeæ cuius loci affectuum hęc adumbratio.
k Crepuere fores à veteri Græcorum more: apud quos cùm fores aperirentur in viam exituris, digitis oſtium intus pulſantes velle aliquem prodire ſignificabant, vt fortè adſtantes vel prætereuntes cauerent ſibi nę à foribus in vicum deiectis læderentur. l Iuno. a Ad iram meam explendam: tui enim odij feras ſuperauit omnes. b Si quod numeroſius Hydrâ malum, inuictum. Herc. Fu. verſ. 140.
c Hic ſinuoſus immenſis ſpiris ſerpens exeat. *vel* è ſinu terræ, *inquit Heinſius. Vel* ex hoc pectore meo. Sic infra verſ. 167. & 169. d Meam me,

e *Hac mente fieri.* f *commoda effigiem mihi*
Parem dolori. non capit pectus minas.
Quid excutis telluris extrema g *ſinus,*
Orbémque verſas? quid rogas ditem mala?
Omnes in iſto pectore inuenias feras,
Quas timeat. odiis accipe h *hoc telum tuis.*
i *Ego ſum nouerca: perdere Alcidem potes.*
Profer manus quocunq;. quid ceſſas, Dea?
k *Vtere furente. quod iubes fieri nefas,*
Reperi. quid hæres? ipſa iam ceſſes licèt,
l *Hæc ira ſatis eſt.* Nut. *Pectoris ſani parum,*
Alumna, queſtus comprime, & m flammas doma,
Frena dolorẽ. coniugem oſtende n *Herculis.*
De. *Iole meis captiua germanos dabit*
Natis? Iouiſque fiet è famula nurus?
o *Non.* p *flamma curſus pariter & torrens ferent,*
Et q *vrſa pontum ſicco cæruleum bibet.*
Non ibo inulta; r *geſſeris cœlum licèt,*
Totúſque pacem debeat mundus tibi;
ſ *Eſt aliquid Hydrâ* * *potius, irata dolor*
Nuptæ. t *Quis ignis tantus in cœlum furit*
Ardētis Ætnæ? a *quidquid eſt victum tibi,*
Hic vincet animus. b *capta præripiet toros?*
c *Adhuc timebam monſtra. iam nullum eſt malum.*

e Irata, furiata.
f Da huic animæ meæ aptã & parem monſtroſi corporis effigiem, quæ conceptam exæquatur malitiam.
g Al *ſpecus.*
h Hoc pectus meum.
i *Emphaticè,* Ego iam nouerca liberis ex pellice Herculis, furore meo nouercali ſuperabo tuū in pellices & Iouis furta odium.
k Me inſtrumẽto vſa perdere Her. potes.
l Mea hæc.
m Irarum.
n Dignā Hercule herbe.
o Non fiet. Atque hic locus medicā agnoſcit manum I. Rutgerſii, quem adi, l. 2. cap. 6. Var. Lect.

p *Antè cum flammis aquæ, &c. fidem fœdúſque iungent.* Thyeſt. 479. q *Prius perfundet Arctos pontus*, vid. Thyeſt. 476
r Herc. Fu. verſ. 68. & 881. ſ Senties tamen eſſe monſtrum Hydrâ peius. dolorem ſc. coniugis, *quæ viduata tædis Ardet & odit.* Med. 501. * Al. *peius.*
t Neque enim Ætnæ ignes furunt quantum offenſæ vxoris iræ.
a Melius, qui legunt: *Quicquid inuictum eſt tibi.*
b Mihine captiua præripiet tori gaudia? c Hactenus, prius.

Ceſſere

Ceſſere peſtes. in locum venit fera
Inuiſa pellex. ſumme prô rector deûm,
Et clare Titan, Herculis tantùm fui
Coniux [d] timentis. vota quæ ſuperis tuli,
Ceſſere [e] captæ. e pellici felix fui:
e Illi meas audiſtis, ô ſuperi, preces:
[f] Incolumis illi remeat. ô nullâ dolor
Contente pœnâ. quære ſupplicia horrida,
Incogitata, infanda, Iunonem doce,
Quid odia valeant, neſcit iraſci ſatis.
Pro me [g] gerebas bella; propter me vagas
Achelous [h] vndas ſanguine infecit ſuo,
Cùm lenta ſerpens fieret; in taurum trucem
Nunc [h] flecteret ſerpente depoſitâ minas;
Et mille in hoſte vinceres vno feras.
Iam diſplicemus. capta prælata eſt mihi.
Non præferetur. qui dies thalami vltimus
Noſtri eſt futurus, hic erit vitæ tuæ.
[i] Quid hoc? recedit animus, & ponit minas.
Iam ceſſit ira, quid miſer langues dolor?
Perdis furorem? [k] coniugis ſanctæ fidem
Mihi reddis iterũ. quid vetas [l] flãmas ali?
Quid frangis [l] ignes? hunc mihi ſerua impetum.
m Pares eramus, non erit votis opus.
Aderit [n] nouerca, quæ manus noſtras regat,
Nec inuocata. NUT. Quod paras, demens, ſcelus?
Perimes maritum, cuius [a] extremus dies,

d Anxij, dum monſtra domanda aggrederetur, illius verò incolumis aliæ mihi gaudia præripiunt, inf. vers. 295.

e In bonum & vtilitatem Ioles captiuæ.

f Sup. verſ. 292. illi incolumis, mihi nõ ita.

g Cum Acheloo Acarnaniæ fl. qui meam vxorem ambiuit, ſéque viribus Herculi inferiorem perſpiciens in varias ſe mutauit formas, ὅς φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος, infra verſ. 585.

h In quas ſe transformauerat Achelous.

i Coarguit ſe, quòd iram remiſerit. k Quæ ſanctam vxorem deceat.

l Furoris & iræ. m Irâ Herculem æquaui, quæ mihi ſi maneat, non erit opus auxilium diuinum inuocare. aderit tamen à me vocata. — n — Iuno, quæ feret auxilium vel non vocata.

a Occidens & Oriens. Herc. Fu. verſ. 37.

a Primúſque laudes nouit, & b cœlo tenus
Erecta terras fama ſuppoſitas habet?
Rogos in iſtos c terra conſurget parens,
d Domúſque ſoceri prima, & Ætolû genus
Sternetur omne. e ſaxa iamdudû, & faces
In te feruntur vindicem tellus ſuum
Defendet omnis. vna quot pœnas dabis?
Effugere terras crede, & humanum genus
Te poſſe; fulmen genitor Alcidæ gerit.
Iam iam minaces ire per cœlum f faces
Specta, & g tonantẽ fulmine excuſſo diem.
Mortem quoque ipſam, quam putas tutam, time.
Dominatur h illic i patruus Alcidæ tui.
Quocunque perges, miſera, cognatos deos
Illic videbis. De. Maximum fieri ſcelus
Et ipſa fateor, ſed dolor fieri iubet.
Nut. Moriere. De. Moriar Herculis nempe inclyti
Coniux; nec vllus nocte diſcuſſâ dies
Viduam notabit, nec meos pellex thoros
Captiua capiet. antè ab Occaſu dies
Naſcetur Indis: antè glacialem polum
Scytháſve tepidâ Phœbus afficiet rotâ;
Quàm me relictã Theſſala aſpiciat nurus.
Meo m iugales ſanguine extinguã m faces.
Aut pereat, aut me perimat, eliſis feris
Et coniugem addat; inter Herculeos licèt

b Famâ ſuper æthera notus ſub pedibus terras videt.

c Terra parens communis tot monſtris ab illo purgata vindicabit.

d Oenei patris tui dom⁹ ſternetur primo in eius necis vindictam; totáque vnà Ætolia patria tua.

e Seditioſi populi tela. Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. inf. verſ. 871.

f Fulmina.

g E decoro perſonæ, mulieris ſc. fulmine poſterius tonitru facit, quæ tamen ſimul facta viſus motu non indigẽs in inſtanti percipit, auditus verò ſucceſſiuè, quia per motum. h In morte ſeu mortis regione, id eſt, inferis. i Pluto frater Iouis, qui pater Herc.

k Emori ne malo quàm repudiatam viuere ac reiectam, videre captiuam vel pellicem, vel nuptam Herculi. inf. verſ. 338. & 334.

l Facibus victa nuptialibus. m Quæ in Ioles nuptiis præferentur. vide Theb. verſ. 263. & 807.

Me quoq; labores numeret. Alcidæ thoros
Moritura certè corpore amplectar meo.
Ire, ire ad vmbras Herculi iunctam libet;
Sed non inultam. ſi quid è noſtro Hercule
Concepit Iole, manibus euellam meis
Antè, & per ipſas pellicem inuadam faces.
Me nuptiali victimam feriat die
Infeſtus, Iolen dum ſupra exanimē ruam.
a Felix iacet, quicumque quos odit, premit.
Nut. *Quid ipſa flammas paſcis? & vaſtum foues*
Vltro dolorem miſera? quid caſſum times?
Dilexit Iolen; nempe dum ſtarent lares,
Regiſque natam peteret. in famulæ locum
Regina cecidit. perdidit vires amor,
b *Multúmque ab illo traxit infelix ſtatus.*
Illicita amátur: excidit quidquid licet.
De. *Fortuna amorē peior inflāmat magis:*
c *Amat vel ipſum, quòd caret patrio lare,*
Quòd nudus aurò crinis, & gemmâ iacet:
Ipſas miſericors forſan ærumnas amat.
Hoc vſitatum eſt Herculi, captas amat.
Nut. d *Dilecta Priami nempe Dardanij* e *ſoror*
Cōceſſa famulo eſt. adice quot nuptas priùs,
Quot virgines dilexit. errauit vagus.
f *Arcadia nempe virgo, Palladios choros*
Dum nectit Auge, vim ſtupri paſſa excidit,
Nullámq; amoris retinet Herculei notam.

a Vide Agam. 200.

b Amoris illi ardorem diminuit ſedauitq; Ioles ſeruilis conditio, quā, quia facilem & licitam contemnet.

c Vel ob hoc ardentiùs amat, quia miſeriarum illius commiſeratione illi compatitur.

d Inductione probat Nutrix hos amores in captiuas ſtatim euaneſcere.

e Heſionem quidem ceto ereptam, poſtéaque vnà cū Troia captam (Herculique, vt innuit, amatam) conceſſit Hercules comiti ſuo Telamoni τὰ πρῶτα χαλκιστὴν δ' &c. ἀριστεύσαντι τειχῶν, quòd primus murum occupaſſet.

f Quin & Augen Alœi Arcadis filiam Mineruæ ſacerdotem compreſſit, ſed mox neglectam cum partu (Telepho) arca incluſam mari expoſuit.

Referam quid alias ? g *méue Theſpiades vocant ?*
Breuique in illas arſit Alcides face.
Hoſpes [a] *Timoli* [b] *Lydiam fouit* [b] *nurum,*
Et amore captus, ad leues ſedit colos,
c *Vdum feroci ſtamen intorquens manu.*
Nempe [d] *illa ceruix* [e] *ſpolia depoſuit feræ,*
Crinémque mitrâ preſſit,& famulus ſtetit,
Hirtam Sabæâ marcidus myrrhâ comam.
Vbique caluit, ſed [f] *leui caluit face.*
g *Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent.*
Famulámne,& hoſtis præferet gnatam tibi?
De. [h] *Vt alta ſyluas forma vernantes alit,*
Quas nemore nudo primus inueſtit tepor;
At cùm ſolutos expulit Boreas Notos,
Et ſæua totas Bruma decuſſit comas,
i *Deforme ſiliis aſpicis truncis nemus.*
Sic noſtra longum forma percurrens iter,
Deperdit aliquid ſemper, & fulget minùs:
k *Maliſq; minus eſt. quidquid in nobis fuit*
Olim petitum, cecidit, & partu labat;
l *Matérque multum rapuit ex illo mihi.*
m *Ætas citato ſenior eripuit gradu.*
Vides vt altum famula non perdat decus?
n *Ceſſère vultus penitus, & pedor ſedet;*
Tamen per ipſas fulget ærumnas decor,

g Quid dicam filias quinquaginta Theſpij, quas totidem (vel vt alij vna) noctibus compreſſit.

a Tmoli montis Lydiæ.

b Omphalem. Herc. Fu. verſ. 465.

c Saliuâ vel aquâ cui inter nendum digitos immergere ſolent. Al. leg. *vtrumque forti*

d Emphaticè, leonis exuuias geſtare ſolita hęc à Deianeira indignante poſſunt dici.

e Leonis pellem.

f Inconſtanti, breui.

g Siſtere figeréque ſolent in vna amores priùs vagos, quod in te faciet libertiùs quàm in captiuâ; *atque hinc occaſio diſſertationis longæ ſatis, Deianeira ſuæ diffidenti formæ.*

h Al. *Vt alta ſyluas*, id eſt, vt alia ſyluæ forma eſt tepido afflata veris comite, alia vbi hybernus Boreas humidos terramq; ſoluentes Notos expulerit, ſic noſtra longum, &c. i Al. leg. *Deforme ſoliis aſpicis truncum nemus*. vtrumque intellige de ſyluâ foliis nudatâ. k Facieique minus ineſt formæ ita apud Sophoc. ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω, τὴν δὲ φθίνουσαν. l Matris in pariundo officium partus. m Al *Ætáſque tacito ſenior*. n Ceſſit è priore ſtatu vultus. *vel vt alij* cultus, id eſt, *ornatus*, pulchra tamen eſt,

Nihilque ab illa caſus & fatum graue
Niſi regna traxit. hinc meum pectus timor,
o *Altrix, laceſſit, hinc rapit ſomnos pauor,*
Præclara p *totis gentibus coniux eram;*
Thalamóſque noſtros inuido fato nurus
Optabat omnis : b *quo nimis quiſquis deos*
Orabat vllos. c *nuribus Argolicis fui*
Menſura voti. quem Ioui ſocerum parem,
Altrix, habebo? quis ſub hoc d *mundo mihi*
Dabitur maritus? ipſe qui Alcidæ imperat,
Facibus ſuis me iungat Euryſtheus licèt;
Minus eſt. e *toro caruiſſe regnantis leue eſt.*
Altè illa cecidit, quæ viro caret Hercule.
Nu. *Conciliat animos coniugũ partus ferè.*
De. f *Sic ipſe forſan diuidet partus toros*
Nut. g *Famula illa trahitur interim domum tibi.*
De. h *Hic, quẽ per vrbes ire præclarũ vides,*
Et i *viua tergo ſpolia geſtantem feræ,*

o O Nutrix. p Omnium gentium opinione. b Delrius legit. *Quod nimis quiſquis.* Scal. *Quæ nimis quicquam deos Orabat vllos*, id eſt, quæcunque immodica vota diis concipiebat, nihil magis optaba, quam nuptias noſtras, quas ideò appellarat ἐπιφθόνους. Heinſ. legit: *quo minus quiſquis deos Orabat vllos*, id eſt, Quæ maxima à Diis etiam peteret, minus tamen petebat, &c. aduerte autem τὸ, *Quiſquis*, veteribus pro *Quæcunque* vſurpatum in fœminino. Ianus Gruterus aliam quaſi hariolari videtur lectionem, *Omnis, comminus quiſquis deos Orabat vllos*; hoc ſenſu: Si quæ, metu ne audiretur ab aſtantibus, inſinuaret ſe propiùs deorum ſtatuis, & iis veluti ſolis notum eſſe volebat votum ſuum, eam ſcires expetere tacito illo voto coniugium Herculis.

c Optabant ſibi maritum meo parem. d Cœlo. e Vel regis toros Herculis thalamis poſthabeo. alij hab. *toros meruiſſe regnantis leue eſt*, verùm alia lectio elegantiùs conuenit τῷ *caret* quod ſequitur. f Sic (inuertitque nutricis argumentum) Iole vbi pepererit, firmabit ſibi & retinebit Herculem, me in totum reiectâ. g Hoc ſi vſque adeò metuas, pellicem potius vlta tolle quàm maritum, quæ tibi dono data in tua manu eſt.

h Quorſum verò illud, ſi more ſuo nouum exquirat amorem? quo furens, vel furere ſe ſimulans me aliquando tollet, vt quondam Megaram.

i Leonis exuuias.

Qui regna miſeris donat, & celſis rapit,
Vaſtâ grauatus horridam clauâ manum,
Cuius triumphos vltimi k *Seres canunt,*
Et quiſquis alius orbe l *conſepto iacet;*
m *Leuis eſt, nec illum gloriæ ſtimulat decor,*
Errat per orbem, non vt æquetur Ioui,
Nec vt per vrbes n *magnus Argolicas eat.*
Quod amet, requirit: virginum thalamos petit.
Si qua eſt negata, rapitur. in populos furit;
o *Nuptas ruinis quærit* o *& vitium impotens,*
Virtus vocatur. o *cecidit Oechalia inclyta,*
Vnuſque Titan vidit, atque vnus dies
Stantem & cadentem: cauſa bellandi eſt amor.
o *Toties timebit, Herculi gnatam parens*
Quoties negabit. hoſtis eſt, quoties ſocer
Fieri recuſat. ſi gener non eſt, furit.
Poſt hæc quid a *iſta innocens ſeruo manus,*
Donec furentem ſimulet, ac ſana manu
Intendat arcus, b *méque,* c *natúmque opprimat?*
d *Sic coniuges expellit Alcides ſuas:*
Hæc *ſunt repudia!* e *nec poteſt fieri nocens.*
Terris videri ſceleribus cauſam ſuis
Fecit nouercam. quid ſtupes, ſegnis furor?
Scelus f *occupandum eſt: perge, dum feruet manus.*
Nut. *Perimes maritum?* De. g *Pellicis certè meæ.*
Nut. *At Ioue creatum.* De. *Nempe &* h *Alcmena ſatum.*
Nut. *Ferróne?* De. *ferro.* Nut. *Si nequis?* De. *perimam dolo.*

k Thyeſt. ver. 378.
l Oceani vndis incluſo. al. leg. *conſumpto*.
m In amore multiuolus, ἀλλοπρόσαλλος.
n Virtutis gloriâ inſignis.
o Supra verſ. 222.
a Meas.
b Vt quondam Megaram liberóſque ſuos. Hercul. Fur. act. 4.
c Hyllum.
d Cæde.
e Amouétque cæſæ ſuæ coniugis cum liberis ſcelus in Iunonē: quaſi illa immiſiſſet illi furorem. Hercul. Fur. act. 5.
f Vide Agam. v. 191. Thyeſt. verſ. 203.
g Imò pellicis meę maritum.
h Mortali, idque per adulterium.

Nut. *Quis iſte furor eſt?* De. *Quem meus coniux docet.*
Nut. *Quem nec nouerca potuit, hunc perimes virum?*
De. Cœleſtis ira quos premit, miſeros facit;
Humana [k] nullos. Nut. *Parce miſerãda, & time.*
De. Contempſit omnes ille, qui mortem prius.
Libet ire in enſes. Nu. *Maior admiſſo tuus,*
Alumna, dolor eſt. culpa per odium exigit.
[l] *Cur ſæua modicis ſtatuis? vt paſſa es, dole.*
De. *Leue eſſe credis pellicis nuptæ malum?*
Quidquid dolorẽ paſcit, id [m] *nimium puta.*
Nut. *Amórne clari* [n] *fugit Alcidæ* [n] *tibi?*
De. *Non fugit, altrix. remanet, & penitus ſedet*
Fixus medullis, crede: ſed magnus dolor,
Iratus amor eſt. Nu. [o] *Artibus magicis ferò*
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant.
[p] *Vernare iuſſi frigore in medio nemus:*
Miſſumque fulmen ſtare. concuſſi fretum
Ceſſante vento, turbidum explicui mare:
Et ſicca tellus fontibus patuit nouis.
Habuere motum ſaxa. diſcuſſi fores.
Vmbræ ſtetiſtis: & mea iuſſi prece
Manes loquuntur. ſonuit infernus canis.
Mare, terra, cœlũ, & Tartarus ſeruit mihi.
Nox media ſolem vidit, & noctem dies:
[q] *Nihilque leges ad meos cantus tenet.*
Flectamus illum carmina inuenient iter.

[i] Exemplum furoris præbẽ in cæde vxoris ſuæ Megaræ.
[k] Nullos facit, id eſt, tollit vt iam non ſint, atque hoc Iunonis ira mitior meâ, quæ eum perimet.
[l] Cur delictis modicis pœnam tam ſæuã irrogas?
[m] Rectiùs legas *minimum*.
[n] A te, tibi ex-
[o] *Quos non concordia mixti Alligat vlla tori blandæq; potentia formæ, Traxerunt torti magicâ vertigine fili.* Sed hoc ex veterum ſuperſtitione, neque enim cogitur voluntas. ſenſitiuus quidem appetitus quandoque allicitur, philtra ſanè & veneficia amatorio non paucos ad inſaniã impulerunt.
[p] Dæmonomagiæ vires vide Med. verſ. 753.
[q] Nihil tenet naturæ ſuæ leges aduerſus mea carmina.

Fuſoſque legam: prò g *ſæue decor;*
Formáque mortem paritura mihi!
h *Tibi cuncta domus concidit* h *uni,*
i *Dum me genitor negat Alcidæ,*
Atque Herculeus ſocer eſſe timet.
Sed iam domina tecta petantur:
Ch. *Quid regna tui clara parentis;*
P*roauóſque tuos reſpicis amens?*
k *Fugiat vultus fortuna prior.*
l *Patiens,* m *quiſquis nouit famulum*
Regémque pati, vultúſque ſuos
Variare poteſt. vires n pepulit
Pondúſque mali, caſus animo
Qui tulit æquo.

g Sic & apud Sophocl. quę xιειυr ὅτι δ' κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν.
h Meâ ſolius cauſâ.
i Repudiatus enim ab Euryto Hercules filiam eius Iolen vxorem ambiens, Oechaliam expugnauit, regémque cum ſuis interfecit.
k Noli recordari, vel diſſimula fortunam priorem. l Heinſius legit: *Sapiens.*
m Quicunque è regni faſtigio in ſeruitutem deturbatus fortunam mutatam æquo animo ferre poteſt, vultúmque ſcenæ adaptare, multò leuius reddit malum *quod corrigere eſt nefas.*
n Al. *Pertulit.*

ACTVS SECVNDVS.

NVTRIX. DEIANIRA.
LICHAS muta perſona.

Furens zelotypiâ Deianeira conſpectâ Iole vindictam meditatur, veſtemq; venenatam Herculi mittit.

Nut. O *Quàm cruentus fœminas ſtimulat dolor,*
Cum patuit vna pellici & nuptæ domus!
a *Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta.*
Minus eſt timẽda. nulla non melior fera eſt.
Namque vt reluxit pellicis captæ decus,
Et fulſit Iole, *qualis* b *innubis dies,*
Purúmve claris noctibus c *ſidus micat:*

a Thyeſt. v. 577.
b Ἀνίφελος, ſerena, candida.
c Luna, ſeu aliud ſidus.

Stetit furenti ſimilis, ac toruum intuens
Herculea coniux: fœta vt Armenia iacens
Sub rupe tigris, [d] hoſte conſpecto exilit:
Aut [e] iuſſa thyrſum quatere, conceptum ferens
[f] *Mænas* [g] *Lyæum, dubia quò greſſus agat,*
Hæſit parumper: tum per Herculeos lares
[h] *Lymphata rapitur; tota vix ſatis eſt domus.*
[i] *Incurrit, errat, ſiſtit. in vultus dolor*
Proceſſit omnis: pectori penè intimo
Nihil eſt relictum. fletus inſequitur genas
Nec vnus habitus durat, aut vno furit
Contenta vultu. nunc inardeſcunt genæ:
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes. queritur, implorat, gemit.
[k] *Sonuere poſtes: ecce præcipiti gradu*
Secreta mentis ore confuſo exerit.

De. *Quamcunque partem ſedis ætheree premis,*
[l] *Coniux Tonantis, mitte in Alcidem ferã,*
Quæ [a] mihi ſatis ſit: ſi qua fœcundũ caput
Palude tota vaſtior ſerpens mouet,
Ignara vinci: ſi quid exceſſit feras,
Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules
Auertat oculos; [c] hoc ſinu immenſo exeat,
Vel ſi feræ negãtur, [d] hanc animam, precor,
Conuerte in aliquid; quodlibet poſſum malũ

d Venatore, vel ipſa prædâ. e Enthea, inflata Bacchi numine, & haſtam pampinis inuolutam vibrans. f Oedip. verſ. 436. g Oedip. verſ. 471. h Med. verſ. 386. i Vide initium actus 3. Medeæ cuius loci affectuum hęc adumbratio. k Crepuere fores à veteri Græcorum more: apud quos cùm fores aperirentur in viam exituris, digitis oſtium intus pulſantes velle aliquem prodire ſignificabant, vt fortè adſtantes vel prætereuntes cauerent ſibi nę à foribus in vicum deiectis læderentur. l Iuno. a Ad iram meam explendam: tui enim odij feras ſuperauit omnes. b Si quod numeroſius Hydrâ malum, inuictum. Herc. Fu. verſ. 140. c Hic ſinuoſus immenſis ſpiris ſerpens exeat. *vel* è ſinu terræ, *inquit Heinſius. Vel* ex hoc pectore meo. Sic infra verſ. 167. & 169. d Meam me,

e *Hac monte fieri.* f *commoda effigiem mihi*
Parem dolori. non capit pectus minas.
Quid excutis telluris extremæ g *ſinus,*
Orbémque verſas? quid rogas ditem mala?
Omnes in iſto pectore inuenias feras,
Quas timeat. odiis accipe h *hoc telum tuis.*
i *Ego ſum nouerca: perdere Alcidem potes.*
Profer manus quocunq;..quid ceſſas, Dea?
k *Vtere furente. quod iubes fieri nefas,*
Reperi. quid hæres? ipſa iam ceſſes licèt,
l *Hæc ira ſatis eſt.* Nut. *Pectoris ſani parum,*
Alumna, queſtus comprime, & m *flammas doma,*
Frena dolorẽ. coniugem oſtende n *Herculis.*
De. *Iole meis captiua germanos dabit*
Natis? Iouiſque fiet è famula nurus?
o *Non.* p *flamma curſus pariter & torrens ferent,*
Et q *vrſa pontum ſicco cæruleum bibet.*
Non ibo inulta; r *geſſeris cœlum licèt,*
Totúſque pacem debeat mundus tibi;
ſ *Eſt aliquid Hydrâ* * *potius, irata dolor*
Nuptæ. t *Quis ignis tantus in cœlum furit*
Ardẽtis Ætnæ? a *quidquid eſt victum tibi,*
Hic vincet animus. b *capta præripiet toros?*
c *Adhuc timebam monſtra. iam nullum eſt malum.*

e Irata, furiata.
f Da huic animæ meæ aptá & parem monſtroſi corporis effigiem, quæ conceptam exequatur malitiam.
g Al. *ſpecus.*
h Hoc pectus meum.
i *Emphaticè,* Ego iam nouerca liberis ex pellice Herculis, furore meo nouercali ſuperabo tuũ in pellices & Iouis furta odium.
k Me inſtrumẽto vſa perdere Her. potes.
l Mea hæc.
m Irarum.
n Dignã Hercule herbe.
o Non fiet. Atque hic locus medicã agnoſcit manum I. Rutgerſii, quem adi, l. 2. cap. 6. Var. Lect.

p *Antè cum flammis aquæ, &c. fidem fœdúſque iungent.* Thyeſt. 479. q *Priùs perfundet Arctos pontus,* vid. Thyeſt. 476

r Herc. Fu. verſ. 68. & 881. ſ Senties tamen eſſe monſtrum Hydrâ peius. dolorem ſc. coniugis, *quæ viduata tædis Ardet & odit.* Med. 501. * Al. *peius.*

t Neque enim Ætnæ ignes furunt quantum offenſæ vxoris iræ.

a Melius, qui legunt: *Quicquid inuictum eſt tibi.*

b Mihine captiua præripiet tori gaudia? c Hactenus, priùs.

Ceſſere

Ceſſere peſtes. in locum venit fera
Inuiſa pellex. ſumme prô rector deûm,
Et clare Titan, Herculis tantùm fui
Coniux [d] timentis. vota quæ ſuperis tuli,
Ceſſere [e] captæ. [e] pellici felix fui:
e Illi meas audiſtis, ô ſuperi, preces:
[f] Incolumis illi remeat. ô nullâ dolor
Contente pœnâ. quære ſupplicia horrida,
Incogitata, infanda, Iunonem doce,
Quid odia valeant, neſcit iraſci ſatis.
Pro me [g] gerebas bella; propter me vagas
Achelous [h] vndas ſanguine infecit ſuo,
Cùm lenta ſerpens fieret; in taurum trucem
Nunc [h] flecteret ſerpente depoſitâ minas;
Et mille in hoſte vinceres vno feras.
Iam diſplicemus. capta prælata eſt mihi.
Non præferetur. qui dies thalami vltimus
Noſtri eſt futurus, hic erit vitæ tuæ.
[i] Quid hoc? recedit animus, & ponit minas.
Iam ceſſit ira, quid miſer langues dolor?
Perdis furorem? [k] coniugis ſanctæ fidem
Mihi reddis iterũ. quid vetas [l] flãmas ali?
Quid frangis [l] ignes? hunc mihi ſerua impetum.
[m] Pares eramus, non erit votis opus.
Aderit [n] nouerca, quæ manus noſtras regat,
Nec inuocata. NVT. Quod paras, demens, ſcelus?
Perimes maritum, cuius [a] extremus dies,

d Anxij, dum monſtra domanda aggrederetur, illius verò incolumis aliæ mihi gaudia præripiunt, inf. ver. 295.
e In bonum & vtilitatem Ioles captiuæ.
f Sup. verſ. 292. illi incolumis, mihi nõ ita.
g Cum Acheloo Acarnaniæ fl. qui me vxorem ambiuit, ſéque viribus Herculi inferiorem perſpiciens in varias ſe mutauit formas, ὃς φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος Δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ Βούκρανος, infra verſ. 585.
h In quas ſe transformauerat Achelous.
i Coarguit ſe, quòd iram remiſerit.
k Quæ ſanctam vxorem deceat.
l Furoris & iræ.
m Irâ Herculem æquaui, quæ mihi ſi maneat, non erit opus auxilium diuinum inuocare. aderit tamen à me vocata. — n — Iuno, quæ feret auxilium vel non vocata.
a Occidens & Oriens. Herc. Fu. verſ. 37.

a *Primúſque laudes nouit, &* b *cœlo tenus*
Erecta terras fama ſuppoſitas habet?
Rogos in iſtos c *terra conſurget parens,*
d *Domúſque ſoceri prima, & Ætolū genus*
Sternetur omne. e *ſaxa iamdudū, & faces*
In te feruntur vindicem tellus ſuum
Defendet omnis. vna quot pœnas dabis?
Effugere terras crede, & humanum genus
Te poſſe; fulmen genitor Alcidæ gerit.
Iam iam minaces ire per cœlum f *faces*
Specta, & g *tonantē fulmine excuſſo diem.*
Mortem quoque ipſam, quam putas tutam, time.
Dominatur h *illic* i *patruus Alcidæ tui.*
Quocunque perges, miſera, cognatos deos
Illic videbis. De. *Maximum fieri ſcelus*
Et ipſa fateor, ſed dolor fieri iubet.
Nut. *Moriere.* De. *Moriar Herculis nempe inclyti*
Coniux; nec vllus nocte diſcuſſâ dies
Viduam notabit, nec meos pellex thoros
Captiua capiet. antè ab Occaſu dies
Naſcetur Indis: antè glacialem polum
Scytháſve tepidâ Phœbus afficiet rotâ,
Quàm me relictā Theſſala aſpiciāt nurus.
Meo m *iugales ſanguine extinguā* m *faces.*
Aut pereat, aut me perimat, eliſis feris
Et coniugem addat; inter Herculeos licèt

b *Famâ ſuper æthera notus ſub pedibus terras videt.*
c Terra parens communis tot monſtris ab illo purgata vindicabit.
d Oenei patris tui dom⁹ ſternetur primo in eius necis vindictam; totáque vnà Ætolia patria tua.
e Seditioſi populi tela. *tamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.* inf. verſ. 871.
f Fulmina.
g E decoro perſonæ, mulieris ſc. fulmine poſterius tonitru facit, quæ tamen ſimul facta viſus motu non indigēs in inſtanti percipit, auditus verò ſucceſſiuè, quia per motum. h In morte ſeu mortis regione, id eſt, inferis. i Pluto frater Iouis, qui pater Herc.
k. Emori ne malo quàm repudiatam viuere ac reiectam, videre captiuam vel pellicem, vel nuptam Herculi. inf. verſ. 338. & 334.
l Facibus victa nuptialibus. m Quæ in Ioles nuptiis præferentur. vide Theb. verſ. 263. & 807.

Me quoq; labores numeret. Alcidæ thoros
Moritura certè corpore amplectar meo.
Ire, ire ad vmbras Herculi iunctam libet;
Sed non inultam. ſi quid è noſtro Hercule
Concepit Iole, manibus euellam meis
Antè, & per ipſas pellicem inuadam faces.
Me nuptiali victimam feriat die
Infeſtus, Iolen dum ſupra exanimẽ ruam.
a Felix iacet, quicumque, quos odit, premit.
Nut. Quid ipſa flammas paſcis? & vaſtum foues
Vltro dolorem miſera? quid caſſum times?
Dilexit Iolen, nempe dum ſtarent lares,
Regiſque natam peteret. in famulæ locum
Regina cecidit. perdidit vires amor,
b Multúmque ab illo traxit infelix ſtatus.
Illicita amatur: excidit quidquid licet.
De. Fortuna amorẽ peior inflãmat magis:
c Amat vel ipſum, quòd caret patrio lare,
Quòd nudus auro crinis, & gemmâ iacet:
Ipſas miſericors forſan ærumnas amat.
Hoc vſitatum eſt Herculi, captas amat.
Nut. d Dilecta Priami nempe Dardanij e ſoror
Cõceſſa famulo eſt. adice quot nuptas priùs,
Quot virgines dilexit. errauit vagus.
f Arcadia nempe virgo, Palladios choros
Dum nectit Auge, vim ſtupri paſſa excidit,
Nullámq; amoris retinet Herculei notam.

a Vide Agam. 200.

b Amoris illi ardorem diminuit ſedauitq; Ioles ſeruilis conditio, quã quia facilem & licitam contemnet.

c Vel ob hoc ardentiùs amat, quia miſeriarum illius commiſeratione illi compatitur.

d Inductione probat Nutrix hos amores in captiuas ſtatim euaneſcere.

e Heſionem quidem ceto ereptam, poſtéaque vnà cũ Troia captam (Herculique, vt innuit, amatam) conceſſit Hercules comiti ſuo Telamoni τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἐφ' &c. ἀριστεύσαντι στρατοῦ, quòd primus murum occupaſſet.

f Quin & Augen Aloëi Arcadis filiam Mineruæ ſacerdotem compreſſit, ſed mox neglectam cum partu (Telepho) arca incluſam mari expoſuit.

Referam quid alias? g quæve Theſpiades vocant?
Breuique in illas arſit Alcides face.
Hoſpes a *Tmoli* b *Lydiam fouit* b *nurum,*
Et amore captus, ad leues ſedit colos,
c *Vdum feroci ſtamen intorquens manu.*
Nempe d *illa ceruix* e *ſpolia depoſuit feræ,*
Crinémque mitrâ preſſit, & famulus ſtetit,
Hirtam Sabæâ marcidus myrrhâ comam.
Vbique caluit, ſed f *leui caluit face.*
g *Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent.*
Famulámne, & hoſtis præferet gnatam tibi?
De. h *Vt alta ſyluas forma vernantes alit,*
Quas nemore nudo primus inueſtit tepor;
At cùm ſolutos expulit Boreas Notos,
Et ſæua totas Bruma decuſſit comas,
i *Deforme filiis aſpicis truncis nemus.*
Sic noſtra longum forma percurrens iter,
Deperdit aliquid ſemper, & fulget minùs:
k *Maliſq; minus eſt. quidquid in nobis fuit*
Olim petitum, cecidit, & partu labat;
l *Matérque multum rapuit ex illo mihi.*
m *Ætas citato ſenior eripuit gradu.*
Vides vt altum famula non perdat decus?
n *Ceſſère vultus penitus, & pedor ſedet;*
Tamen per ipſas fulget ærumnas decor,

g Quid dicam filias quinquaginta Theſpij, quas totidem (vel vt alij vna) noctibus compreſſit.

a Tmoli montis Lydiæ

b Omphalem. Herc. Fu. ve. ſ. 465.

c Saliuâ vel aquâ cui intendendum digitos immergere ſolent. Al. leg. *vtrumque ferti*

d *Emphaticè*, leonis exuuias geſtare ſolita hęc à Deianeira indignante poſſunt dici.

e Leonis pellem.

f Inconſtanti, breui.

g Siſtere figeréque ſolent in vna amores priùs vagos, quod in te faciet libertiùs quàm in captiuâ; *atque hinc o. caſio diſſertationis longæ ſatis, Deianeira ſuæ diffidenti formæ.*

h Al. *Vt alia ſyluas*, id eſt, vt alia ſyluæ forma eſt tepido afflata veris comite, alia vbi hybernus Boreas humidos terramq; ſoluentes Notos expulerit, ſic noſtra longum, &c. i Al. leg. *Deforme ſolia aſpicis truncum nemus.* vtrumque intellige de ſyluâ foliis nudatâ. k Facieique minus ineſt formæ ita apud Sophoc. ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω, τὴν δὲ φθίνουσαν. l Matris in pariundo officium partus. m Al *Ætáſque tacito ſenior.* n Ceſſit è priore ſtatu vultus. *vel vt alij* cultus, id eſt, *ornatus*, pulchra tamen eſt.

Nihilque ab illa caſus & fatum graue
Niſi regna traxit. hinc meum pectus timor,
o *Altrix, laceſſit, hinc rapit ſomnos pauor,*
Præclara p *totis gentibus coniux eram;*
Thalamóſque noſtros inuido fato nurus
Optabat omnis : b *quo nimis quiſquis deos*
Orabat vllos. c *nuribus Argolicis fui*
Menſura voti. quem Ioui ſocerum parem,
Altrix, habebo? quis ſub hoc d *mundo mihi*
Dabitur maritus? ipſe qui Alcidæ imperat,
Facibus ſuis me iungat Euryſtheus licèt;
Minus eſt. e *toro caruiſſe regnantis leue eſt.*
Altè illa cecidit, quæ viro caret Hercule.
Nu. *Conciliat animos coniugũ partus ferè.*
De. f *Sic ipſe forſan diuidet partus toros*
Nut. g *Famula illa trahitur interim domum tibi.*
De. h *Hic, quẽ per vrbes ire præclarũ vides,*
Et i *viua tergo ſpolia geſtantem feræ,*

o O Nutrix.

p Omnium gentium opinione.

b Delrius legit. *Quod nimis quiſquis.* Scal. *Quæ nimis quicquam deos Orabat vllos.* id eſt, quæcunque immodica vota diis concipiebat, nihil magis optaba, quam nuptias noſtras, quas ideò appellarat ἐπιποθήτους. Heinſ. legit: *quo minus quiſquis deos Orabat vllos,* id eſt, Quæ maxima à Diis etiam peteret, minus tamen petebat, &c. aduerte autem τὸ, *Quiſquis*, veteribus pro *Quæcunque* vſurpatum in fœminino. Ianus Gruterus aliam quaſi hariolari videtur lectionem, *Omnis, comminus quiſquis deos Orabat vllos*; hoc ſenſu: Si quæ, metu ne audiretur ab aſtantibus, inſinuaret ſe propiùs deorum ſtatuis, & iis veluti ſolis notum eſſe volebat votum ſuum, eam ſcires expetere tacito illo voto coniugium Herculis.

c Optabant ſibi maritum meo parem. d Cœlo. e Vel regis toros Herculis thalamis poſthabeo. alij hab. *toros meruiſſe regnantis leue eſt*, verùm alia lectio elegantiùs conuenit τῷ *caret* quod ſequitur. f Sic (inuertitque nutricis argumentum) Iole vbi pepererit, firmabit ſibi & retinebit Herculem, me in totum reiectâ. g Hoc ſi vſque adeò metuas, pellicem potius vlta tolle quàm maritum, quæ tibi dono data in tua manu eſt.

h Quorſum verò illud, ſi more ſuo nouum exquirat amorem? quo furens, vel furere ſe ſimulans me aliquando tollet, vt quondam Megaram.

i Leonis exuuias.

Qui regna miſeris donat, & celſis rapit,
Vaſtâ grauatus horridam clauâ manum,
Cuius triumphos vltimi k *Seres canunt,*
Et quiſquis alius orbe l *conſepto iacet;*
m *Leuis eſt, nec illum gloriæ ſtimulat decor.*
Errat per orbem, non vt æquetur Ioui,
Nec vt per vrbes n *magnus Argolicas eat.*
Quod amet, requirit: virginum thalamos petit.
Si qua eſt negata, rapitur. in populos furit;
o *Nuptas ruinis quærit* o *& vitium impotens,*
Virtus vocatur. o *cecidit Oechalia inclyta,*
Vnuſque Titan vidit, atque vnus dies
Stantem & cadentem: cauſa bellandi eſt amor.
o *Toties timebit, Herculi gnatam parens*
Quoties negabit. hoſtis eſt, quoties ſocer
Fieri recuſat. ſi gener non eſt, furit.
Poſt hæc quid a *iſta innocens ſeruo manus,*
Donec furentem ſimulet, ac ſæua manu
Intendat arcus, b *méque,* c *natúmque opprimat?*
d *Sic coniuges expellit Alcides ſuas:*
Hæc ſunt repudia! e *nec poteſt fieri nocens.*
Terris videri ſceleribus cauſam ſuis
Fecit nouercam quid ſtupes, ſegnis furor?
Scelus f *occupandum eſt: perge, dum feruet manus.*
Nut. *Perimes maritum?* De. g *Pellicis certè meæ.*
Nut. *At Ioue creatum.* De. *Nempe &* h *Alcmena ſatum.*
Nut. *Ferróne?* De. *ferro.* Nut. *Si nequis?*
De. *perimam dolo.*

k Thyeſt. ver. 378.
l Oceani vndis incluſo. al. leg. *conſumpto*.
m In amore multiuolus, [illegible].
n Virtutis gloriâ inſignis.
o Supra verſ. 222.
a Meas.
b Vt quondam Megaram liberóſque ſuos. Hercul. Fur. act. 4.
c Hyllum.
d Cæde.
e Amouétque cæſæ ſuæ coniugis cum liberis ſcelus in Iunonē: quaſi illa immiſiſſet illi furorem. Hercul. Fur. act. 5.
f Vide Agam. v. 191. Thyeſt. verſ. 203.
g Imò pellicis meę maritum.
h Mortali, idque per adulterium.

Nut. *Quis iſte furor eſt?* De. *Quem meus coniux docet.*
Nut. *Quem nec nouerca potuit, hunc perimes virum?*
De. Cœleſtis ira quos premit, miſeros facit;
Humana [k] nullos. Nut. *Parce miſerāda, & time.*
De. Contempſit omnes ille, qui mortem prius.
Libet ire in enſes. Nu. *Maior admiſſo tuus,*
Alumna, dolor eſt. culpa per odium exigit.
[l] *Cur ſæua modicis ſtatuis? vt paſſa es, dole.*
De. *Leue eſſe credis pellicis nuptæ malum?*
Quidquid dolorē paſcit, id [m] *nimium puta.*
Nut. *Amórne clari* [n] *fugit Alcidæ* [n] *tibi?*
De. *Non fugit, altrix. remanet, & penitus ſedet*
Fixus medullis, crede: ſed magnus dolor,
Iratus amor eſt. Nu. [o] *Artibus magicis ferò*
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant.
[p] *Vernare iuſſi frigore in medio nemus:*
Miſſumque fulmen ſtare. concuſſi fretum
Ceſſante vento, turbidum explicui mare:
Et ſicca tellus fontibus patuit nouis.
Habuere motum ſaxa. diſcuſſi fores.
Vmbræ ſtetiſtis: & mea iuſſi prece
Manes loquuntur. ſonuit infernus canis.
Mare, terra, cœlū, & Tartarus ſeruit mihi.
Nox media ſolem vidit, & noctem dies:
[q] *Nihilque leges ad meos cantus tenet.*
Flectamus illum carmina inuenient iter.

i Exemplum furoris præbē in cæde vxoris ſuæ Megaræ.
k Nullos facit, id eſt, tollit vt iam non ſint, atque hoc Iunonis ira mitior meâ, quæ eum perimet.
l Cur delictis modicis pœnam tam ſæuā irrogas?
m Rectiùs legas *minimum.*
n A te, tibi ex-
o *Quos non concordia mixti Alligat vlla tori blandæq; potentia formæ, Traxerunt torti magicâ vertigine fili.* Sed hoc ex veterum ſuperſtitione, neque enim cogitur voluntas. ſenſitiuus quidem appetitus quandoque allicitur, philtra ſanè & veneficia amatorio non paucos ad inſaniā impulerunt.
p Dæmonomagiæ vires vide Med. verſ. 753.
q Nihil tenet naturæ ſuæ leges aduerſus mea carmina.

De. *Quas* r *Pontus herbas generat, aut quas* ſ *Theſſala*
Sub rupe Pindus? aut vbi inueniam malũ,
Cui cedat ille? carmine in terras mago
t *Deſcendat aſtris luna deſertis licèt,*
Et bruma meſſes videat. & cantu fugax
Stet deprehenſum fulmen, & verſâ vice
Medius coactis fugerit ſtellis dies:
Non flectet u *vnum.* Nut. x Vicit & ſuperos amor.
De. *Vincetur vni forſan, &* y *ſpoliũ dabit,*
Amórque ſummis fiet Alcidæ labor.
Sed te per omne cœlitum nũmen precor.
Per hunc timorẽ; quidquid arcani apparo,
Penitus recondas, & fide tacitâ premas.
Nut. *Quid iſtud eſt, quod eſſe ſecretũ iubes?*
De. *Non tela ſunt, non arma, non ignis mina.*
Nut. *Præſtare fateor poſſe me tacitã fidem,*
Si ſcelere careat. z *interim ſcelus eſt fides.*
De. *Circumſpice, agedum, nequis arcana* a *aucupet;*
Partémque in omnem vultus inquirẽs eat,
Nu. *En locus ab omni tutus arbitrio vacat.*
De. *Eſt in remoto regiæ ſedis loco*
Arcana tacitus noſtra defendens ſpecus.
b *Non ille primos accipit ſoles locus,*
b *Non ille ſeros, cùm ferens Titan diem,*
Laſſam c *rubenti* d *mergit Oceano rotam:*
Illic e *amoris pignus Herculei latet.*
Altrix, fatebor, f *Neſſus eſt auctor mali,*

r Qui malarũ herbarum fetax *Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta vene na, &c.*
ſ In Theſſalia, quæ veneficiis infamis.
t Hippol. 420.
u Herculem.
x Vincit tamẽ eum amor, qui & ſuperos vicit.
y Arcum vel ſagittas cedet Herculi ſpoliũ Cupido.
z Alioqui, vel interdum, ſeu nonnunquam. hoc. n. valet *interim* apud tertiæ ætatis Latinæ authores, cuius hæc tragœdia fœtus videtur.
a Al. leg. *occupet.*
b Soli orienti non exponitur, non occidenti.
c A ſolis vicini radiis.
d Herc. Fur. verſ. 25.

e Venenum reuocandi Herculei amoris vim habens. f Centaurus, quem è nube, quam Ixion, cùm Iunonem de ſtupro interpellaſſet, Iupiter pro Iunone ſuppoſuerat, editum eſſe, vt & natos Centauros narrant. vide Herc. Fur. verſ. 777. 749.

Quem grauida nubes g *Theſſalo genuit* g *duci,*
Qua celſus aſtris inſerit h *Pindus caput,*
Vltráque nubes h *Othrys eductus riget.*
Namque vt ſubactus Herculis clauâ horridi
Achelous, omnes facilis in ſpecies i *dari,*
Tandem peractis omnibus patuit feris,
Vnóque k *turpis ſubdidit cornu caput:*
Me coniugem dum victor Alcides habet,
Repetebat Argos. fortè per campos vagus
l *Euenus altum gurgitem in pontum ferens*
Iam penè ſummis turbidus ripis erat.
Tranſire Neſſus verticem ſolitus vadis,
Pretium popoſcit: méque iam dorſo ferens,
Qua iungit hominem ſpina deficiens equo,
Frangebit ipſas fluminis tumidi m *minas.*
Iam totus vndis Neſſus exierat ferox,
Medióque adhuc errabat Alcides vado,
Vaſto rapacem verticem ſcindens gradu.
Aſt ille vt eſſe vidit Alcidem procul,
Tu præda nobis, a *inquit, & coniux eris.*
b *Prohibetur vndis; méque complexam ferens*
c *Greſſum citabat. non tenent vndæ Herculem:*
d *Inſide vector, inquit, immiſti licèt*
e *Ganges &* e *Iſter vallibus iunctis eant;*
Vincemus ambos. conſequar telo f *fugam.*
g *Præceſſit arcus verba.* h *tum longum ferens*
Arundo vulnus, tenuit hærentem fugam,
Mortémque fixit. ille iam i *quærens diem,*
Tabem fluentis vulneris dextra excipit,
Traditque nobis k *vngulæ inſertam ſuæ,*

g Ixioni.
h Mons Theſſaliæ ὄρειος.
i Transformari, ſup. v. 300.
k Namque in taurum conuerſo Acheloo Herc. cornua vulſit.
l Ætoliæ fl. ποταμὸς βαθυῤῥους.
m Impetus.
a Inquit Neſſus.
b Hercules prohibetur vndis
c Neſſus celeriter fugiebat.
d O Neſſe, inquit Herc.
e Fl. max. hic Germaniæ, ille Indiæ
f Te fugientē.
g Sagitta arcu emiſſa priùs Neſſum percuſſerat, quàm verba audiuiſſet.
h E longè.
i Moriens, *oculiſq; errantibus alto Quæſiuit cœlo lucem.*
k Frigida enim venena vngulis ſolis ſeruari poſſe feruntur.

Quam forte ſæuâ ſciderat auulſam manu:
Tum verba moriēs addit: hoc, inquit, magæ
Dixere amorem poſſe defigi [l] *malo.*
Hoc [m] *docta Mycale* [n] *Theſſalas docuit nurus,* (gam
Vnā inter omnes [o] *Luna quā ſequitur ma-*
Aſtris relictis. illitas veſtes dabis.
Hac. inquit, ipſâ tabe, ſi pellex tuos
Inuiſa thalamos tulerit, [p] *& coniux leuis*
Aliam parenti dederit altiſono nurum.
[q] *Hoc nulla lux aſpiciat. hoc tenebræ tegant*
Tantùm remota. ſic potens vires ſuas
Sanguis tenebit: [r] *verba deprendit quies,*
Mortémque laſſis intulit membris ſopor.
Tu, quam meis admittit arcanis fides,
Perge, vt nitentes virus in veſtes ſatum,
Mentem per artus adeat, & tactu intimas
Intret medullas. Nu. *Ocyùs iuſſa exequar,*
Alumna precibus tu [a] *Deū inuictū aduoca,*
Qui certa tenera tela dimittit manu.
De. *Te, te precor,* [b] *quem mundus & ſu-*
peri timent;
Et æquor, & [c] *qui fulmen Ætnæū quatit,*
Timende [d] *matri* [c] *teliger ſæua* [e] *puer;*
Intende certa ſpiculum velox manu:
Non è ſagittis leuibus. è [f] *neruo, precor,*
Grauiore profer, [g] *quod tua nondū manus*
Miſere in aliquem. non leui telo eſt opus,
Vt amare poſſit Hercules. rigidas manus

l Veneno incontato.
m Veneficiorum & magiæ perita.
n Mulieres Theſſ. incantamentis famoſas
o Incantata. Hippol 420.
p Et Hercules aliam duxerit vxorem Ioui nurum futurā.
q Μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου, μηθ' ἕρκος ἱερὸν, μήτ' ἐφέστιον σέλας.
r Hæc Neſſi verba mors excepit, inſequuta eſt.
a Cupidinem.
b Quem numina, animaliáque cœleſtia, terrena, & maritima timent.
c Iupiter, qui fulmina Cyclopibus in Ætnęis antris fabricata torquet.
d Τοὺς γὰρ ἄλλους θεοὺς κατηγωνίσω ἅπαντας, ὦ Ἔρως, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ῥέαν, ἐμὲ τὴν μητέρα. Venus apud Lucianum.
e Ἔρως τοξότης.
f Arcu, arcus chordâ.
g Ἀβλῆτα ἰὸν, οἰστόν.

Intende & arcum cornibus iunctis para.
Nunc, nunc ſagittam prome, qua quondam horridus
Iouem petiſti; fulmine abiecto Deus
[h] *Cùm frõte ſubita tumuit, &* [i] *rapidũ ma- (re*
Taurus puellæ vector Aſſyriæ ſcidit.
Immitte amorem. vincat exempla [k] *omnia*
Amare diſcat [l] *coniuges. ſi quas decor*
Immiſit Ioles pectori Herculeo faces,
Extingue totas. perbibat flammas mei.
Tu fulminantem ſæpe domuiſti Iouem,
Tu [m] *furua nigri ſceptra geſtantem poli*
Turbæ [m] *ducem* [n] *maioris, &* [m] *dominum Stygis;*
Tu, qui [o] *nouerca es grauior irata Deus,*
Cape hunc triumphũ, ſolus euince Herculẽ.
Nut. *Prolata* [p] *vis eſt,* [q] *quæque* [r] *Palladia colu*
Laſſauit omnem texta famularem manũ.
Nunc congeratur virus, vt veſtis [ſ] *bibat*
Herculea peſtem [a] *precibus augebo malum.*
In tempore ipſo gnauus occurrit Lichas.
Celanda vis eſt, illa ne pateant mala.
De. *O,* [b] *quod ſuperbæ non habent vnquam domus,*
Fidele ſemper regibus [c] *nomen, Licha,*
Cape hos amictus, [d] *noſtra quos neuit manu,*
Dum vagus in orbẽ fertur, & victus mero
Tenet feroci [e] *Lydiam gremio nurum,*
Nunc poſcit Iolem. ſed [f] *iecur fors horridũ*

h Cùm Ioui in taurum verſo erumpebãt ſubitò cornua, &c. Hippol. 302.
i Fretũ è Phœnicia in Cretam traiiciens.
k Omniũ qui amore inſanierunt.
l Quas (pellicibus deditus) contemnere ſolet: vt Megaram, & me.
m Plutonem. Agamem. 750.
n Mortuorum enim maior quàm viuorũ numerũ. Her. Fu. verſ. 559.
o Herculi ſẽper Amor nocentior quàm Iuno irata. *Plus tibi, quàm Iuno, nocuit Venus.*
p Venenum illud tantæ potentiæ.
q Et veſtis, quæ, &c.
r A Pallade inuenta. vid. Hippolyt. 102.
ſ Imbibat venenum. a Imprecationibus magicis. b Namque in tot populis vix vna fides, inf. verſic. 608. c Seruitium, famulæ.
d Πέπλον τῆς ἐμῆς χειρός. e Omphalen. Hercul. Furens verſ. 465. f Cupiditatum ſedem, [illegible] amoris, quæ flata

Flectam g *emerendo.* merita vincunt & malos.
Non antè veſtes induat coniux, iube,
Quã thure flammas ſpargat, & poſcat deos,
h *Cana rigentem populo vinctus comam,*
Ipſa ad penates regios greſſus feram,
Precibuſque amoris horridi matrem colam.
Vos, quas paternis extuli comites focis,
i *Calydoniæ, deflete lugendas* k *vices.*

bile oritur, quę calidæ arideq́; naturæ igni in hominis temperatura reſpondet, vnde poëtis familiare amoris nomen, *Ignis.*
g Meritis & beneficiis meis.

h Albâ populo, Herc. Fur. verſ. 893. i Ætolides Calydon. n. regia Ætolorum vrbs. k Meas, quod faciunt in ſequenti Choro.

CHORVS ÆTOLARVM Virginum.

Mulieres Calydoniæ Deianeiræ ſortem deflent: Ambitionem, Auaritiam, Luxum, cæteraq́; mortalium ſtudia inania deteſtantur. priuatam fortunam laudant.

FLemus caſus, l *Oenei, tuos,*
Comitum primos turba per annos,
Flemus m *dubios, miſeranda, toros,*
Nos n *Acheloi tecum ſolitæ*
Pulſare vadum, cùm iam tumidas
Verè peracto poneret vndas,
Graciliſque vado ſerperet æquo,
Nec præcipitem volueret amnem
o *Flauus rapido fonte Lycormas.*
Nos a *Palladias ire per aras,*
Et virgineos celebrare choros:
Nos b *Cadmeis* c *orgia ferre*
Tecum ſolitæ condita d *ciſtis,*
e *Cùm iam pulſo ſidere Brumæ*

l O Deianeira filia regis Oenei.
m Repudium timentes.
n Sup. v. 300. & 500.
o Arenis flau' Lycormas fluuius Ætoliæ, qui poſteà Euenus dictus.
a In Palladis honorem extructas.
b Bacchi Thebis à Cadmo inſtitutis nati cultique.

c Liberi patris ceremonias, & ſacra Oedip. verſ. 431.
d Caniſtris, quæ ferebant κανηφόροι virgines e Cùm iam pulſato hyemali Piſcium ſidere tertij anni ſolſtitium æſtiuũ calores

Tertia ſoles euocat æſtas,
Et [f] *ſpicifera conceſſa deæ*
Attica [g] *myſtas* [h] *claudit* [i] *Eleuſis.*
Nunc quoque fatum quodcunque times,
Fidas [k] *comites accipe fatis.*
Nam rara fides, vbi iam melior
Fortuna ruit.
Tu quicunque es, qui ſceptra tenes;
Licèt omne tuâ vulgus in aulâ
[l] *Centum pariter limina pulſet:*
Cùm tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen [m] *Erinnys,*
Et cùm magnæ patuere fores,
Intrant fraudes, cautique doli,
Ferrúmque [n] *latens. cùmque in populos*
Prodire parant, comes inuidia eſt.
[o] *Noctem quoties ſummouet Eos,*
Regem toties credite naſci.
[p] Pauci reges, non regna colunt:
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic regi proximus ipſi
Clarus claras ire per vrbes:
Vrit miſerum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit [a] *Iſtri; tec tota ſitim*
* *Lydia vincit;* [b] *nec quæ Zephyro*
Subdita tellus, ſtupet [c] *aurato*
Flumine clarum radiare [c] *Tagum;*
Nec ſi totus ſeruiat [d] *Hebrus;*

inducit, *vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia*, tertio quoq; anno iterata in memoriam victoriæ Indicæ patris Liberi trienni expeditione partæ.
f Cereri à Triptolemo conceſſa.
g Herc. Fur. verſ. 849.
h Vt ſecreta ſint Eleuſinia ſacra.
i Hippol verſ. 835. Herc. Fur. verſ. 301.
k Nos.
l Multa, propter ſatellitum & miniſtrorũ frequentiam.
m Furia, Agamem. verſ. 82.
n Ad inſidias.
o Quoties rex inſidias noctis & mortẽ euaſerit, toties nouũ aliũ naſci credite, tantũ periculi regib. minantur noctes ſingulæ.

p Plures colunt regias fortunas quàm perſonas. a Fl. Europæ maximi. b *Non Tarteſsiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas pretioſa Tagi;* * *non ſtagna rubentis Aurea Pactoli, totumq; exhauſerit Hermũ, Ardebit maiore ſiti.* c Her. Fu. v. 1324. Thy. v. 353. d Thracia; cuius

Ruráque diues cingat e *Hydaſpes;*
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine e *Gangem:*
Auidis, auidis f natura parum eſt.
Colit hic regem, regúmque lares,
g *Non vt preſſo vomere ſemper*
Nunquam ceſſet curuus arator,
Vel mille ſecent arua coloni:
Solas optat, quas donet, opes.
Colit hic reges, h *calcet vt omnes,*
Perdátque aliquos, nullúmque leuet.
Tantùm vt noceat, cupit eſſe potens.
Quota pars moritur i *tempore fati!*
Quos felices k Cynthia vidit,
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt, felix, idémque ſenex.
l Ceſpes Tyrio mollior oſtro,
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigiléſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus! a *Brutia Coro*
Pulſante fretum mitior vnda eſt,
Pectora pauper ſecura gerit.
b *Tenet è patulâ pocula fago,*
Sed non trepidâ tenet ipſa manu.
Carpit c *faciles viléſque cibos,*
d *Sed non strictos reſpicit enſes.*
e Aurea miſcet pocula ſanguis.
Coniux modico nupta marito
Non diſpoſito clara monili
Geſtat pelagi f *dona* g *rubentis,*

Hebrus fl.
e Indiæ fl.
f Omne quod produxit natura.
g Non vt multa aret, poſſideat, acquirat, ſed vt habeat quas largiatur opes.
h Vt multos premat, opprimátque.
i *Sed miſera ante diem, nec ſiccâ morte.*
k Præcedentis noctis Luna.
l Terra gramine, herbiſq; virens.
a Fretum Siculum. Thye verſ. 578.
b Cui *Terra rubens crater, pocula fagus* ſecuritatẽ præſtãt.
c Dapes inemptas.
d *Rarus venit in cœnacula miles* vel ad enſẽ reſpicit Damoclis ceruici iuſſu Dionyſij impendẽtem.
e *Hellenism.* χρύσεον αἷμα κεράννυται σκύφοις. lethum ſeu lethale venenum aureis miſcetur poculis.
f Gemmas. g Erythræi maris. Thyeſt. verſ. 370.

Nec gemmiferas detrahit aures
h *Lapis Eoa lectus in vnda;*
Nec i *Sidonio mollis aheno*
k *Repetita bibit lana rubores;*
Nec l *Mæonia diſtinguit acu*
Quæ m *Phœbeis ſubditus Euris*
Legit m *Eois* n *Ser arboribus;*
Qualibet herbæ tinxere colos,
Quas indoctæ neuere manus:
Sed o *non dubios fouet illa toros.*
p *Sequitur dira lampade Erinnys*
Quorum populi coluere diem.
q *Nec ſibi felix pauper habetur,*
Niſi felices cecidiſſe videt.
Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit vnum præbere diem,
Patrioſque a *puer concitat axes,*
Nec per ſolitum percurrit iter,
Sed Phœbeis ignota ſecat
Sidera flammis errante rota,
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli dum ſulcat iter,
b *Tenuit Latias Dædalus oras,*
c *Nullique dedit nomina ponto.*
Sed dum d *volucres vincere veras*
Icarus audet, patriáſque puer
e *Deſpicit alas,* f *Phœbóque volat*
Proximus ipſi; g *dedit ignoto*

h Elenchus è margarita Indica.
i Thyeſt verſ. 344.
k Dibapha, Tyrio bis murice tincta.
m Orientalib.
n Thyeſt. verſ. 378.
o Non ſuſpectos adulterij, vel repudium timentes. vt ſup. v. 590.
p Sed diſcors furia inauſpicatâ tædâ nuptiali (Theb. ver. 161 & 507. vel face furiali) Herc. Fur. verſ. 87. corã thalamos perſequitur, quorum natales publicâ lætitiâ celebrantur, id eſt, principum.
q Tum ſe beatum agnoſcit pauper, vbi potentes ex alto gradu videt cecidiſſe.

a Phaëthon. b *Dæd. fugiens Minoia regna Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo, Chalcidicâque leuis tandem ſuper adſtitit arce*, id eſt, Cumis, quæ in Italia, pro cuius parte, quæ magna Græcia dicebatur, Latium ponit. c Quod fecit filius eius Icarus.
d Altiùs volitare quàm volucres veræ. e Altiùs ſubuectus patrem infrà volitantem videt. f Cuius calore liquefactâ, quâ conglutinabantur alæ, cerâ in mare decidit.

Nomina ponto.
Malè per ſantur magna ruinis.
h *Felix alius, magnúſque volet;*
Me nulla vocet turba potentem.
i *Stringat tenuis littora puppis.*
Nec magna meos aura phaſelos
Iubeat medium ſcindere pontum.
Tranſit tutos Fortuna ſinus,
Medióque rates quærit in alto,
Quarum feriunt k ſuppara nubes.
Sed quid pauido territa vultu,
l *Qualis Baccho ſaucia Thyas,*
Fertur rapido m *regina gradu?*
Quæ te rurſus fortuna rotat,
Miſeranda, refer. licèt ipſa neges,
Vultus loquitur, quodcunque tegis.

g Vide Oedip. verſ. 893.
h Volitet alius felix & magnus
i Radat, legat littora.
k Medea verſ. 328.
l *Qualis commotis excita ſacris Bacchatur Thyas.* vide Oedip. verſ. 442.
m Deianira.

ACTVS TERTIVS.

DEIANEIRA. CHORVS.

Deianeiram, periculo veneni ad ſolem expoſiti flammasq́; concipientis facto, conſilij ſui pœnitet.

De. n *VAgus per artus errat excuſſos tremor:*
o *Erectus horret crinis. impulſis adhuc*
Stat terror animis, & p *cor attonitum ſalit,*
Panidúmque trepidis palpitat venis iecur.
Vt fractus Auſtro pontus etiamnum tumet,
Quamuis quieſcat languidis ventis q *dies:*
Ita mens adhuc vexatur excuſſo metu.
Semel profectò premere felices deus
Cum cœpit, vrget. r hos habent magna exitus.

n *Gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor.*
o Commeante ſc. ad cordis (quod corporis arx eſt) ſubſidium calore, externa algeſcunt, fitq; horripilatio, nec non --
p -- Καρδίας παλμός, qui inter diuinationes ſalitorias.
q Tempeſtas.
r Conatus grãdes, anxios plerumq;

Ch. *Quis*

Ch. *Quis tam impotens, ô miſera, te caſus rotat?*

De. *Vt miſſa palla eſt, tabe Neſſeâ illita,*
Thalamiſque mœrens intuli greſſum meis,
Neſcio quid anim⁹ timuit, & fraudē [s] *ſtruit.*
Libet experiri [t] *ſolibus virus ferum,*
Flammíſq; Neſſus ſanguinem oſtēdi arcuit,
Hic [u] *ipſe fraudes eſſe præmonuit* [u] *deus.*
Et fortè nullâ nube reſperſus iubar
Laxabat ardens feruidum Titan diem.
(Vix ora ſolui patitur etiam nunc timor)
Medios in ignes ſolis, & claram facem,
Quo tincta fuerat palla, veſtiſque illita,
Abiectus horret [a] *ſanguis, & Phœbi* [b] *coma*
Tepefactus ardet. vix queo monſtrū eloqui.
Niues vt Eurus ſoluit aut tepidus Notus,
Quas vere primo lubricus perdit [c] *Mimas;*
Vtque inuolutos frangit Ionia ſalo
Oppoſita fluctus [d] *Leucas, &* [e] *laxus tumor*
In littore ipſo ſpumat: aut cœleſtibus
Aſperſa tepidis thura laxantur focis:
Sic languet omne virus, & perdit [f] *comam.*
Dúmq; ipſa miror, [g] *cauſa mirandi perit.*
Quin ipſa tellus ſpumeos motus agit.
Et quidquid illa tabe contactum eſt, labat,
([h] *Tumenſque tacita ſequitur, & quaſſat caput.)*
Natum pauentem cerno, & ardenti pede
Greſſus ferentem. prome, quid portes noui.

& calamitoſos habent exitus.
s Al. *Aſtruit*, id eſt, aſſerit me deceptam eſſe poſſe.
t Supra verſ. 536.
u Ipſe Neſſus, quem eadem Deianeira θεῖον χίμαιρα dixit in Sophoc. Trachiniis. vide Thyeſt. verſic. 859. q. d. vel ipſe Neſſus δολοποιὸς, id eſt, fraudulenti & hoſtilis erga Herculē animi me monere potuiſſet ſubeſſe fraudem. vel, ſimpliciter intellige de deo, ſeu dæmone.
a Neſſi ſanguis Hydræ felle quo quo tinctæ fuerant Herculis ſagittæ, miſtus.
b Radiis. Hippolyt. verſic. 751.

c Ioniæ mons niuoſus. d Leucates, vid. Hippol. verſic. 1011.
e Vnda reiecta & diſſoluta, al *laſſus* & *lapſus*. f Lanam qua inunxerat pallam. ὃ κάταγμα τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριε. Sophocl. id eſt, panniculum velleris quo veſtem perunxiſſet
g Lana illa. h Ἄτακτος hic verſus, atque legendum, *Timénſque*.

HYLLVS. DEIANIRA. NVTRIX.

Intellecto ex Hyllo funeſti muneris malo Deianira ſibi mortem conſciſcit.

Hyl. I, *profuge, quære ſi quid vlterius patet*
Terris, freto, ſideribus, Oceano, inferis.
Vltra i *labores, mater, Alcidæ fuge.*
De. *Neſcio quod animus grande præſagit malum.*
Hyl. k *Regna, triumpha, templa Iunonis pete:*
Hæc tibi patent, delubra præcluſa omnia.
De. *Effare, qui me caſus inſontem premat.*
Hyl. *Decus illud orbis, atque præſidium vnicum,*
Quem fata terris in locū dederant l *Iouis,*
O mater, m *abijt, membra, & Herculeos toros*
Vrit lues n *Neſſea, qui domuit feras,*
Ille, ille victor, vincitur, mœret, dolet.
Quid quæris vltra? De. Miſerias properant ſuas
Audire miſeri. *fare, quo poſita in ſtatu*
Iam noſtra domus eſt. O lares, miſeri lares!
Nunc vidua, nunc expulſa, nunc feror obruta!
Hyl. *Non ſola mœres. Hercules toto iacet*
Mundo gemendus, fata ne, mater, tua
Priuata credas, iam o *genus totū obſtrepit.*
Hunc, eiulatu quem gemis, cuncti gemunt.

i Regiones Herculis laboribus inſignes.
k Sarcaſticè, triũpha quaſi re ſtrenuè geſta: ſacrifica, ſed Iunoni ſoli, cui Herculis mors læta obtigit, cæteris Diis mœſta. Inf. verſ. 1547.
l Liberatoris, auxiliatoris, atq; intimare videtur Etym. vulgatam cui Iupiter. q. Iuuãs pater, melius tamen Iouis pater Iouis à l Heb. יהוה addito pater, ſic enim Dieſpiter, Neptunus pater, Saturnus pater, Marſpiter, &c.
m Al. *obijt.* necdum autẽ obierat: de vita verò Herculis deſperat Hyllus. n Aliis: *Neſcio qua*, Neſciebat enim adhuc Hyllus quæ lues Herculem vreret, quod vt modulis concinat, emendare laborat Raphelengius, legitque. *Neſcio qua*. o Humanum genus.

Commune terris omnibus pateris malum.
Luctũ occupaſti prima: non ſola Herculem
Miſeranda mœres. De. *Quamprope à leto tamen,*
Ede, ede, (quæſo) iaceat Alcides meus!
Hyl. *Mors refugit illum,* p *victa qua in regno ſuo*
Semel eſt. nec audẽt fata tam vaſtum nefas
Admittere. ipſa forſitan trepida colos
q *Clotho manu proiecit, & fatum Herculis*
Timet peragere. prô diem infandum diem
Hocne ille ſummo magnus Alcides eat
Ad fata & vmbras, atque r *peiorem polum?*
De. *Præcedere tu illum dicis? an poſſũ prior*
Mortem occupare? fare, ſi non dum occidit.
Hyl. ſ *Euboica tellus vertice immenſo tumens*
Pulſatur omni latere. t *Phryxeum mare*
Scindit Caphareus, ſeruit hoc Auſtro latus.
At qua niuoſi patitur Aquilonis minas,
u *Euripus vndas flectit inſtabiles vagus,*
Septémq; curſu flectit, & totidem refert;
Dum laſſa Titan x *mergat Oceano iuga.*
Hic a *rupe celſa, nulla quam nubes ferit;*
Annoſa fulgent templa b *Cenæi Iouis.*
Vt ſtetit ad aras omne votiuum pecus;
Totúmque tantis gemuit armenti nemus:
Spolium leonis ſordidum tabo exuit,
Poſuitq; clauæ pondus, & pharetra graues
Laxauit humeros. c *veſte tunc fulgẽs* c *tua;*

p Ab eodẽm Hercule ad inferos deſcẽdente.

q Et trib' Parcis illa quę colum tenet. Herc. Fur. v. 558.

r Deteriorem polum nigrũ, Antarcticum. vide Herc. Fu. verſ. 606. id eſt, ad inferos.

ſ Sophocl. illud in Trachiniis adumbrare voluit, Ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον Κήναιόν ἐστιν. nec tamẽ conſequitur, neque vera eſt hæc Eubœæ deſcriptio. Capharei enim promontoriũ ad ortum eſt, & Euripus ad occaſum. nec dici poteſt *Aquilonis minas pati*

t Helleſpontũ. vid. Troad. verſ. 1032.

u Herc. Fur. verſ. 377. x Hercul. Fur. verſ. 25.

a Ioui in ſummis montibus ſacra facere ſolenne, vtpote Deorum ſummo. b In Cenæo Eubœæ promontorio culti. *Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Ioui.*

c Pallâ à te miſſa.

[d] *Cana reuinctus populo horrentem comam,*
Succendit aras, Accipe has, inquit, focis
Non falſe [e] meſſes genitor, & largo ſacer
Splendeſcat ignis thure, quod [f] Phœbum colens
Diues [g] Sabæis colligit truncis [g] Arabs.
Pacata tellus, inquit, & cœlum, & freta;
Feris ſubactis omnibus victor redij.
[h] *Depone fulmen gemitus in medias preces,*
Stupente & ipſo, cecidit. hic cœlum horrido
Clamore complet. [i] qualis impreſſa fugax
Taurus bipenni vulnus & telum ferens,
Delubra vaſto trepida mugitu replet,
Aut quale mundo fulmen emiſſum tonat;
Sic ille gemitus ſidera & pontum ferit:
Et vaſta [k] Calpe *ſonuit : & voces* [l] *Cyclas*
Excepit omnis. hinc petræ [m] *Caphárides;*
Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.
Flentem videmus. [n] *vulgus* [o] *antiquã putat*
Rabiem rediſſe: tunc fugam famuli petunt.
At ille vultus ignea torquens face,
Vnũ inter omnes quærit & ſequitur [a] *Licham.*
Complexus aras ille tremebundâ manu,
Mortem metu [b] *conſumpſit, & parum ſui*
Pœna reliquit; dúmq; tremebundum manu
Tenuit [c] *cadauer,* [d] *Hac manu, inquit hac ferar*

d Albâ populo Herc. Fur. ver 892.
e Thura, cinnama, odores.
f Solem orientem adorans, vid. Troad. 110. vel orientalis.
g Arabes à Sabæis diſtinguere videtur, ita Virg. 8 Æneid *Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.* Qui tamen Felicis Arabiæ incolæ. *Solu eſt thurea virga Sabæis.*
h Neque enim illo opus eſt, ſubactis à me tyrannis.
i *Quales mugitus fugit cùm ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.*
k Hyperbole inſolẽtior, nec ferenda; lege ex correctione Lipſij *Chalcis*, quæ Euripo vicinior, & ſi non vero, veriſimili ſaltem conſonantior: cum Cyclada & Capharidas ſubiungat.
l Thyeſt. verſ. 593. n Famulorum. o Qua correptus Megaram & filios interemerat. Herc. Fur. act. 4. a Miniſtrum qui tunicam attulerat. b Metu penè exanimatus.
c Morti deſtinatum Licham, vel præ timore iam fermè mortuum. d Tam abiecti hominis manu.

(O fata!) victus? Herculem perimit [e] *Lichas.*
[f] *Ecce alia clades, Hercules perimit Lichã.*
Fata [g] *inquinãtur.* [h] *fiet hic ſummus labor.*
In aſtra miſſus fertur, & nubes vago
Spargit cruore. talis in cœlum exilit
Arundo, [i] *Geticâ viſa dimitti manu.*
Aut quam [k] *Cydon excuſſit :* [l] *inferiùs tamen*
* *Fugiet arundo. corpus in pontum cadit;*
In ſaxa ceruix : funus [m] *ambobus iacet.*
Reſiſtite, inquit. non furor mentem abſtulit.
Furore grauius iſtud, atque irâ malum eſt.
[n] *In me iuuat ſæuire. vix* [o] *peſtem indicat,*
Et ſæuit. artus ipſe dilacerat ſuos,
Et membra vaſta carpit auellens manu.
Exuere amictus quærit. [p] *hoc ſolum Herculem*
Non poſſe, vidi. trahere conatus tamen,
[q] *Et membra traxit.* [r] *corporis palla horridi*
Pars eſt; & [q] *ipſa veſtis immiſcet cutem.*
Nec cauſſa diræ cladis in medio patet:
Sed cauſſa tamen eſt. vixq; ſufficiens malo.
Nunc [ſ] *ore terram languidus prono ferit;*
Nunc poſcit vndas. vnda non vincit malũ.
[t] *Et nota quærit littora, & pontum occupat.*
Famularis illum retinet errantem manus.
O ſortem acerbam ! fuimus Alcidæ [a] *pares.*

e Vilis famulus.
f Ecce alia non minor indignitas ! ego ille monſtrorũ domitor Hercules perimo viliſſimũ ſeruitium Lichã.
g Tam contempti famuli cæde vel lege *Facta*, quaſi dicat, Geſta mea inquinantur.
h Cum contemptu indignantur ſibi contingere ſupremum huac laborem.
i Getæ pop. Scythię Ponto vicini, ſagittandi peritiſſimi.
k Cretenſis, ab vrbe Cydone. vide Hippol. verſ. 812.
l Altiùs tamen Lichas proiectus quàm arundo Getica vel Cydonia. * Al. leg. *Et tela fugiunt. truncus in pontum cadit.* m Capiti & trunco.
n Non in alios, vt quondam, furens. o Virus.
p Non poſſe amictus exuere. q *Quà trahitur, trahit illa cutem, &c.* Ouid. 9. Metamorph.
r Adhæret ac ſi corporis pars eſſet. ſ Κὰπ πέδον ζ, ἢ μετώπρωπος βαλών. t Al. leg. *Fluctiſona quærit littora, &c.*
a Poſtquàm illi vires ademiſſet virus.

Flectam g *emerendo.* merita vincunt & malos.
Non antè veſtes induat coniux, iube,
Quā thure flammas ſpargat, & poſcat deos,
h *Cana rigentem populo vinctus comam,*
Ipſa ad penates regios greſſus feram,
Precibuſque amoris horridi matrem colam.
Vos, quas paternis extuli comites focis,
i *Calydonia, deflete lugendas* k *vices.*

bile oritur, quę calidæ aridǽq; naturæ igni in hominis temperatura reſpondet, vnde poëtis familiare amoris nomen, *Ignis*. g Meritis & beneficiis meis.

h Albâ populo, Herc. Fur. verſ. 898. i Ætolides Calydon. n. regia Ætolorum vrbs. k Meas, quod faciunt in ſequenti Choro.

CHORVS ÆTOLARVM Virginum.

Mulieres Calydoniæ Deianeiræ ſortem deflent: Ambitionem, Auaritiam, Luxum, cæteraq; mortalium ſtudia inania deteſtantur. priuatam fortunam laudant.

FLemus caſus, l *Oenei, tuos,*
Comitum primos turba per annos,
Flemus m *dubios, miſeranda, toros,*
Nos n *Acheloi tecum ſolitæ*
Pulſare vadum, cùm iam tumidas
Verè peracto poneret vndas,
Graciliſque vado ſerperet æquo,
Nec præcipitem volueret amnem
o *Flauus rapido fonte Lycormas.*
Nos a *Palladias ire per aras,*
Et virgineos celebrare choros:
Nos b *Cadmeis* c *orgia ferre*
Tecum ſolitæ condita d *ciſtis,*
e *Cùm iam pulſo ſidere Brumæ*

l O Deianeira filia regis Oenei. m Repudium timentes. n Sup. v. 300. & 500. o Arenis flau' Lycormas fluuius Ætoliæ, qui poſteà Euenus dictus. a In Palladis honorem extructas. b Bacchi Thebis à Cadmo inſtitutis nati cultique. c Liberi patris ceremonias, & ſacra Oedip. verſ. 431. d Caniſtris, quæ ferebant κανηφόροι virgines e Cùm iam pulſato hyemali Piſcium ſidere tertij anni ſolſtitium æſtiuū calores

Tertia ſoles euocat æſtas,
Et [f] *ſpiciferæ conceſſa deæ*
Attica [g] *myſtas* [h] *claudit* [i] *Eleuſis.*
Nunc quoque fatum quodcunque times,
Fidas [k] *comites accipe fatis.*
Nam rara fides, vbi iam melior
Fortuna ruit.
Tu quicunque es, qui ſceptra tenes;
Licèt omne tuâ vulgus in aulâ
[l] *Centum pariter limina pulſet:*
Cùm tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen [m] *Erinnys,*
Et cùm magnæ patuere fores,
Intrant fraudes, cautique doli,
Ferrúmque [n] *latens. cùmque in populos*
Prodire parant, comes inuidia eſt.
[o] *Noctem quoties ſummouet Eos,*
Regem toties credite naſci.
[p] Pauci reges, non regna colunt:
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic regi proximus ipſi
Clarus claras ire per vrbes:
Vrit miſerum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit [a] *Iſtri; nec tota ſitim*
[*] *Lydia vincit;* [b] *nec quæ Zephyro*
Subdita tellus, ſtupet *aurato*
Flumine clarum radiare [c] *Tagum;*
Nec ſi totus ſeruiat [d] *Hebrus;*

inducit. *vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia*, tertio quoq; anno iterata in memoriam victoriæ Indicæ patris Liberi triēni expeditione partæ.
f Cereri à Triptolemo conceſſa.
g Herc. Fur. verſ. 849.
h Vt ſecreta ſint Eleuſinia ſacra.
i Hippol. verſ. 835. Herc. Fur. verſ. 301.
k Nos.
l Multa, propter ſatellitum & miniſtrorū frequentiam.
m Furia, Agamem. verſ. 82.
n Ad inſidias.
o Quoties rex inſidias noctis & mortē euaſerit, toties nouū aliū naſci credite, tantū periculi regib. minantur noctes ſingulæ.

p Plures colunt regias fortunas quàm perſonas. a Fl. Europæ maximi. b *Non Tarteſsiacis illum ſatiabit arenis Tempeſtas pretioſa Tagi; * non ſtagna rubentis Aurea Pactoli, totumq; exhauſerit Hermū, Ardebit maiore ſiti.* c Her. Fu. v. 1324. Thy. v. 353. d Thracia: cuius

Ruráque diues cingat [e] *Hydaſpes*
Intraque ſuos currere fines
Spectet toto flumine [e] *Gangem:*
Auidis, auidis [f] natura parum eſt.
Colit hic regem, regúmque lares,
[g] *Non vt preſſo vomere ſemper*
Nunquam ceſſet curuus arator,
Vel mille ſecent arua coloni:
Solas optat, quas donet, opes.
Colit hic reges, [h] *calcet vt omnes,*
Perdátque aliquos, nullúmque leuet.
Tantùm vt noceat, cupit eſſe potens.
Quota pars moritur [i] *tempore fati!*
Quos felices [k] Cynthia vidit,
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt, felix, idémque ſenex.
[l] Ceſpes Tyrio mollior oſtro,
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigiléſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus! [a] *Brutia Coro*
Pulſante fretum mitior vnda eſt,
Pectora pauper ſecura gerit.
[b] *Tenet è patulâ pocula fago,*
Sed non trepidâ tenet ipſa manu.
Carpit [c] *faciles viléſque cibos,*
[d] *Sed non ſtrictos reſpicit enſes.*
[e] Aurea miſcet pocula ſanguis.
Coniux modico nupta marito
Non diſpoſito clara monili
Geſtat pelagi [f] *dona* [g] *rubentis,*

Hebrus fl.
e Indiæ fl.
f Omne quod produxit natura.
g Non vt multa aret, poſſideat, acquirat, ſed vt habeat quas largiatur opes.
h Vt multos premat, opprimátque.
i *Sed miſera ante diem, nec ſiccâ morte.*
k Præcedentis noctis Luna.
l Terra gramine, herbiſq; virens.
a Fretum Siculum. Thyc verſ. 578.
b Cui *Terra rubens crater, pocula fagus* ſecuritatē præſtāt.
c Dapes inemptas.
d *Rarus venit in cœnacula miles* vel ad enſē reſpicit Damoclis ceruici iuſſu Dionyſij impendētem.
e *Helleniſm.* χρύσεον αἷμα κεράννυται σκύφοις. lethum ſeu lethale venenum auréis miſcetur poculis.
f Gemmas. g Erythræi maris. Thyeſt. verſ. 370.

Nec gemmiferas detrahit aures
h *Lapis Eoa lectus in vnda;*
Nec Sidonio mollis aheno
k *Repetita bibit lana rubores;*
Nec l *Mæonia diſtinguit acu*
Quæ m *Phœbeis ſubditus Euris*
Legit m *Eois* n *Ser arboribus.*
Qualibet herba tinxere colos,
Quas indocta neuere manus:
Sed o *non dubios fouet illa toros.*
p *Sequitur dira lampade Erinnys*
Quorum populi coluere diem.
q *Nec ſibi felix pauper habetur,*
Niſi felices cecidiſſe videt.
Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit vnum præbere diem,
Patrioſque a *puer concitat axes,*
Nec per ſolitum percurrit iter,
Sed Phœbeis ignota ſecat
Sidera flammis errante rota,
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli dum ſulcat iter,
b *Tenuit Latias Dædalus oras,*
c *Nullique dedit nomina ponto.*
Sed dum d *volucres vincere veras*
Icarus audet, patriáſque puer
e *Deſpicit alas,* f *Phœbóque volat*
Proximus ipſi; g *dedit ignoto*

h Elenchus è margarita Indica.
i Thyeſt verſ. 344.
k Dibapha, Tyrio bis murice tincta.
m Orientalib.
n Thyeſt. verſ. 378.
o Non ſuſpectos adulterij, vel repudium timentes. vt ſup. v. 390.
p Sed diſcors furia inauſpicatâ tædâ nuptiali (Theb. ver. 261 & 507. vel face furiali) Herc. Fur. verſ. 87. corũ thalamos perſequitur, quorum natales publicâ lætitiâ celebrantur, id eſt, principum.
q Tum ſe beatum agnoſcit pauper, vbi potentes ex alto gradu videt cecidiſſe.

a Phaëthon. b *Dædalus fugiens Minoia regna Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo, Chalcidicâque leuis tandem ſuper adſtitit arce*, id eſt, Cumis, quæ in Italia, pro cuius parte, quæ magna Græcia dicebatur, Latium ponit. c Quod fecit filius eius Icarus.
d Altiùs volitare quàm volucres veræ. e Altiùs ſubuectus patrem infrà volitantem videt. f Cuius calore liquefactâ, quâ conglutinabantur alæ, cerâ in mare decidit.

Nomina ponto.
Male perſantur magna ruinis.
h *Felix alius, magnúſque volet;*
Me nulla vocet turba potentem.
i *Stringat tenuis littora puppis.*
Nec magna meos aura phaſelos
Iubeat medium ſcindere pontum.
Tranſit tutos Fortuna ſinus,
Medióque rates quærit in alto,
Quarum feriunt k ſuppara nubes.
Sed quid pauido territa vultu,
l *Qualis Baccho ſaucia Thyas,*
Fertur rapido m *regina gradu?*
Quæ te rurſus fortuna rotat,
Miſeranda, refer. licèt ipſa neges,
Vultus loquitur, quodcunque tegis.

g Vide Oedip. verſ. 893.
h Volitet alius felix & magnus
i Radat, legat littora.
k Medea verſ. 328.
l *Qualis commotis excita ſacris Bacchatur Thyas.* vide Oedip. verſ. 442.
m Deianira.

ACTVS TERTIVS.

DEIANEIRA. CHORVS.

Deianeiram, periculo veneni ad ſolem expoſiti flammasq; concipientis facto, conſilij ſui pœnitet.

De. n V*Agus per artus errat excuſſos tremor:*
o *Erectus horret crinis. impulſis adhuc*
Stat terror animis, & p *cor attonitum ſalit,*
Pauidúmque trepidis palpitat venis iecur.
Vt fractus Auſtro pontus etiamnum tumet,
Quamuis quieſcat languidis ventis q *dies:*
Ita mens adhuc vexatur excuſſo metu.
Semel profecto premere felices deus
Cum cœpit, vrget. r hos habent magna exitus.

n *Gelidusq; per ima cucurrit Oſſa tremor.*
o Commeante ſc. ad cordis (quod corporis arx eſt) ſubſidium calore, externa algeſcunt, fitq; horripilatio, nec non --
p -- Καρδίας παλμὸς, qui inter diuinationes ſalitorias. q Tempeſtas. r Conatus grādes, anxios plerunq;

Ch. Quàm

Ch. *Quis tam impotens, ô miſera, te caſus rotat?*
De. *Vt miſſa palla eſt, tabe Neſſeâ illita,*
Thalamiſque mœrens intuli greſſum meis,
Neſcio quid anim[9] timuit, & fraudẽ [s] *ſtruit.*
Libet experiri [t] *ſolibus virus ferum,*
Flammiſq; Neſſus ſanguinem oſtẽdi arcuit,
Hic [u] *ipſe fraudes eſſe præmonuit* [u] *deus.*
Et fortè nullâ nube reſperſus iubar
Laxabat ardens feruidum Titan diem.
(Vix ora ſolui patitur etiam nunc timor)
Medios in ignes ſolis, & claram facem,
Quo tincta fuerat palla, veſtiſque illita,
Abiectus horret [a] *ſanguis, & Phœbi* [b] *coma*
Tepefactus ardet. vix queo monſtrũ eloqui.
Niues vt Eurus ſoluit aut tepidus Notus,
Quas vere primo lubricus perdit [c] *Mimas;*
Vtque inuolutos frangit Ionia ſalo
Oppoſita fluctus [d] *Leucas, &* [e] *laxus tumor*
In littore ipſo ſpumat: aut cœleſtibus
Aſperſa tepidis thura laxantur focis:
Sic languet omne virus, & perdit [f] *comam.*
Dúmq; ipſa miror, [g] *cauſa mirandi perit.*
Quin ipſa tellus ſpumeos motus agit.
Et quidquid illa tabe contactum eſt, labat,
([h] *Tumenſque tacita ſequitur, & quaſſat caput.)*
Natum pauentem cerno, & ardenti pede
Greſſus ferentem. prome, quid portes noui.

& calămitoſos habent exitus.
s Al. *Aſtruit*, id eſt, aſſerit me deceptam eſſe poſſe.
t Supra verſ. 536.
u Ipſe Neſſus, quem eadem Deianeira θεῖον χείρωμα dixit in Sophoc. Trachiniis. vide Thyeſt. verſic. 859. q. d. vel ipſe Neſſus δολοποιὸς, id eſt, fraudulenti & hoſtilis erga Herculẽ animi me monere potuiſſet ſubeſſe fraudem. vel, ſimpliciter intellige de deo, ſeu dæmone.
a Neſſi ſanguis Hydræ felle quo quo tinctæ fuerant Herculis ſagittæ, miſtus.
b Radiis. Hippolyt. verſic. 751.

c Ioniæ mons niuoſus. d Leucates, vid. Hippol. verſic. 1011.
e Vnda reiecta & diſſoluta, al *laſſus* & *lapſus*. f Lanam quâ inunxerat pallam. ὃ κάπασμα τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριε. Sophocl. id eſt, panniculum velleris quo veſtem perunxiſſet
g Lanailla. h Ἄτακτος hic verſus, atque legendum, *Timénſque*.

HYLLVS. DEIANIRA. NVTRIX.

Intellecto ex Hyllo funeſti muneris malo Deianira ſibi mortem conſciſcit.

Hyl. I, *profuge, quære ſi quid vlterius patet*
Terris, freto, ſideribus, Oceano, inferis.
Vltra i *labores, mater, Alcidæ fuge.*
De. *Neſcio quod animus grande præſagit malum.*
Hyl. k *Regna, triumpha, templa Iunonis pete:*
Hæc tibi patent, delubra præcluſa omnia.
De. *Effare, qui me caſus inſontem premat.*
Hyl. *Decus illud orbis, atque præſidium vnicum,*
Quem fata terris in locũ dederant l *Iouis,*
O mater, m *abijt, membra, & Herculeos toros*
Vrit lues n *Neſſea, qui domuit feras,*
Ille, ille victor, vincitur, mœret, dolet.
Quid quæris vltra? De. Miſerias properant ſuas
Audire miſeri. *fare, quo poſita in ſtatu*
Iam noſtra domus eſt. O lares, miſeri lares!
Nunc vidua, nunc expulſa, nunc feror obruta!
Hyl. *Non ſola mœres. Hercules toto iacet*
Mundo gemendus, fata ne, mater, tua
Priuata credas, iam o *genus totũ obſtrepit.*
Hunc, eiulatu quem gemis, cuncti gemunt.

i Regiones Herculis laboribus inſignes. k Sarcaſticè, triũpha quaſi re ſtrenuè geſta: ſacrifica, ſed Iunoni ſoli, cui Herculis mors læta obtigit, cæteris Diis mœſta. Inf. verſ. 1547. l Liberatoris, auxiliatoris, atq; intimare videtur Etym. vulgatam cui Iupiter. q. Iuuãs pater, meliùs tamen Iouis pater Iouis à l Heb. יהוה addito pater, ſic enim Dieſpiter, Neptunus pater, Saturnus pater, Marſpiter, &c. m Al. *obijt.* necdum autẽ obierat: de vita verò Herculis deſperat Hyllus. n Aliis: *Neſcio qua*, Neſciebat enim adhuc Hyllus quæ lues Herculem vreret, quod vt modulis concinat, emendare laborat Raphelengius, legitque. *Neſcio qua.* o Humanum genus.

Commune terris omnibus pateris malum.
Luctū occupaſti prima : non ſola Herculem
Miſeranda mœres. De. *Quam propè à leto tamen,*
Ede, ede, (quæſo) iaceat Alcides meus!
Hyl. *Mors refugit illum,* [p] *victa quæ in regno ſuo*
Semel eſt, nec audēt fata tam vaſtum nefas
Admittere. ipſa forſitan trepida colos
[q] *Clotho manu proiecit, & fatum Herculis*
Timet peragere. prô diem infandum diem
Hocne ille ſummo magnus Alcides eat
Ad fata & vmbras, atque [r] *peiorem polum?*
De. *Præcedere tu illum dicis? an poſſū prior*
Mortem occupare? fare, ſi non dum occidit.
Hyl. [ſ] *Euboica tellus vertice immenſo tumens*
Pulſatur omni latere. [t] *Phryxeum mare*
Scindit Caphareus, ſeruit hoc Auſtro latus,
At qua niuoſi patitur Aquilonis minas,
[u] *Euripus vndas flectit inſtabiles vagus,*
Septémq; curſu flectit, & totidem refert;
Dum laſſa Titan [x] *mergat Oceano iuga.*
Hic [a] *rupe celſa, nulla quam nubes ferit,*
Annoſa fulgent templa [b] *Cenæi Iouis.*
Vt ſtetit ad aras omne votiuum pecus,
Totúmque tantis gemuit armenti nemus:
Spolium leonis ſordidum tabo exuit,
Poſuitq; clauæ pondus, & pharetra graues
Laxauit humeros. [c] *veſte tunc fulgēs* [c] *tua,*

p Ab eodem Hercule ad inferos deſcē-dente.
q Et trib⁹ Parcis illa quę colum tenet. Herc. Fur. v. 558.
r Deteriorem polum nigrū, Antarcticum. vide Herc. Fu. verſ. 606. id eſt, ad inferos.
ſ Sophocl. illud in Trachiniis adumbrare voluit, Ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον Κηναῖόν ἐστιν. nec tamē conſequitur, neque vera eſt hæc Eubœæ deſcriptio. Capharei enim promontoriū ad ortum eſt, & Euripus ad occaſum. nec dici poteſt *Aquilonis minas pati*
t Helleſpontū. vid. Troad. verſ. 1032.

u Herc. Fur. verſ. 377. x Hercul. Fur. verſ. 25.
a Ioui in ſummis montibus ſacra facere ſolenne, vtpote Deorum ſummo. b In Cenæo Eubœæ promontorio culti.
Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Ioui.
c Pallâ à te miſſa.

d *Cana reuinctus populo horrentem comam,*
Succendit aras, Accipe has, inquit, focis
Non falſe e *meſſes genitor, & largo ſacer*
Splendeſcat ignis thure, quod f *Phœbum colens*
Diues g *Sabæis colligit truncis* g *Arabs.*
Pacata tellus, inquit, & cœlum, & freta;
Feris ſubactis omnibus victor redij.
h *Depone fulmen gemitus in medias preces,*
Stupente & ipſo, cecidit. hic cœlum horrido
Clamore complet. i *qualis impreſſa fugax*
Taurus bipenni vulnus & telum ferens,
Delubra vaſto trepida mugitu replet,
Aut quale mundo fulmen emiſſum tonat;
Sic ille gemitus ſidera & pontum ferit:
Et vaſta k *Calpe ſonuit: & voces* l *Cyclas*
Excepit omnis. hinc petra m *Capharides;*
Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.
Flentem videmus. n *vulgus* o *antiquā putat*
Rabiem rediſſe: tunc fugam famuli petunt.
At ille vultus ignea torquens face,
Vnū inter omnes quærit & ſequitur a *Licham.*
Complexus aras ille tremebundâ manu,
Mortem metu b *conſumpſit, & parum ſui*
Pœna reliquit; dúmq; tremebundum manu
Tenuit c *cadauer,* d *Hac manu, inquit hac ferar*

d Albâ populo Herc. Fur. vers. 892.
e Thura, cinnama, odores.
f Solem orientem adorans, vid. Troad. 110. vel orientalis.
g Arabes à Sabæis diſtinguere videtur, ita Virg. 8 Æneid *Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.* Qui tamen Felicis Arabiæ incolæ. *Solis eſt thurea virga Sabæis.*
h Neque enim illo opus eſt, ſubactis à me tyrannis.
i *Quales mugitus fugit cùm ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.*
k Hyperbole inſolĕtior, nec ferenda; lege ex correctione Lipſij *Chalcis*, quæ Euripo vicinior, & ſi non vero, veriſimili ſaltem conſonantior: cum Cyclada & Capharidas ſubiungat.
l Thyeſt. verſ. 593. n Famulorum. o Qua correptus Megaram & filios interemerat. Herc. Fur. act. 4. a Miniſtrum qui tunicam attulerat. b Metu penè exanimatus.
c Morti deſtinatum Licham, vel præ timore iam fermè mortuum. d Tam abiecti hominis manu.

(O fata!) victus? Herculem perimit [e] *Lichas.*
[f] *Ecce alia clades, Hercules perimit Lichā.*
Fata [g] *inquinātur.* [h] *fiet hic ſummus labor.*
In aſtra miſſus fertur, & nubes vago
Spargit cruore. talis in cœlum exilit
Arundo, [i] *Geticâ viſa dimitti manu.*
Aut quam [k] *Cydon excuſſit:* [l] *inferiùs tamen*
[*] *Fugiet arundo. corpus in pontum cadit;*
In ſaxa ceruix: funus [m] *ambobus iacet.*
Reſiſtite, inquit. non furor mentem abſtulit.
Furore grauius iſtud, atque irâ malum eſt.
[n] *In me iuuat ſæuire. vix* [o] *peſtem indicat,*
Et ſæuit. artus ipſe dilacerat ſuos,
Et membra vaſta carpit auellens manu.
Exuere amictus quærit. [p] *hoc ſolum Herculem*
Non poſſe, vidi. trahere conatus tamen,
[q] *Et membra traxit.* [r] *corporis palla horridi*
Pars eſt; & [q] *ipſa veſtis immiſcet cutem.*
Nec cauſſa diræ cladis in medio patet:
Sed cauſſa tamen eſt. vixq; ſufficiens malo.
Nunc [ſ] *ore terram languidus prono ferit;*
Nunc poſcit vndas. vnda non vincit malū.
[t] *Et nota quærit littora, & pontum occupat.*
Famularis illum retinet errantem manus.
O ſortem acerbam! fuimus Alcidæ [a] *pares.*

e Vilis famulus.
f Ecce alia non minor indignitas! ego ille monſtrorū domitor Hercules perimo viliſſimū ſeruitium Lichā.
g Tam contempti famuli cæde vel lege *Facta*, quaſi dicat, Geſta mea inquinantur.
h Cum contemptu indignantur ſibi contingere ſupremum hunc laborem.
i Getæ pop. Scythię Ponto vicini, ſagittandi peritiſſimi.
k Cretenſis, ab vrbe Cydone, vide Hippol. verſ. 812.
l Altiùs tamen Lichas proiectus quàm arundo Getica vel Cydonia. * Al. leg. *Et tela fugiunt, truncus in pontum cadit.* m Capiti & trunco.
n Non in alios, vt quondam, furens. o Virus.
p Non poſſe amictus exuere. q *Qua trahitur, trahit illa cutem, &c.* Ouid. 9. Metamorph.
r Adhæret ac ſi corporis pars eſſet. ſ Ἐσπᾶτο πέδοι γ', ϗ μετάρσιος βοῶν. t Al. leg. *Fluctiſona quærit littora, &c.*
a Poſtquàm illi vires ademiſſet virus.

Nunc [b] *puppis illum littore Euboico refert,*
Auſtérque lenis pondus Herculeum rapit.
De. [c] *Deſtituit animus membra, nox oculos premit.*
Quid, anime, ceſſas? quid ſtupes factum ſcelus?
Gnatum repoſcit Iuppiter, Iuno [d] *æmulum,*
Reddēdus orbi eſt. quod poteſt reddi exhibe.
Eat per artus enſis exactus meos.
Sic, ſic agendū eſt. [e] *tam leuis pœnas manus*
Tantas repoſcit? tolle fulminibus, [f] *ſocer,*
[g] *Nurum ſceleſtam* [h] *nec leui telo manus*
Armetur. [h] *illud fulmen exſiliat polo,*
Quo, ni fuiſſet genitus Alcides tibi,
[i] *Hydram cremaſſes; peſtem ut inſolitam* [k] *feri,*
Et ut nouerca peius iratâ malum.
Emitte telum, [l] *quale in errantem priùs*
Phaëthonta [l] *miſſum eſt. perdidi erepto Hercule*
Et ipſa populos. quid rogas telum deos?
Iam parce [m] *ſocero. coniugem Alcidæ necē*
Optare pudeat. hæc erit votum, manus,
A me petatur occupa ferrum ocyùs.
Quin deme ferrum. quidquid in mortem trahit,
Telum eſt abundè. rupe ab ætheria ferar
Hæc, hæc, renatum prima quæ poſcit diem,
[n] *Oeta eligatur. corpus hinc mitti placet.*
Abrupta cautes ſcindat, & partem mei

b A Cenæo Eubœæ promontorio nauiculâ ad Oetam vectus eſt, vbi expirauit.
c Hunc verſum Hyllo tribuūt alij, vtrique probè.
d A Iunone immiſſa monſtra & labores vincentem. ἔχθος κλέος.
e Lipſ. legit *tam leues pœnas manus Tantis* (id eſt, ſceleribus) *repoſcit?*
f Iupiter.
g Me.
h Fulminum. alia alba, vel nigra, quæ cæterorum deorum ſunt: alia rubra, quæ Iouis ſolius. atque ex his quædam minora, quæ moneant: maiora altera, quæ cum fragore miſſa diſcutiant: tertia maximè ignita, quæ adurant.
i Quam Hercules excuſſit Herc. Fur. verſ. 241.
k Percute me, Iunone illi nocentiorem.
l Vbi *ſæuos compeſcuit ignibus ignes.* Sup. verſ. 688.
m Ioui, ne impendat tibi fulmen.
n Herc. Fu. verſ. 134.

Ferat omne ſaxum pendeant laceræ manus,
Totúmque rubeat aſperi montis latus,
Leuis vna mors eſt, leuis, at extendi poteſt.
Eligere neſcis, anime, cui telo incubes.
Vtinam eſſet, vtinam a *fixus in thalamis meis*
Herculeus enſis! huic decet ferro immori.
Vna perire dexterâ nobis ſat eſt?
Coïte gentes. b *ſaxa & incenſas faces*
Iaculetur orbis, nulla nunc ceſſet manus.
Corripite tela, vindicem veſtrum abſtuli.
c *Impunè ſæui ſceptra iam reges gerent.*
c *Impunè iam naſcetur indomitum malũ.*
Reddentur d *aræ cernere aſſuetæ hoſtiam*
e *Similem colenti, ſceleribus feci viam.*
Ego f *vos tyrannis, regibus, monſtris, feris,*
Sæuíſque rapto vindice, oppoſui deis.
Ceſſas, g *Tonantis ſocia? non ſpargis facẽ,*
h *Imitata fratrem, & mittis ereptam Ioui?*
Méque ipſa perdis? i *laus tibi erepta inclyta eſt,*
Ingens triumphus: æmuli, Iuno, tui
Mortem occupaui. Nut. k *Quid domum impulſam trahis?*
l *Erroris iſtud omne, quodcunque eſt, nefas.*
Haud eſt nocens, quicunq; non ſponte eſt nocens.
De. Quicunque fato ignoſcit, & parcit ſibi,
Errare meruit, *mortę damnari placet,*
Nut. Nocens videri qui petit, mortem cupit.
De. m Mors innocentes ſola deceptos facit.

a *Arma viri, thalamo quæ fixa reliquit.* Dido 4. Æn.
b Supra verſic. 32.
c Sublato tyrãnorũ vindice ac monſtrorũ domitore Hercule.
d Innuit *illaudati Buſiridis aras.* Herc. Fu. verſ. 484.
e Humanam.
f Mortales.
g Soror & cõiux Iouis.
h Medea. v. 59.
i Quam petebas gloriam & triumphum ex interfecto Hercule tibi inuiſo, ego præripui tibi.
k Cur in ruinã trahis familiã noſtram patris iam nece quaſſatam?
l Al. *Erroris eſt hoc omne quodcunque eſt nefas.*
m Mors ſola approbat eos eſſe innocentes, qui per errorem peccarunt.

Nut. *Titana fugis?* De. *Ipſe me Titan* a *fugit.*

Nut. *Vitam relinquis miſera?* De. *At Alcidem ſequar.*

Nut. *Supereſt, & auras ille cœleſtes trahit.*

De. a *Vinci Hercules cùm potuit, hinc cœpit mori.*

Nut. *Natum relinques, fatáque abrumpes tua?*

De. b *Quamcumque natus ſepelit, hæc vixit diu.*

Nut. *Virum* c *ſequeris?* De. *Pregredi caſta ſolent.*

Nut. *Si te ipſa damnas,* d *miſera te ſceleris arguis.*

De. Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat.

Nut. Multis remiſſa eſt vita, quorum error nocens,
Non dextra fuerat *fata quis damnat ſua?*

De. Quicumq; e *fata iniqua ſortitus fugit.*

Nut. *Hic ipſe Megaram nempe confixam ſuis*
Stravit ſagittis, atque f *natorum indolem,*
g *Lernæa figens* g *tela furibundâ manu.*
h *Ter parricida factus, ignouit tamen*
Sibi. nam furoris fonte Cyniphio ſcelus
Sub axe Libyco terſit, & dextram abluit.
Quò miſera pergis? quid tuas dãnas manus?

De. *Dãnat meas deuictus Alcides manus.*
k *Fraudem placet punire.* Nut. *Si noui Herculem,*

a Non ſuſtinet me ſceleratam contueri.

a Vbi primùm cedere cœpit Neſſæo veneno, tum mori cœpit. quod & latiùs intelligi poteſt.

b Al. leg. *Quæcunque natum ſepelit, hæc vixit diu.*

c Morte.

d Redeam ſceleris & cauſæ mortis.

e Mortem petit, vt iniqua fata vel fugiat, vel vindicet.

f Natos ex Megara Helleniſm. [illegible]

g Sagittas Hydræ felle tinctas.

h Tres natos occiderat, vel vt alij, duos cum vxore vide Herc. Fur. act 5.

i Africæ fluuio inter duas Syrtes. innuere autem videtur Iouis Ammonis fontem, ſed Athenis Herculem expiaſſe dictum verſ. 1341. Herc. Fu.

k Quod à Neſſo decepta Herculem deuicerim, credulitatis pœnas à me lubet expoſcere.

l *Aderit cruenti forſitan victor mali,*
Dolórque fractus cedet Alcidæ tuo.
De. *Exedit artus virus, vt fama eſt, Hydræ.*
Immenſa peſtis coniugis membra abſtulit.
Nut. *Serpentis illi virus enectæ autumas*
Haud poſſe vinci, qui malũ & viuum tulit?
Eliſit Hydram, dente cùm infixo ſtetit
Mediâ palude victor, m *effuſo obrutus*
Artus veneno. ſanguis hũc Neſſi opprimet,
Qui vicit ipſas horridas Neſſi manus?
De. Fruſtra tenetur ille qui ſtatuit mori.
Proinde lucem fugere decretum eſt mihi.
Vixit ſatis, quicumque cum Alcide occidit.
Nut. *Per has aniles ecce te ſupplex comas,*
Atque vbera iſta b *penè materna obſecro,*
Depone tumidas pectoris læſi minas,
Mortiſque diræ expelle decretum horridũ.
De. *Quicunq; miſero fortè diſſuadet mori,*
Crudelis ille eſt c *interim pœna eſt mori.*
d *Sed ſæpe donum in pluribus veniæ fuit.*
Nut. e *Defende* f *ſaltem dexteram, infelix, tuam,*
Fraudiſque facinus eſſe, non nuptæ ſciat.
De. *Defendar* f *illic. inferi ſoluent ream.*
A me ipſa damnor. purget has Pluto manus.
Stabo ante ripas g *immemor,* g *Lethe, tuas,*
Et vmbra triſtis coniugem excipiam meũ,
Sed h *tu,* i *nigrantis regna qui torques poli,*

l Hercules euincet Neſſæũ hoc virus, vt alia pleraque mala.

m Membra habens ſuffuſa veneno, quod in illum euomuit Hydra.

a *Inſtat anus, canasq; ſuas & inania nudans Vbera, per cunas alimentaq; prima precatur.* vide Hippol. verſ. 245.

b Magnam enim habet matris partem nutrix.

c Interdum ſup. verſ. 486. quatenus mori cupiens vetatur.

d Pœna eſt & mors, quæ tamen ſæpe in partem veniæ conceditur.

Al. *hunc verſum nutrici tribuunt, ſed minùs rectè.*

e Sed dextram cohibe, ne iam voluntarij ſceleris conſcia ſit, quæ priùs decepta alienæ fraudis miniſtra tantùm fuit.
f Apud inferos. g Herc. Fur. verſ. 679.
h O Dis. i Agamemn. verſ. 750.

Para [k] *laborem, ſcelera quæ quiſque auſus eſt,*
Hic vicit error. Iuno non auſa Herculẽ eſt
Eripere terris, horridam pœnam para.
[l] *Siſyphia ceruix ceſſet, & noſtros lapis*
Impellat humeros, me [m] *vag⁹ fugiat latex,*
Meámque fallax vnda decipiat ſitim.
Merui manus præbere [n] *turbinibus tuis,*
Quæcunque regem Theſſalũ torques, rota.
[o] *Effodiat auid⁹ hinc & hinc vultur fibras.*
[p] *Vacat vna Danais; has ego explebo vices.*
[a] *Laxate manes, recipe me comitem tui,*
[b] *Phaſiaca coniux, peior hac, peior tuo*
Vtroque dextra eſt ſcelere, [c] *ſeu mater nocens,*
[d] *Seu diræ ſorores, adde me comitem tuis,*
[e] *Threicia coniux, ſceleribus, gnatam tuã,*
[f] *Althæa mater, recipe; nunc veram tuam*
Agnoſce [g] *prolem, quid tamen tantum manus*
[h] *Veſtræ abſtulerunt? claudite* [i] *Elyſium mihi,*
Quæcunque fida coniuges nemoris ſacri
Lucos tenetis. ſi qua reſperſit manus
Viri cruore, nec memor caſtæ facis
Stricto cruenta [k] *Belias ferro ſtetit,*
In me ſuas cognoſcat & laudet manus.

k Cruciatum meo dignum errore, qui omnia aliorum vitia ſuperat.
l Hyppol. verſ. 1226.
m Thyeſt. verſ. 152.
n Rotationibus, & reuolutionibus tuis, O rota, qua voluitur Ixion Herc. Fu. verſ. 749.
o Hippol. verſ. 1218.
p Omnes Danaides crudelitatis ſuæ pœnas apud inferos dant, vnâ exceptâ: vt Herc. Fu. verſ. 499. vna ergo vacat ſedes: Iſtum ergo locum qui vacat, occupare Deianira poſtulat ipſa quoq; criminis eiuſdem rea.

a Vt mihi ſit ſpatium. *laxátque foros* 6. Æneid. b Medea Colchis. *Hippolyt.* verſ. 561 *& tota Med.* c Vbi filios interfeciſti. Med. Act. 1. d Vbi Abſyrtum fratrem diſcerpſiſti Med. verſ. 41. & 129. e Procne Terei regis Thracij vxor. Agamemn. verſ. 665. & ſup. verſ 191. f Med verſ. 799. Agamemn. verſ. 208. g Sceleris tui æmulam, ſic apud Ouid. *Tu quoque cognoſces in me, Meleagre, ſororem.* h Si cum meis conferantur, quæ illum Heroa Herculem ſuſtulerunt. i Beatorum ſedes Troad. verſ. 942. k Beli neptis, Danai filia. Herc. Fur.

In hanc abire coniugum turbam libet
Sed & illa fugiet turba tam diras manus.
Inuicte coniux, innocens animus mihi,
Sceleſta manus eſt. prô nimis mens credula,
Prô Neſſe fallax! namque ſemiferi dolis
Auferre cupiens pellici, eripui mihi.
Recede, m *Titan; túque quæ blandâ tenes*
In luce miſeros, vita: caritura Hercule
Lux vilis iſta eſt. exigam pœnas tibi,
Reddámque vitam. fatáne extendo mea?
Mortémq;, coniux, n *in tuas ſeruo manus?*
Virtúſne ſupereſt aliqua, o *& armatæ manus*
Intendere arcum tela miſſurum valent?
p *An arma ceſſant, téque languenti manu*
Non audit arcus? ſi poteſt letum dare,
Animoſe coniux, dexteram exſpecto tuam.
a *Mors differatur. frange vt inſontẽ Lichã;*
Alias in vrbes ſparge; & ignotum tibi
Emitte in orbẽ. perde, vt b *Arcadiæ nefas,*
Et quidquid aliud reſtitit. c *ab illis tamen*
Coniux rediſti. Hyl. *Parce iam, mater, precor,*
Ignoſce fatis. error à culpa vacat.
De. *Si vera pietas, Hylle, quærenda eſt tibi,*
Iam perime matrem. pauida quid tremuit manus?
Quid ora flectis? hoc erit pietas ſcelus.
Ignaue, dubitas? Herculem eripui tibi,
Hæc, hæc peremit dextra, cui debes patri
Auum Tonantem. d *maius eripui decus,*
Quàm in luce tribui. ſi tibi ignotũ eſt nefas,

verſ. 498.
l Centauri biformis Neſſi.
m Sol *Med.* verſ. 5.
n Vt à te interficiar.
o Reſpiciat Megarã & liberos ab Her. Fur. interfectos. Al. leg. *Virtúſne ſupereſt aliqua Sarmatica? & manus Intendere arcum miſſurũ valet?* hoc ſenſu? Si adhuc viribus pares, non tibi ipſi, nec virilioribus, ſed fœminis Amazonibus, & arcum iis ereptum tendere potes in meam mortem; dextrâ meâ non vtar. Sarmatas fuiſſe Amazonas, vſáſq; arcu & ſagittis, legi eſt, Agamem. verſ. 844.
p An fortè veneni vi victus arcum tendere & ſagittas mittere non vales?

a Meâ manu decreta. b Mænalium ſuem.
c Victor, quod à meo ſcelere non potes. d Patrem tollendo

A matre diſce. ſeu tibi iugulo placet
Merſiſſe ferrum, ſiue maternum libet
Inuadere vterum; mater intrepidum tibi
Prebebit animum, non erit totum ſcelus
A te peractum. dexterâ ſternar tua,
Sed mente noſtrâ. e *natus Alcide times?*
f *Ita nulla peragas iuſſa. nec frangens mala*
Erres per orbem. ſi qua naſcetur fera,
Referas parentem. dexteram intrepidam
paras.
Patet ecce plenum pectus ærumnis feri.
Scelus remitto: dextera parcunt tua
g *Eumenides ipſæ.* h *verberũ crepuit ſonus.*
Quænam iſta i *torquens angue vipereo*
comam
Temporibus atras ſquallidis pinnas quatit?
Quid dira me flagrante proſequeris face,
k *Megara? pœnas poſcit Alcides. dabo.*
Iámne l *inferorum,* m *Diua, ſedere* l *arbitri?*
Sed ecce, diras carceris video fores.
n *Quis iſte ſaxum immane detritis gerit*
Iam ſenior humeris? ecce, iam vectus lapis
Quærit relabi. n *membra quis præbet rotæ?*
Hic ecce pallens dira o *Tiſiphone ſtetit,*
Cauſſam popoſcit parce verberibus, precor,
Megæra, parce; ſuſtine Stygias faces.
p *Scelus eſt amoris. ſed quid hoc? tellꝰ labat,*
Et aula tectis crepuit excuſſis. q *minax*
Vnde iſte cœtus? totus in vultus meos

quam te in lucem pariendo. e Emphaticè. q. d. ab intrepido patre degeneras ſi ti meas.
f *Adiurantiũ.* Sic nulla vnquam, per orbem vagans iuſſuſque vt pater tuus ab Euryſtheo, perdas monſtra, ſi mihi parcas. Sic patrẽ monſtrorum domitorem referas ac repræſentes, vt me intrepidus peremeris.
g Furiæ vltrices quæ ſcelera perſequi ſolent. reſpicitq; poëta ad Oreſtis furias.
h Furens adeſſe ſibi furias imaginatur.

i Thyeſt. verſ. 78 & 97. Agamem. verſ. 82. Herc. Fu. verſ. 100.

k Ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν. l Herc. Fur. verſ 732. m O furia.
n Siſyphum ſibi vid ſſe videtur, & Ixiona.
o Ἀπὸ τοῦ τίειν τοὺς φόνους. p Vt Herculis amorem à pellice ad me transferrem. q Furenti videtur irruere populus, qui non irruit.

Decurrit orbis, hinc & hinc populi * fremunt.
Totúſque poſcit vindicem mundus ſuum.
Iam parcite, vrbes. quò fugam præceps agam?
Mors ſola portus. dabitur ærumnis locus.
Teſtor nitentis flammeam Phœbi rotam,
Superóſque teſtor, Herculem terris adhuc
Moritura linquo. Hyl. r Fugit attonita. hei mihi!
Peracta iam pars matris eſt. ſtatuit mori.
ſ Nunc noſtra ſupereſt, mortis auferre impetum.
t O miſera pietas! ſi mori matrem vetas,
u Patri es ſceleſtus. ſi mori pateris tamen,
In matre peccas. ſurgit x hinc illinc nefas.
Inhibenda tamen eſt. pergam, & eripiam ſcelus.

* Al. premunt

r Receſſit ſcilicet à ſcena, ne ſe coram populo trucidaret.
ſ Meæ reſtant partes, vt matrem mori volentem impediam.
t Rurſum ſe corrigit dubi⁹.
u Quem illa interfecit.
x A patris parte, & à matris.

CHORVS.

Sumptâ ab Herculis robore labefactato occaſione, Chorus omnia interitui obnoxia, nihil natum æternum canit. quam ſententiam ab auctore Orpheo commendat, eiuſque artem obiter celebrat.

VErum eſt, quod cecinit a ſacer
Threſſæ ſub Rhodopes iugis,
Tangens Threïciam chelym,
Orpheus, b Calliopæ genus:
Æternum fieri nihil.
c Illius ſtetit ad modos
Torrentis rapidi fragor,
d Oblitúſque ſequi fugax
Amiſit liquor impetum:
Et dum fluminibus mora eſt,

a Muſarum vates ſacer, interpréſq; deorum.
b Calliopeſ & Oeagrij fl. filius, al. Apollinis.
c Medea verſ. 625.
d Flumina ſiſtebat cantu.

Defeciſſe putat e *Geten.*
Hebrum t *Biſtones vltimi.*
Aduexit volucrem nemus,
g *Et ſylua reſidens venit;*
Aut ſi qua aëra peruolat,
Auditis vaga cantibus
Ales deficiens cadit.
Abrupit ſcopulos h *Athos,*
i *Centauris obitum ferens,*
Et iuxta Rhodopen ſtetit
Laxatâ niue cantibus.
Et k *quercum fugiens ſuam,*
Ad vatem properat k *Dryas,*
Ad cantus veniunt ſuis
Ipſa cum latebris fera.
Iuxtáque impauidum pecus
Sedit l *Marmaricus leo,*
Nec damæ trepidant lupos.
Et ſerpens latebras fugit,
m *Tunc oblita veneni.*
Quin per n *Tænarias fores*
o *Manes cùm tacitos adit,*
p *Mœrentem feriens chelym,*
Cantu Tartara flebili,
Et triſtes Erebi deos
Mouit: nec timuit Stygis
q *Iuratos ſuperis lacus*
Hæſit r *non ſtabilis rota*
Victo languida turbine,
Increuit ſ *Tityi iecur,*
Dum cantus t *volucres tenet.*

e Thracium, Scythicum. ſup. verſ. 819. f Herc. Fur. verſ. 215. g Ioſ. Scal *Et ſyluas reſides vehit.* h Med. v. 719. i Quos ruina oppreſſerat. al. *Centauros obiter ferens.* prior lectio placet. k Singulis arborib⁹ Nympham præeſſe credebãt antiqui, quam, quòd vnà cum arbore naſceretur moreretúrq;, Hamadryadem nuncupabant, cum Dryas ſit quæ toti nemori ſyluæque præſit. *Querquetulana*, à δρῦς. l Ferox inſtar Libyci leonis. Agam. v. 735. m Al. *Tunc oblita mali.* n Herc. Fur. verſ. 586. o Herc. Fur. verſ. 570.

p Ipſe mœſtus ob Eurydices mortem. q Hercul. Fu. 711. r Non priùs ſtare ſolita Ixionis rota. ſ Hippolyt. verſ. 1228. t Vultures qui Tityi iecur depaſcebantur. *Nec carpſere iecur volucres.*

Audito quoque u *nauita*
Inferni ratis æquoris
x *Nullo remigio venit.*
y *Tunc primum Phrygius ſenex*
Vndis ſtantibus immemor
Excuſſit rapidam ſitim.
Nec pomis adhibet manus.
Sed cùm linqueret inferos
Orpheus carmina fundens,
Et vinci lapis z *improbus,*
Et vatem potuit ſequi.
Conſumptas iterum a *deæ*
Supplent Eurydices colos.
Sed dum reſpicit immemor,
Nec credens ſibi redditam
Orpheus Eurydicen ſequi,
Cantus b *præmia perdidit.*
Quæ c *nata eſt iterum, perit.*
Tunc ſolamina cantibus
Quærens, flebilibus modis
Hæc Orpheus cecinit d *Getis:*
Leges in ſuperos datas,
(Et qui tempora digerens
Quatuor præcipitis deus
Anni diſpoſuit vices)
Nulli non auidas * colo
Parcas ſtamina nectere.
e Quod natum eſt, poterit mori.
Vati credere Thracio
Deuictus iubet Hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cùm veniet dies;
Auſtralis polus obruet
Quidquid per f *Libyam iacet,*
Et g *ſparſus Garamas tenet.*

u Portitor Charon.
x Aduolante Charõtis cymbâ abſq; remigis operâ.
y *Nec Tantalus vndam captauit refugam.*
z Durus qui inferna ſepta claudit. *vel* Siſyphi⁹ lapis.
a Parcæ reſtituũt Eurydices vitæ ſtamina.
b Eurydicen ſibi redditam.
c Cui reſtituta vita fuit.
d Sup v. 819. Tres iſtos verſ⁹ vncinulis incluſos, vt pote huic loco malè conuenientes tranſponit I. Rutgerſius, vt ſequantur verſum 1109. *Boreas ferit. Et qui tempora dirigẽs. & c. 6. c. 2. l. var. lect.*
* Al. *polo.*
e Πᾶν τὸ γενόμενον φθαρτόν. omne ortum occidit. Cui naſci cõtigit, reſtat mori.
f Africam.
g Interioris Libyę incola vag⁹

Arctous polus obruet
Quidquid ſubiacet axibus,
h *Et ſiccus Boreas ferit.*
Amiſſum trepidus polo
Titan excutiet diem.
Cœli regia concidet,
Certos atque obitus trahet.
Atque omnes pariter i *deos*
Perdet mors aliqua, & k *chaos.*
Et l *mors fata nouiſſima*
In ſe conſtituet ſibi
Quis m *mundum capiet locus?*
Diſcedet via tartari,
Stratis vt pateat polis?
An quod diuidit æthera
A terris ſpacium, ſat eſt
Et mundi nimium malis?
n *Quis tantum capiet nefas*
Fratrum? quis ſuperis locus?
Pontum, ſidera, tartara,
o *Regna vnus capiet tria.*
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet?
Eſt, eſt Herculeus ſonus.

h *Et quidquid Borea penetrabile frigus adurit nubifugus, viarum ſcopa Boreas.*
i Sidera, ſtellas, Thyeſt. verſ. 890. vel Deos, qui Stoicis mortales.
k Hercul. Fu. verſ. 609.
l Mors fati domina & ipſa peribit.
m Sphæras cœleſtes, pulchramque hãc machinam.
n Quis locus capiet diſſolutum iam triplex regnum Iouis, Neptuni, Plutonis?
o Miſta iam & confuſa.

ACTVS QVARTVS.

HERCVLIS. CHORVS.

Eiulans Hercules conqueritur, indignè ferent ſe indignâ morte perire, fœmineis ſcilicet dolis.

Her. C*Onuerte, Titan clare, anhelantes equos,*
p *Emitte noctem* q *pereat hac mundo dies,*
Quo moriar: q *atrâ nube inhorreſcat polus.*

p Abſentiâ tuâ.
q Noctis nubiúmque velũ intendatur, ne morientem me

Obſta

Obſta nouercæ. nunc, pater, cæcum chaos
Reddi decebat. hinc & hinc compagibus
Ruptis vterque debuit frangi polus.
a *Quid parcis aſtris? Herculem amittis, pater.*
Nunc parte in omni, Iupiter, ſpecta poli,
Ne quis gigas Theſſalica iaculetur iuga,
Et fiat b *Othrys pondus Encelado leue.*
Laxabit atri carceris iam iam fores
Pluton ſuperbus: vincula excutiet c *patri,*
Cœlúmque reddet. ille, qui d *pro fulmine*
Tuiſque facibus, natus in terris eram,
e *Ad Styga reuertor. ſurget Enceladus ferox*
f *Mittétque, quo nunc premitur, in ſuperos onus.*
Regnũ omne, genitor, ætheris g *dubium tibi*
Mors noſtra faciet. antequam h *ſpolium tui*
Cœlum omne fiat, conde me tota, pater,
Mundi ruina. i *frange, quem perdis, polum.*
Ch. *Non vana times, nate Tonantis,*
Iam k *Theſſalica Pelion Oſſa*
Premet; & Pindo congeſtus Athos
Nemus ætheriis inſeret aſtris.
Vincet ſcopulos inde l *Typhoëus,*
Et Tyrrhenam feret l *Inarimen.*
Feret m *Ætnæos inde caminos,*
Scindétque, latus n *montis aperti,*
Nondum Enceladus fulmine victus.
Iam te cœli ſigna ſequentur.

Iuno videns triumphet.

a Cur autem non polos frãgas? cur cœlo parcas? cui, ſublato iã Hercule, bellũ ex nouo inferent Gigãtes. Herc. Fur. verſ. 970.

b Encelado quidem Ætna impoſita. Her. Fu. ver. 80. Sed Othryn dixit pondus leue, quod torqueat & iaculetur in duos Enceladus. ſic infra verſ. 1146.

c *Saturno tenebroſa in Tartara miſſo.* vide Herc. Fu. verſ. 964.

d Loco fulminis tui in ſęuos tyrannos. ſup. verſ. 5.

e Vnde priùs reuerſus Cerberũ extraxi.

f Iaculabitur Ætnam. Herc. Fu. verſ. 80.

g Incertæ poſſeſſionis propter Gigantes. h Tibi ereptum. i Frange potiùs quàm perdas cœlum. k Herc. Fur. verſ. 970. Agamemn. verſ. 331. l Thyeſt. verſic. 807. *Durumq; cubile Inarime Iouis imperiis impoſta Typhæo.* m Herc. Fur. verſ. 106. n Ætnæ.

Her. *Ego, qui* [o] *relictâ morte, contemptâ Styge,*
Per media Lethes ſtagna cum [p] *ſpolio redij,*
Cùm penè trepidis excidit Titan equis:
Ego, quem [q] *deorum regna ſenſerut* [q] *tria,*
Morior: [a] *nec vllus per meum ſtridet latus*
Tranſmiſſus enſis: haud mea telum necis
Saxum eſt, nec [b] *inſtar mõtis abrupti latus,*
Aut totus [c] *Othrys, non truci vultu* [d] *Gygis,*
Pindo cadauer obruit toto meum.
Sine hoſte vincor: quódque me torquet magis,
([e] *O miſera virtus!) ſummus Alcidæ dies*
Nullum malum proſternit: [f] *impendo, hei mihi,*
In nulla vitam facta. prô mundi arbiter,
Superíque, quondam dextera teſtes meæ!
Prô cuncta tellus, Herculis veſtri placet
Mortem perire? dirus ô nobis pudor,
O turpe fatum! fœmina Herculeæ necis
Auctor feretur: auctor Alcidis [g] *quibus?*
[h] *Inuicta ſi me cadere fœmineâ manu*
Voluere [h] *fata,* [i] *perque tam turpes colos*
Mea mors cucurrit, cadere potuiſſem, hei mihi,
Iunonis odio: fœmina caderem minis,
Sed cœlum habentis ſi nimis ſuperis fuit,
Scythico ſub axe genita domuiſſent meas
Vires [k] *Amazon.* [l] *fœmina cuius manu*

o Hercul. Fu. verſ. 611.
p Cerbero.
q Iouis, Neptuni, Plutonis. in æthere n. Stymphalidas, in aquis Hydram, in inferno Cerberum vicerat.
a κ' ὐ ἐπὶ λόγχη πεδίας, οὔθ' ὁ γηγενὴς στρατὸς γιγάντων, &c. Γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα, κ' οὐκ ἀνδρὸς φύσιν, Μόνη δὴ κατῆλεψα σγανυδίχα.
b Delrius emendat. *inſtat.*
c Mons Theſſal.
d Gigas Briarei frater.
e Ω τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθα ἄλλος, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν.
f Δυσχερὲς τὸ δι τινῦτι θάνατον, &c. etiam fortis ęgrè fert ſibi non viriliter pereundum, atque vbi viribus non eſt locus. g Monſtris tyrannis, gigantibus, feris? h Inexorabile fatum. i Tam ingloria Parcarum de me decreta, vt fœmineâ peritem manu. k Hippolyte. Herc. Fu. verſ. 142. L Nunc autem quàm vilis fœminæ manu pereo, qui Iunoni dignus viſus ſum hoſtis.

Iunonis hoſtis vincor? m *hinc grauior tui,*
Nouerca, pudor eſt. quid diem hunc lætum vocas?
n *Quid tale tellus genuit iratæ tibi?*
Mortalis odia fœmina exceſſit tua.
Adhuc furebas eſſe te Alcidæ imparem.
o *Victa es duobus:* p *pudeat irarum deos.*
Vtinam meo cruore ſatiaſſet ſuos
a *Nemæa rictus peſtis! aut* b *centum anguibus*
Vallatus Hydram tabe pauiſſem meâ!
Vtinam fuiſſem præda c *Centauris datus!*
Qui inter vmbras vinctus, d *æterno miſer*
Saxo ſederem, e *ſpolia cùm traxi* e *vltima*
Fato ſtupente. nunc f *ab infernâ Styge*
Lucem recepi, Ditis euici moras.
Vbique me mors fugit, g *vt leto inclyto*
Fortis carerem ô feræ victæ, ô fera!
Non me triformis h *ſole conſpecto canis*
Ad Styga reduxit: non ſub Heſperio polo
i *Ibera vicit turba* i *paſtoris feri,*
Non k *gemina ſerpens, perdidi mortem, hei mihi,*
Toties honeſtã. l *titulus extremus quis eſt?*
Ch. *Viden, vt laudis conſcia virtus*
m *Non Lethæos horreat amnes?*
Pudet auctoris, non morte dolet,
Cupit extremum finire diem

m Cùm mẽ perdat muliercula quod tu facere non potuiſti.
n Quod monſtrum genuit tell⁹ in tui mihi infeſtæ gratiam pernicioſius quàm Deianiram?
o A me priùs, nunc à Deianira, quæ plus in meam perniciem valuit, quàm tu dea.
p Si mortales plus poſſint.
a Leo Nemeę⁹ Herc. Fu. verſ. 225.
b Circumdatus fœcundę capitibus Hydræ mortem extimuiſſẽ ſanguine meo ab Hydræ veneno in tabem verſo.
c Quos in mõte Pholoë occidi & profligaui.
d Reſpicit ad ſaxum cui adhæſit Theſeus. *Sedet, æternumque ſedebit infelix Theſeus.* e Cerberũ, id eſt, mortem, rerum terminum. Herc. Fu. 189. f Ab inferis redij, Herc. Fu. v. 611. g Lipſius ex M. S. *Vt telo inclytæ Mortis carerem.*
h Herc Fu. verſ. 813. i Geryonis trigemini Herc. Fu. v. 132. k Angues duo, quos à Iunone immiſſos eliſi iã in cunis vagiẽs. Herc. Fu. verſ. 215. *vel* Hydra & Atlantica. l Atque ecce in honeſtã tandem morte pereo. m Mortem non horret, ſed ingloriæ mortis ge-

Vaſtâ preſſus mole Gigantum,
Et n *montiferum Titana pati,*
Rabidæque necem debere feræ.
o *Si tua cauſſa eſt miſeranda necis,*
Quòd nulla fera eſt, nullúſque Gigas,
Iam quis dignus necis Herculeæ
Supereſt auctor, niſi dextra tui?
Her. * *Heu qualis intus Scorpius, quis* p *feruidâ*
Plagâ reuulſus Cancer infixus meas
Vrit medullas? ſanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Diſtendit: ardet felle ſiccato iecur,
Totúmq; lentus ſanguinem auexit a *vapor.*
Primā cutem conſumpſit, hinc aditus nefas
In membra fecit, abſtulit coſtis latus,
Exedit artus penitus, & totas b *malum*
Hauſit medullas: oſſibus vacuis ſedet.
Nec oſſa durant ipſa, ſed c *compagibus*
Diſcuſſa ruptis mole collapſa fluunt.
Defecit ingens corpus, & d *peſti ſatis*
Herculea non ſunt membra. prô, quantum eſt malum,
Quod eſſe vaſtum fateor! ô dirum nefas!
En cernite, vrbes, cernite ex e *illo Hercule*
Quid iam ſuperſit. Herculē agnoſcis, pater?
f *His ne ego lacertis ſpolia* g *Nemeæi mali*
Eliſa preſſi? tenſus hac arcus manu
Aſtris ab ipſis * *depulit* h *Stymphalidas?*
His ego citatam greſſibus vici feram,
Radiante clarum fronte geſtantem caput?
His fracta k *Calpe manibus eliſit fretum?*
His tot feræ, tot ſcelera, tot reges iacent?

neris pudet. ſupra verſ. 1172.
n Enceladum, Typhoëa, Gygen ſupra verſ. 1167. Al. *monſtriferum.*
o Ioſ. Scal. ſuſpicatur legendum. *Si cauſa eſt tua miſeranda necis.*
* Al. leg. *Eheu quis intus, &c.*
p E Zodiaco, in quem Iuno Cancrum trāſtulerat Theſt verſ. 852. in pœnas meas reuerſus.
a Color veneni.
b Nefandum
c Neruis, ligamentis, tendinibus.
d Graſſanti veneno
e Victore, domitore.
f *His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis, &c.*
g Herc. Fur. verſ 123.
* Al. leg. *detulit.*
h Herc. Fur. verſ. 243.

i Ceruam aureis radiantem cornibus. Herc. Fur. verſ. 223.
k Bimaris è columnis Herculis vna. vid. Herc. Fu. verſ.

l *His mundus humeris ſedit?* [m] *hæc moles mei eſt?*
Hæc ne illa ceruix? has ego oppoſui manus
Cœlo ruenti? [n] *cuius, ô, cuſtos manu*
Trahetur vltra Stygius? [o] *ô, vires priùs*
In me ſepultæ! quid patrem appello Iouem?
Quid per Tonantem vindico cœlum mihi?
Iam iam meus credetur Amphytrio pater.
Quæcunque peſtis viſcere in noſtro lates,
Procede. quid me vulnere occulto petis?
a *Quis te ſub axe frigido pontus Scythes,*
Quæ pigra Tethys genuit, [a] *aut Maurum premens*
Ibera Calpe litus? ô dirum malum!
Vtrumne ſerpens ſquallidum criſtâ caput
Vibrans? an aliquod eſt mihi ignotum malum?
Numquid cruore es genita [b] *Lerneæ feræ?*
c *An te reliquit Stygius in terris canis?*
d *Omne es malum,* [e] *nullúmque. quis vultus tibi eſt?*
Concede ſaltem ſcire, quo peream malo.
f *Quæcunq; peſtis, ſæua quæcunq; es fera,*
g *Palàm timeres: quis tibi in medias locum*
Fecit medullas? ecce, diruptâ cute
Viſcera manus detexit, vlterior tamen
Inuenta latebra eſt. ô malum [h] *ſimile Herculi!*
Vnde iſte fletus? vndo in has lacrymæ genas?
Inuictus olim vultus, & nunquam malis
Lacrymas ſuis præbere conſuetus (pudet!)
Iam flere didicit: quis dies fletŭ Herculis,
Quæ terra vidit? [i] *ſiccus ærumnas tuli.*
k *Tibi illa virtus, quæ tot eliſit mala,*
k *Tibi ceſſit vni. primò, & ante omnes mihi*

l Herc. Fur. verſ, 68. *Hac cælum ceruice tuli?*

m Hoccine corpus illud meum quondam toroſum?

n Quis poſthac Cerberum ab inferis extrahet?

o Lipſ. *vbi vires priùs In me? ſepultæ.*

a Vnde hoc venenũ à mari Scythico, Boreali, aut Atlantico?

b Hydræ.

c An Aconitũ illud es, è Cerberi ſpuma?

d Ex effectu.

e Quia non appares?

f Al. *Quæcunque peſtis ſiue quæcunque es fera.*

g Prodires ſaltem, meque aperto Marte aggredereris.

h Inuictum, indomitum.

i Siccis oculis, non lacrymantibus.

k O virulenta peſtis.

Fletum l abſtuliſti. durior ſaxo horrido
Et chalybe vultus, & vagâ m Symplegade,
Rictus meos infregit, & lacrymam extulit.
Flentem, gementẽ, n ſumme prô rector poli!
Me terra vidit. quodq; me torquet magis,
Nouerca vidit. vrit ecce iterum fibras,
Incaluit ardor. vnde nunc a fulmen mihi?
Ch. Quid non poſſit ſuperare dolor?
Quondam b Getico durior b Æmo,
Nec c Parrhaſio d lentior axe,
Sæuo ceſſit membra dolori:
Feſſúmque mouens per colla caput
Latus alterno pondere flectit.
e Fletum virtus ſæpe reſoluit.
Sic arctoas laxare niues,
Quamuis tepido ſidere Titan
Non tamen audet, vicítque f faces
Solis aduſti glaciale iubar.

l Extorſiſti.
m Herc. Fur. verſ. 1210. Med. verſ. 341.
n Ioſ. Scalig. *Summa, pro rector cæli, Me terra vidit.*
a Quo pereã.
b Thracio monte.
c Septentrionali, iuxta quẽ Caliſtho è Parrhaſia vrbe Arcadiæ in vrſam verſa, cum filio Arcade. Herc. Fu. verſ. 129.
d Heinſ. leg. *lenior.*
e Lacrymas iã dolore fluere paratas animi robur abſumit: non ſecùs ac glaciem ſtringit frigus Boreale, nec à Solis radiis ſolui patitur. Lipſius itaque legendum coniicit *reſorbet.* & pro *virtus* alij hab. *luctus.* f Alii *nefas*, id eſt, nefandum frigus glaciale vincit radios ſolis aduſti. Si retineas *faces*, ita expone: *glaciale iubar*, id eſt, ſplendor aquæ in glaciem pellucidam induratæ non diſſoluitur ſole.

HERCVLES. ALCMENA.

Lamentantem Herculem ſolatur Alcmena.

Her. COnuerte vultus ad meas clades, pater.
Nunquã ad tuas confugit Alcides manus.
Non cùm per artus Hydra fœcundũ meos
Caput explicaret. inter infernos lacus
Poſſeſſus atra nocte cum Fato ſteti;

Nec inuocaui. tot feras vici horridas,
Reges, tyrrannos; g *non tamen vultus meos*
In aſtra torſi. ſemper hæc nobis manus
h *Votum ſpopondit. nulla* i *propter me ſacro*
Micuere cœlo fulmina. hic aliquid dies
Optare iuſſit. primus audierit preces,
Idémque ſummus. vnicum fulmen peto.
k *Giganta crede. non minùs cœlum mihi*
Aſſerere potui. dum patrem verum puto,
Cœlo peperci. ſiue crudelis pater,
Siue es miſericors, commoda gnato l *manum.*
Propera ante mortem, & a *occupa hanc laudem tibi:*
Vel, ſi piget, manúſque detrectat nefas,
Emitte b *Siculo vertice ardentes, pater,*
Titanas in me, qui manu Pindum ferant,
Aut te, Oſſa; qui me monte proiecto opprimant.
Abrumpe & c *Erebi clauſtra. me ſtricto petat*
d *Bellona ferro: mitte* e *Gradiuum trucẽ;*
Armetur in me dirus; & f *frater quidem,*
Sed ex nouerca. tu quoque g *Alcidæ ſoror*
Tantum ex parente, cuſpidem in h *fratrem tuum*
Iaculare, Pallas, ſupplices tendo manus
Ad te, nouerca. ſparge tu ſaltem, precor,
Telum. perire fœminæ poſſum manu.
Iam fracta, iam ſatiata, quid paſcis minas?
Quid quæris vltra? ſupplicem Alcidem vides.

g Non implorans opẽ tuam ſuſpexi.
h Certam fecit victorię ſpem.
i In omen, aut auxilium meũ, qui ipſe tui fulminis vice fuerim. Sup. verſ. 1143.
k Crede me eſſe vnũ è gigantibus, fulmináque; nãq; ego his potentior cœlũ perfringere potui, niſi pepercisſem quòd te verũ mihi patrem credidiſſem.
l Fuæ rinantẽ.
a Præcipe necis mæ laudẽ mulierculæ.
b Typhoëa, Enceladũ, Titanáſque alios Ætnæ ſubieictos.
c Inferni. Troad. verſ. 176.
d Agamem. verſ 81.
e Martẽ, à gradiẽdo in bello vltro citroq;, ſiue à κραδάω vibro. aliis quaſi grandẽ diuum. f Vid. Herc. Fu. verſ 906. Martẽ autem concepit Iuno tacto flore in campis Oleniis. g Pallas è cerebro Iouis nata. εὐπατέρεια, patrima virgo, ἀμήτωρ. h Mε.

Fletum[l] *abſtuliſti. durior ſaxo horrido*
Et chalybe vultus, & vaga[m] *Symplegade,*
Rictus meos infregit, & lacrymam excuſſit.
Flentem, gementẽ,[n] *ſumme prò rector poli!*
Me terra vidit. quodq; me torquet magis,
Nouerca vidit. vrit ecce iterum fibras,
Incaluit ardor. vnde nunc[a] *fulmen mihi?*
Ch. *Quid non poßit ſuperare dolor?*
Quondam[b] *Getico durior*[c] *Æmo,*
Nec[c] *Parrhaſio*[d] *lentior axe,*
Saeuo ceßit membra dolori:
Feßúmque mouens per colla caput
Latus alterno pondere flectit.
[e] *Fletum virtus ſæpe reſoluit.*
Sic arctoas laxare niues,
Quamuis tepido ſidere Titan
Non tamen audet, vicitque[f] *faces*
Solis aduſti glaciale iubar.

l Extorſiſti.
m Herc. Fur. verſ. 1210. Med verſ. 341.
n Ioſ. Scalig *Summe, pro rector cæli, Me terra vidit.*
a Quo peream.
b Thracio monte.
c Septentrionali, iuxta quẽ Caliſtho è Parrhaſia vrbe Arcadiæ in vrſam verſa, cum filio Arcade. Herc. Fu. verſ. 129.
d Heinſ. leg. *lenior*.
e Lacrymas iã dolore fluere paratas animi robur abſumit: non ſecùs ac glaciem ſtringit frigus Boreale, nec à Solis radiis ſolui patitur. Lipſius itaque legendum coniicit *reſorbet*. & pro *virtus* alij hab. *luctus*. f Alii *nefas*, id eſt, nefandum frigus glaciale vincit radios ſolis aduſti. Si retineas *faces*, ita expone: *glaciale iubar*, id eſt, ſplendor aquæ in glaciem pellucidam induratæ non diſſoluitur ſole.

HERCVLES. ALCMENA.

Lamentantem Herculem ſolatur Alcmena.

Her. *Conuerte vultus ad meas clades, pater.*
Nunquã ad tuas confugit Alcides manus.
Non cùm per artus Hydra fœcundũ meos
Caput explicaret. inter infernos lacus
Poſſeſſus atra nocte cum Fato ſteti;

Nec inuocaui. tot feras vici horridas,
Reges, tyrrannos; g *non tamen vultus meos*
In aſtra torſi. ſemper hæc nobis manus
h *Votum ſpopondit. nulla* i *propter me ſacro*
Micuere cœlo fulmina. hic aliquid dies
Optare iuſſit. primus audierit preces,
Idémque ſummus. vnicum fulmen peto.
k *Giganta crede. non minùs cœlum mihi*
Aſſerere potui. dum patrem verum puto,
Cœlo peperci. ſiue crudelis pater,
Siue es miſericors, commoda gnato l *manum.*
Propera ante mortem, & a *occupa hanc laudem tibi:*
Vel, ſi piget, manúſque detrectat nefas,
Emitte b *Siculo vertice ardentes, pater,*
Titanas in me, qui manu Pindum ferant,
Aut te, Oſſa; qui me monte proiecto opprimant.
Abrumpe & c *Erebi clauſtra. me ſtricto petat*
d *Bellona ferro: mitte* e *Gradiuum trucē;*
Armetur in me dirus; & f *frater quidem,*
Sed ex nouerca. tu quoque g *Alcidæ ſoror*
Tantum ex parente, cuſpidem in h *fratrem tuum*
Iaculare, Pallas, ſupplices tendo manus
Ad te, nouerca. ſparge tu ſaltem, precor,
Telum. perire fœminæ poſſum manu.
Iam fracta, iam ſatiata, quid paſcis minas?
Quid quæris vltra? ſupplicem Alcidem vides.

g Non implorans opē tuam ſuſpexi.
h Certam fecit victoriæ ſpem.
i In omen, aut auxilium meū, qui ipſe tui fulminis vice fuerim. Sup. verſ. 1143.
k Crede me eſſe vnū è gigantibus, fulmináque; nāq; ego his potentior cœlū perfringere potui, niſi peperciſſem quòd te verū mihi patrem credidiſſem.
l Fulminantē.
a Præcipe necis mææ laudē mulierculæ.
b Typhoëa, Enceladū, Titanáſque alios Ætnæ ſubiectos.
c Inferni. Troad. verſ. 176.
d Agamem. verſ. 81.
e Martē, à gradiēdo in bello vltro citroq;, ſiue à κραδάω vibro. aliis quaſi grandē diuum. f Vid. Herc. Fu. verſ. 906. Martē autem concepit Iuno tacto flore in campis Oleniis. g Pallas è cerebro Iouis nata, εὐπατέρεια, patrima virgo, ἀμήτωρ. h Me.

Et nulla tellus, nulla me vidit fera
Te deprecantem. nunc mihi irata quidem
Opus eſt nouerca, nunc tuus ceſſat dolor.
Nūc odia ponis. parcis, vbi votum eſt mori?
O terra & vrbes! non facem quiſquam Herculi,
Non arma tradet? tela ſubtrahitis mihi?
i Ita nulla ſæuas terra concipiat feras
Poſt me ſepultum. nec meas vnquam manus
Imploret orbis, ſi qua naſcetur fera,
Naſcatur k alius. vndique infelix caput
Mactate ſaxis, l vincite ærumnas meas.
Ingrate ceſſas orbis? excidimus tibi?
Ad huc malis feríſque ſuppoſitus fores,
Ni me tuliſſes. vindicem veſtrum malis
a Excipite, populi: b tempus hoc vobis datur.
Penſato merita. mors erit pretium omnium.
Al. Quas miſera terras mater Alcidæ petam?
Vbi natus, vbi nunc eſt? certa ſi viſus notat,
Reclinis ecce corde anhelanti æſtuat.
Gemit. peractum eſt membra complecti vltima,
O nate, liceat; d ſpiritus fugiens meò
Legatur orę. brachia in amplexus cape.
Vbi membra ſunt? vbi illa, quæ mundum tulit,
Stelligera ceruix? quis tibi exiguam tui
Partem reliquit? Her. Herculem ſpectas quidem,
Mater, e ſed vmbra ſimile neſcio quid mei
Agnoſce, mater. ora quid flectis retro,
Vultúmque mœrens? Herculem dici tuum
Partum erubeſcis? Al. Quis feram mundus nouam,

i Optantis & imprecantis eſt. &c. vt.

k Alius Herc. vindex.

l Interficiendo liberare me ærumnis.

a Al. Eripite.

b Exoluendi vos ingratitudinis labe.

c Res certas.

d Apud veteres amiciſſim[us] quiſq; & proximus parens expirātem deoſculatus fugiētē ore animū extremūq; ſpiritū excipit. Extremo ſi quis ſuper halitus errat, Ore legam.

e Quam tamē poti[us] agnoſcas Herculis animā quā Herculem ipſum.

Quæ terra genuit? quodue tam dirũ nefas
De te triumphat? f *victor Herculeus quis eſt?*

Her. g *Nupta iacentem cernis Alciden dolis.*

Al. *Quis tantus eſt, qui vincat Alciden, dolus?*

Her. *Quicunque,* h *mater, fœmina irata ſat eſt.*

Al. *At vnde in artus peſtis aut oſſa incidit?*

Her. *Aditum venenis palla fœmineis dedit.*

Al. *Vbinam ipſa palla eſt? membra nudata intuor.*

Her. *Conſumpta mecum eſt.* Al. *tantáne inuenta eſt lues?*

Her. *O mater, Hydram, & mille cum Lerna feras*
Errare medijs i *credo viſceribus meis.*
Quæ tanta nubes flamma k *Sicanias bibit?*
l *Quæ Lemnos ardens? quæ* m *plaga igniferi poli,*
n *Vetans flagranti currere in Zonâ diem?*
In ipſa me iactate, prô comites, freta,
Medióſque in amnes, quis ſat eſt a *Iſter* b *mihi?*
Non ipſe c *terris maior Oceanus meos*
Frangit d *vapores. omnis in noſtris malis*
Deficiet humor, omnis areſcet latex.
Quid, rector Erebi, me remittebas Ioui?
Decuit tenere. redde me tenebris tuis.
e *Talem ſubactis Herculem oſtẽde inferis,*
f *Nil inde ducam, quid times iterum Herculem?*

f Victor Herculis.
g Deianiræ.
h O mater.
i Al. *crede.*
k Siculas, Ætnæ ſuperuolitãtes. q. d. non Ætna flãmas eructans — l — non Lemnos Ægei maris inſula Vulcano ſacra crebris æſtuãs incendiis. — m — Nõ plaga torrida maiori ardet igne quàm pectus meũ. alij leg. *Inferni* & Pyriphlegethonta intelligunt.
n Ex opinione veterũ Aſtrologorum, qui diem ſemper ſtare putabãt, & nũquã currere ſub ardẽti plaga, *Semper vbi æterna vertigine clara nitet Lux.*
a Flu. Europæ max.
b Ad me refrigerandum.
c Terrã enim circumcingere creditur.

d Calores, ardores. e Afflictum, miſerum. f Vt olim Cerberum.

g *Inuade mors non trepida. iã poſſum mori.*
Al. *Compeſce lacrymas ſaltem, & ærumnas doma,*
Maliſq; tantis Herculem indomitũ refer,
Mortémque vince. quod ſoles, vince inferos.
Her. h *Si me* i *catenis horridus vinctum ſuis*
Præberet auida Caucaſus volucri dapem
k *Scythiâ gemente; flebilis gemitus mihi*
Non extitiſſet. ſi l *vaga Symplegades*
Vtráque premerent rupe; redeuntis minas
m *Ferrem ruinæ.* n *Pindus incumbat mihi*
Atque Æmus, & qui Thracios fluctus Athos
Frangit, o *Ioniſq; fulmen excipiẽs Mimas.*
Non ipſe ſi in me, mater, hic mundus ruat,
Supérque noſtros flagret incenſus rogos
p *Phœbeus axis, degener mentem Herculis*
Clamor domaret. mille decurrant feræ,
Paritérque lacerent; hinc feris clangoribus
Ætheria me q *Stymphalis; hinc* r *taurus minax*
Ceruice totâ pulſet, & quidquid furit.
Solum quoque ingens ſurgat, hinc illinc fremens,
Artúſque noſtros dirus imminuat dolor.
a *Sparſus ſilebo. non fera excutient mihi,*
Non arma gemitus, nil, b *quod impelli poteſt.*
Al. *Non virus artus, nate, fœmineum coquit;*
Sed dura ſeries operis; & longus tibi
c *Fauet* d *cruentis forſitan morbis dolor.*
Her. *Vbi mors? vbi* e *illa? teſtis eſt aliquis mali?*

g Al. Inuade mors nõ trepido.
h Si viderẽ hoſtem, ſcirẽque quid me cruciaret, &c.
i Vt Prometheum Herc. Fu. verſ. 1206.
k Ipſis Scythis mei commiſerentibus.
l Hercul. Fur. verſ. 1210.
m Sine queſtu aut gemitu.
n Mõs Theſſ.
o *Feriunt enim ſummos fulmina montes.*
p Solis currus.
q Hercul. Fu. verſ. 243.
r Agamemnõ. verſ. 827.
a Humi ſtratus.
b In quod vires exercere potero cũ victoriæ ſpe.
c Al. *Feruet.*
d Crucis.
e Mors, *vel* Deianira.

Intendat arcus. f *nuda ſufficiet manus;*
g *In orbe mecum veniat. huc aliquis mihi*
Procedat, agedum, huc, Al. *Hei mihi ſenſus quoque*
Excuſſit ille nimius * *impulſu dolor,*
Remouete, quæſo, tela, & infeſtas, precor,
Rapite hinc ſagittas. h *igne ſuffuſæ genæ*
Scelus minantur. quâ fugâ latebras petam?
Dolor iſte furor eſt. Herculem ſolus domat.
Cur deinde latebras aut fugam vecors petam?
Obire forti meruit Alcmene manu.
Vel ſcelere pereat, antequàm letum mihi
Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus
De me triumphet. i *ecce, laſſatus malis*
Sopore feſſas alligat venas dolor,
Grauique anhelum pectus impulſu quatit.
Fauete, ſuperi. ſi mihi gnatum inclytum
Miſeræ negatis; vindicem ſaltem precor
Seruate terris. abeat excuſſus dolor,
Corpúſque vires reparet Herculeum ſuas.

f Inermis.
g Alii leg. *in orbem veniat.* tibicine quidẽ immodulato, mẽte aliquanto ſaniori. nec plane aſſequor locutionem, niſi dicat *in certamen deſcendat.* manus enim conſerturi pugiles μονόμαχοι lineas ſibi & cancellos circumſcribunt quos nec ipſis tranſire, nec ſpectatorum corona in orbem cingenti liceat ingredi. videat lector.
* Al. *impulſos.*
h Rubore, ſanguine, ardore.
i Act. 4 Herc. Fur. verſ. 1043.

HYLLVS. ALCMENA. HERCVLES. PHILOCTETES muta perſona.

Reuerſus Hyllus nunciat Herculi, Deianiram, poſtquàm ſe Neſſi dolo deceptam comperiſſet, ſibi mortem conſciuiſſe.

Hyl. P*Rô lux acerba, pro capax ſcelerum* k *dolor!*
l *Nurus Tonantis occidit.* m *natus iacet.*
Nepos ſuperſum. ſcelere materno hic perijt;
Fraude illa capta eſt. quis per annorũ vices,
Totóque in æuo poterit ærumnas ſenex
Referre tantas? vnus eripiet dies

k Al. *dies* Sic inf verſ 1424.
l Deianira.
m Hercules.

Parentem vtrumque, cætera vt ſileã mala,
Parcámq; fatis, Herculem amitto patrem.
Al. *Compeſce voces, inclytum Alcidæ genus,*
n *Miſeraque fato ſimilis Alcmenæ nepos.*
o *Longus dolorem forſitan vincet ſopor.*
Sed ecce laſſam deſerit mentem quies,
Redditque p *morbo corpus, & luctus mihi.*
Her. q *Quid hoc? rigenti cernitur* r *Trachin iugo.*
Et inter aſtra poſitus euaſi genus
Mortale tandem. quis mihi cœlum parat?
Te, te pater, iam video: placatam quoque
Specto nouercam. qui ſ *ſonus noſtras ferit*
ſ *Cœleſtis aures? Iuno me* t *generum vocat.*
Video nitentem regiam clari ætheris,
Phœbique u *tritam flammeâ Zonam rotâ:*
x *Cubile video noctis.* * *hinc tenebras vocat.*
Quid hoc? quis axem cludit, & ab ipſis, pater,
Deducor aſtris? ora Phœbeus modò
Afflabat axis. y *tam propè à cœlo fui.*
Trachina video. quis mihi terras dedit?
Modò nẽpe me infra ſteterat, ac totus mihi
Suppoſitus orbis. tam bene a *excideras, dolor.*
Cogis fateri. b *parce, & hãc vocem occupa.*
Hac, Hylle, dona c *matris; hoc munus parat.*
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animam, quale d *Amazonium malum*
Circa niualis Caucaſi domui latus.
O clara Megara, e *túne, cùm furerẽ, mihi*

n Æquè miſer, atque ego. Al. leg. *Miſeraque nato.*
o Hercul. Fu. verſ. 1077.
p Dolori, ſeu furori.
q *Diſcuſſo ſopore, Hercules apotheoſin ſuam velut extaſi raptus cernere videtur, ſeu propinquâ morte vaticinatur.*
r Sup. verſ. 155.
ſ E Pythagoræorum ſententia, qui concẽtum quẽdã & harmoniã effici corporũ cœleſtium motu credebant.
t Hebe mihi deſponſa.
u Zonam torridam.
x *Redditus terris videtur.*
* Al. *in.*
y Ita Herc. Fu verſ. 977.
a Mihi modò in cœlos per extaſin rapto.
b Meliùs occidiſſes me, priuſquàm emiſiſſem indignam hanc Hercule vocem; *Cogis fateri:* quis enim me cogat? *vel,* innuit vocem illam quâ minatur ſe fœminam interfecturum.
c Tuæ, id eſt, Deianiræ. d Amazonum inſolentiam, ipſas Amazonas. Herc. Fu. verſ. 542. Hippolyt. verſ. 397. e Dignior ſanè

Coniux fuiſti? ſtipitem atque arcus date.
Dextra inquinetur. laudibus maculã imprimam.
Summus legatur fœmina Herculeus labor.
Hyl. *Compeſce diras, genitor, irarũ minas.*
[f] *Habet. peractũ eſt. quas petis pœnas, dedit.*
Suâ perempta dexterâ mater iacet.
Her. [g] *Cæci dolores. manib⁹ irati Herculis*
Occidere meruit. perdidit [h] *comitẽ Lichas.*
Sæuire in ipſum corpus exanime impetus
Atque ira cogit. cur minis noſtris caret?
Ipſum cadauer pabulum accipiant feræ.
Hyl. [i] *Plus miſera læſo doluit.* [k] *huic aliquid quoque*
Detrahere velles. occidit dextrâ ſua,
[l] *Tuo dolore. plura, quàm poſcis, tulit.*
Sed non cruenta ſceleribus nupta iaces;
Nec fraude matris. Neſſus hos ſtruxit dolos;
Ictus ſagittis qui tuis vitam expulit.
Cruore tincta eſt palla [m] *ſemiferi, pater,*
Neſſúſque nunc has exigit pœnas [n] *ſibi.*
Her. [o] *Habet. peractum eſt. fata ſe noſtra explicant.*
Lux iſta ſũma eſt. [p] *quercus hãc ſortẽ mihi*
Fatidica quondam dederat, & Parnaßio
[a] *Cirrhea quatiens templa* [b] *mugitu nemus:*
,, [c] *Dextra perempti, victor Alcide, viri*

fuit Deianira, quæ furentis Herc. vxor eſſet.
f Agamemnõ. verſ. 895.
g Heinſius ita hunc locum cenſet legendum. *Suâ perempta dextera mater iacet Læſi dolore.* Herc. *manibus irati.* *Herc. &c.* tui ſcilicet læſi, id eſt, dolens quòd te læſerit. Sic mox verſ. 1465. *Occidit dextra ſua, tuo dolore.*
h Me, vel lege *perdidit comitem Licham.* i. Lichæ necis cauſa fuit.
i Plus vel te, quem læſit.
k Al. *Hinc* i. doloris ſui aliquid.
l Quem de te conceperat, dolore. m Centauri. n Suæ necis vltionem. o Bene habet, ſatis eſt.
p Med verſ. 349. a Oedip verſ. 69. b Oraculi Delphici reſponſo. *ex adyto Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit.*
c Ἐμοὶ γὸ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι, Πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο, Ἀλλ' ὅστις ᾅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλα.
Hæc ſunt verba oraculi Dodonæi, quod Herculi olim datum fuit; nempe quòd ab hoſte defuncto eſſet interficiendus.

„ *Olim iacebis. hic tibi emenſo freta,*
„ *Terráſque & vmbras, finis extremus datur.*
Nil querimur vltra. decuit hũc finem dari,
Ne quis ſuperſtes Herculis victor foret.
Nunc mors d *legatur clara, memoranda, inclyta,*
Me digna prorſus. nobilem hunc faciã diẽ.
Cædatur omnis ſylua, & OEtæum nemus
Suſcipiat ignis. Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem. tu e *genus Pæantium,*
Hoc f *triſte nobis, iuuenis, officium appara:*
Herculea totum flamma ſuccendat diem.
Ad te preces nunc, Hylle, ſupremas fero,
g *Eſt clara, captas inter* * *incultas,* h *genus*
Regnúmque referens, i *Euryto virgo edita,*
Iole. tuis hanc k *facibus & flammis para.*
Victor l *cruentus abſtuli patriam, lares,*
Nihilque miſeræ præter Alciden dedi;
Et iſte rapitur. penſet ærumnas ſuas:
Iouis m *nepotem foueat, &* m *natum Herculis.*
Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet,
Tuque ipſa planctus pone funebres, precor,
O clara genitrix; viuet Alcides tuus:
n *Virtute noſtrâ pellicem feci tuam*
Credi nouercam. ſiue naſcente Hercule
Nox o *illa certa eſt,* p *ſiue mortalis meus*
Pater eſt: licèt ſit falſa progenies mihi;
Materna culpa ceſſet, & crimen Iouis;
Merui parentem, a *contuli cœlo decus;*
Natura me concepit in laudes Iouis.

d Apparetur vel memoretur.
e Philoctete, Pæantis fil.
f Funebre, vt pyrã extruat.
g Al. *Eſt clara captas inter, inclytum genus Regn.* Ioſ Scalig. legendum monet; *Oechalias genus Regémque referens, &c.*
* Al. leg. *OEchalias.*
h Regiũ genus; [illegible]
i Rege Oechaliæ.
k Nuptialib', Theb. verſ. 263 & 506.
l Patrem illius & fratres interficiens.
m Te.
n Approbãdo me ex te natũ Iouis eſſe filiũ magis ingenuũ quàm quos ex Iunone genuit. mox verſ. 1509.
o Geminata. Herc Fu. verſ. 24.
p Etiã ſi mortalis quiſpiã fuiſſet pater non Iupiter, virtute tamẽ meâ feci vt Iouis crederer progenies. a Virtute meâ cœlũ decoraui.

Quin ipſe quanquàm Iupiter credi meus
Pater eſſe gaudet. parce iã lacrymis, parens,
Superba matres inter Argolicas eris.
Quid tale Iuno peperit, æthereum gerens
Sceptrum, & Tonanti nupta? mortali tamen
Cœlum tenens inuidit? Alcidem ſuum
Dici eſſe voluit. perage nunc, Titan, vices
Solus relictus. ille, qui veſter comes
b *Vbique fueram, Tartara & manes peto.* b Supra verſic. 41.
Hanc tamen ad imos perferam laudem inclytam,
Quod nulla peſtis vicit Alcidem palàm,
Omnemque peſtem vicit Alcides palàm.

CHORVS.

Solem orat vt toti mundo Herculis mortem nunciet. Herculis apotheoſim prædicit, Iouémque precatur, vt vel nulli producantur tyranni, feræ, monſtra; vel alius ſufficiatur Herc. malorum vindex.

O Decus mundi, radiate Titan,
Cuius ad c *primos* d *Hecate vapores*
Laſſa nocturnæ leuat ora e *bigæ,*
Dic ſub Aurorâ poſitis f *Sabæis,*
Dic ſub occaſu poſitis g *Iberis,*
Quique h *feruentem patientur axem,*
Quique ſub i *plauſtro* k *patiuntur* l *Vrſæ;*
Dic ad æternos properare Manes
Herculem, & regnum Canis m *inquieti,*
Vnde non vnquam remeauit vllus.

c Aurorã tepidos recipientem radios.
d Luna. *Hippol.* verſ. 411.
e *Agamem.* verſ. 812.
f Arabiæ-Felicis incolis.
g Hiſpanis.
h Torridã zonam, quam tamen veteres ſentiebant nõ habitabilem præ nimio calore. i Septem ſtellis in plauſtrum ἄμαξαν formatis. k Ioſ. Scalig. legendum cenſet, *pariuntur*, ne repetatur õ *patiuntur*. l Hercul Fu. verſic. 129. m Peruigilis, vel; qui *latratu ea regna trifauci Perſonat.*

n *Sume, quos nubes radios ſequantur.*
Pallidus mœſtas ſpeculare terras,
Et caput turpes nebula pererrent.
Quando, prô Titan, a *vbi, quône, ſumme,*
b *Herculem in terris alium ſequeris?*
Quas manus, orbis miſer, inuocabis,
Si qua ſub terra c *numeroſa peſtis*
Sparget intentam rabiem draconis?
d *Arcadum ſi quis,* d *populi vetuſti,*
Fecerit ſyluas e *aper inquietas?*
f *Thraciæ ſi quis Rhodopes alumnus*
Durior terris Helices niuoſa
Sparget humano ſtabulum cruore?
Quis dabit pacem populo timenti,
Si quid irati ſuperi per vrbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus g *par,*
Quem h *parem tellus genuit Tonanti.*
i *Planctus immenſas reſonet per vrbes,*
i *Et comas nullo cohibente nodo,*
Fœmina exertos feriat lacertos;
k *Soláque obductis foribus Deorum,*
Templa ſecura pateant nouercæ.
l *Vadis ad Lethen, Stygiúmque littus,*
Vnde te nulla referent carinæ.
Vadis ad Manes miſerandus, vnde
m *Morte deuicta tuleras triumphum.*
Vmbra n *nudatis venies* n *lacertis,*
Languido vultu, trepidóque collo:
Téque o *non ſolum feret illa puppis.*
Non tamen viles eris inter vmbras,
Æacumque inter, p *geminóſque Cretas;*

n Sume nubilam faciem & triſtem.
a Vbi? Al quo *ſub axe?*
b Herculis quidẽ nomen ſtrenuis omnibus & claris viris à veteribus tributum, quos alij 63. alij 43. numerant.
c Hydra, numeroſum malum. Hercul Fu. verſ. 240.
d Hippol. verſ. 783.
e Sus Mænalius.
f Diomedes Thraciæ rex. Herc. Fu. verſ. 225.
g Robore & fortitudine modò, vel moriens ſicut alij.
h Sup. verſ. 6.
i Pro more lugentium. vide Troad. v. 82.
k Sup. v. 746
l Ἀτραπὸν εἰς ἀΐδα λιμνους.
m Hercul. Fu. act. 5.
n Vmbras enim. quam in viuis habuerant imaginem, retinere credebãt veteres o Vt quondam, ne mergeretur, gemens *ſub pondere cymba Sutilis.* p Rhadamanthum & Æacum Cretæ reges, quos propter iuſtitiã infernis vmbrarũ iudicijs præfecit Iupiter. Herc. Fu. 732.

a Fata

a *Fata diſcernes*, b *fieri tyranni*
Parcite, ô dites, inhibete dextras:
Laudis eſt, c *purum tenuiſſe ferrum.*
Dúmque regnabas d *minimum cruentis*
In tuas vrbes licuiſſe fatis.
Sed locum virtus habet inter aſtra
e *Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?*
An grauis Titan vbi promit æſtus?
An ſub Occaſu tepido nitebis?
Vnde f *commiſſo reſonare ponto*
Audies Calpen? loca quæ ſereni
Deprimes cœli? g *quis erit recepto*
Tutus Alcidæ locus inter aſtra?
Horrido tantùm procul à h *Leone*
Det pater ſedes, calidóque h *Cancro;*
Ne tuo vultu tremefacta leges
Aſtra conturbent, trepidétque Titan.
Vere dum flores venient tepenti,
Et i *comam ſyluis hyemes recident,*
(Vel comam ſyluis reuocabit æſtas;)
Pomáque autumno fugiente cedent,
Nulla te terris rapiet vetuſtas.
Tu comes Phœbo, comes ibis aſtris.
Antè naſcetur ſeges in profundo,
Vel k *fretum dulci reſonabit vnda;*
l *Antè deſcendet glacialis Vrſæ*
Sidus, & Ponto vetito fruetur,
Quàm tuas laudes populi m *quieſcant.*
Te, pater rerum, miſeri precamur.
Nulla naſcatur fera, nulla peſtis.
Non n *duces ſæuos miſeranda tellus*

a Al. Facta, id eſt, *Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani geſſerit.*
b Al. *Feries tyrannos*: id eſt, quartus ſtatueris iudex, vel ea tibi mens manebit, quæ in vita, feriẽdi tyrannos.
c Incruentum, innocens.
d Minimũ permittere tuæ licentiæ in ſubditorum vitas.
e *Tibi numine ab omni Cedetur, iuríſque tui natura relinquet, Quis deus eſſe velis, vbi regnum ponere mundi. Sed neq; in Arctoo ſedem tibi legeris orbe, Nec per⁹ auerſi calidus quà vergitur Auſtri.*
f Gaditano vtrinq; freto reſonare Calpen bimarem audies, vid. & Herc. Fu. 236.
g *Ætheris immenſi partem ſi preſſeris vnam, Sentiet axis onus, librati pondera cœli Orbe tene medio: pars ætheris illa ſereni Tota vacet.*
h Thyeſt. verſ. 852. i Arboribus frondes. k Priùs mare dulceſcet. l Thyeſt. verſ. 476. m Taceant. n Tyrannos.

o *Habeat: nec vlla dominetur aula*
Qui putet ſolum decus eſſe regni,
Semper p *impenſum tenuiſſe ferrum.*
Si quid in terris iterum timetur,
Vindicem terra petimus relicta.
Hem, quid hoc? mundus ſonat, ecce mœret,
Mœret Alcidæ pater. an Deorum
Clamor, an vox eſt q *timidæ nouercæ?*
Hercule an viſo fugit aſtra Iuno?
r *Laſſus an pondus titubauit* Atlas?
An magis diri tremuere Manes
Herculem? & viſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus catenis?
Fallimur: læto venit, ecce vultu
Quem tulit ſ *Pœas, humeriſque tela*
Geſtat, & notas populis pharetras,
Herculis heres.

o I. Lipſius tibiæ adaptat verſũ legendo, *Horrea nulla dom.* Ioſ. Scalig. nihil mutandum cenſet, cùm *Habeat nec* totidẽ habeat tempora quot, *Horreat*.
p Ferro non parcere. alij *intonſum.* leg.
q Iunonis me in cœlum aſcendentem timentis.
r Cœlũ quod humeris ſuſtinere Atlanta Mauritaniæ regem Promethei fratrem fingunt? quòd Aſtrologiam ſphæramque inueniſſet: duriuſcula autem locutio *laſſus pondus*. ſ Philoctetes, cui Hercules moriens ſagittas legauit.

ACTVS QVINTVS.

NVTRIX. PHILOCTETES.

Philoctetes Herculis mortem atque funus nunciat.

Nut. *Effare caſus, iuuenis, Herculeos; precor,*
Vultuque quonam tulerit Alcides necem.
Ph. t *Quo nemo vitam.* Nut. *Lætus adeone vltimos*
Inuaſit ignes? Ph. *Eſſe iam flammas nihil*
Oſtendit ille, qui ſub u *occaſu Hercules*
Virtute vinci docuit indomitâ omnia.
Nut. *Inter* a *vapores quis fuit forti locus?*

t Lætiori vultu mortem tulit, quàm aliꝰ quiſpiam vitam.
u Suo. Ioſ. Scal. itaque legit *Herculis.*
a Ignes.

Ph. b *Quod vnum in orbe venerat nondum malum,*
Et flamma victa eſt. hæc quoq; acceſſit feris.
Inter labores ignis Herculeos abiit.
Nut. *Ediſſere agedum, flamma quo victa eſt modo?*
Ph. *Vt omnis Oeten miſta corripuit* c *manus,*
Hinc fagus d *vmbras perdit, & tota iacet*
Succiſa trunco: e *flexit hinc pinum ferox*
Aſtris minantem, & nube de media vacat;
Ruitura cautes mouit, & f *ſyluam trahit*
Secum minorẽ. g *Chaonis quondam loquax*
Stat vaſta latè quercus, & h *Phœbũ vetat,*
Vltráque i *totos porrigit ramos nemus.*
Gemit illa multo vulnere impreſſo minax,
Frangitque cuneos. reſilit excuſſus chalybs,
k *Vulnúſq; ferrũ patitur & truncũ fugit.*
Commota tandẽ eſt; tunc cadens lentâ morâ
Duxit ruinam. protinus l *radios locus*
Admiſit omnes. ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrant nemore ſucciſo * *diem,*
Quærúntq; laſſis garrula pinnis nemus.
Iámq; omnis arbor ſonuit, & m *ſacra quoq;*
Senſere quercus horridam ferro manum,
Nullique priſcum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis ſylua: & n *alternæ trabes*
In aſtra tollũt Herculi o *anguſtum rogum.*

b Ignis, quocum Hercules non dimicauit hactenus. vid. de ſup. verſ. 1401.

c Multitudo comitũ & famulorũ Herc. ſuccidere arbores ad rogũ iuſſa.

d Succiſa enim.

e Ioſ. Scalig. emendat, *flexit hinc pinus ferox Aſtris minantem nube de media comam*, id eſt, aërium verticem flexit & inclinauit caſura.

f *Corruit, & ſecum proſtrauit pondere ſyluam.*

g In hac ſyluâ erat ingens quercus, non minor Dodonæâ illâ in Chaonio Epiri nemore. de qua vide Med. verſ. 346. & Oedip. 726.

h Solis radios arcet. i Alii, *totum*.

k Hebetatur, nec diffindere valet.

l Quod ſupra verſ. 1619. dixit, *fagus vmbras perdit.* * Al. leg. *domum*. m Incæduæ & Iouis conſecratæ.

n Alternatim poſitæ. o Al. *Auguſtum*. Qui *auguſtum* retinent, exponunt *Herculi nimis arctum*. expoſitio nimis arcta & preſſa, non placet. ego dici arbitror *pyramidali aſcenden-*

g *Inuade mors non trepida. iã poſſum mori.*
Al. *Compeſce lacrymas ſaltem, & ærumnas doma,*
Maliſq; tantis Herculem indomitũ refer,
Mortémque vince. quod ſoles, vince inferos.
Her. h *Si me* i *catenis horridus vinctum ſuis*
Præberet auida Caucaſus volucri dapem
k *Scythiâ gemente; flebilis gemitus mihi*
Non extitiſſet. ſi l *vagæ Symplegades*
Vtráque premerent rupe; redeuntis minas
m *Ferrem ruinæ.* n *Pindus incumbat mihi*
Atque Æmus, & qui Thracios fluctus Athos
Frangit, o *Iouiſq; fulmen excipiẽs Mimas.*
Non ipſe ſi in me, mater, hic mundus ruat,
Supérque noſtros flagret incenſus rogos
p *Phœbeus axis, degener mentem Herculis*
Clamor domaret. mille decurrant feræ,
Paritérque lacerent; hinc feris clangoribus
Ætheria me q *Stymphalis; hinc* r *taurus minax*
Ceruice totâ pulſet, & quidquid furit.
Solum quoque ingens ſurgat, hinc illinc fremens,
Artúſque noſtros dirus imminuat dolor.
a *Sparſus ſilebo. non feræ excutient mihi,*
Non arma gemitus, nil, b *quod impelli poteſt.*
Al. *Non virus artus, nate, fœmineum coquit;*
Sed dura ſeries operis; & longus tibi
c *Fauet* d *cruentis forſitan morbis dolor.*
Her. *Vbi mors? vbi* e *illa? teſtis eſt aliquis mali?*

g Al. *Inuade mors nõ trepido.*
h Si viderẽ hoſtem, ſcirẽque quid me cruciaret, &c.
i Vt Prometheum. Herc. Fu. verſ. 1206.
k Ipſis Scythis mei commiſerentibus.
l Hercul. Fur. verſ. 1210.
m Sine queſtu aut gemitu.
n Mõs Theſſ.
o *Feriunt enim ſummos fulmina montes.*
p Solis currus.
q Hercul. Fu. verſ. 143.
r Agamemnõ. verſ. 827.
a Humi ſtratus.
b In quod vires exercere potero cũ victoriæ ſpe.
c Al. *Feruet.*
d Crucis.
e Mors, *vel* Deianira.

Intendat arcus. [f] *nuda ſufficiet manus;*
[g] *In orbe mecum veniat. huc aliquis mihi*
Procedat, agedum, huc, Al. *Hei mihi ſenſus quoque*
Excuſſit ille nimius * *impulſu dolor,*
Remouete, quæſo, tela, & infeſtas, precor,
Rapite hinc ſagittas. [h] *igne ſuffuſæ genæ*
Scelus minantur. quâ fugâ latebras petam?
Dolor iſte furor eſt. Herculem ſolus domat.
Cur deinde latebras aut fugam vecors petam?
Obire forti meruit Alcmene manu.
Vel ſcelere pereat, antequàm letum mihi
Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus
De me triumphet. [i] *ecce, laſſatus malis*
Sopore feſſas alligat venas dolor,
Grauique anhelum pectus impulſu quatit.
Fauete, ſuperi. ſi mihi gnatum inclytum
Miſeræ negatis; vindicem ſaltem precor
Seruate terris. abeat excuſſus dolor,
Corpúſque vires reparet Herculeum ſuas.

HYLLVS. ALCMENA. HERCVLES. PHILOCTETES muta perſona.

Reuerſus Hyllus nunciat Herculi, Deianiram, poſtquàm ſe Neßi dolo deceptam comperiſſet, ſibi mortem conſciuiſſe.

Hyl. PRô *lux acerba, pro capax ſcelerum* [k] *dolor!*
[l] *Nurus Tonantis occidit.* [m] *natus iacet.*
Nepos ſuperſum. ſcelere materno hic periyt;
Fraude illa capta eſt. quis per annorũ vices,
Totóque in æuo poterit ærumnas ſenex
Referre tantas? vnus eripiet dies

f Inermis.
g Alii leg. *in orbem veniat.* tibicine quidẽ immodulato, mẽte aliquanto ſaniori, nec plane aſſequor locutionem, niſi dicat *in certamen deſcendat.* manus enim conſerturi pugiles μονόμαχοι lineas ſibi & cancellos circumſcribunt quos nec ipſis tranſire, nec ſpectatorum corona in orbem cingenti liceat ingredi. videat lector.
* Al. *impulſos.*
h Rubore, ſanguine, ardore.
i Act. 4. Herc. Fur. verſ. 1043.
k Al. *dies.* Sies inf verſ. 1424.
l Deianira.
m Hercules.

Parentem vtrumque, cætera vt ſileã mala,
Parcámq; fatis, Herculem amitto patrem.
Al. *Compeſce voces, inclytum Alcidæ genus,*
n *Miſeraque fato ſimilis Alcmenæ nepos.*
o *Longus dolorem forſitan vincet ſopor.*
Sed ecce laſſam deſerit mentem quies,
Redditque p *morbo corpus, & luctus mihi.*
Her. q *Quid hoc? rigenti cernitur* r *Trachin iugo.*
Et inter aſtra poſitus euaſi genus
Mortale tandem. quis mihi cœlum parat?
Te, te pater, iam video: placatam quoque
Specto nouercam. qui ſ *ſonus noſtras ferit*
ſ *Cœleſtis aures? Iuno me* t *generum vocat.*
Video nitentem regiam clari ætheris,
Phœbíque u *tritam flammeâ Zonam rotâ:*
x *Cubile video noctis.* * *hinc tenebras vocat.*
Quid hoc? quis axem cludit, & ab ipſis, pater,
Deducor aſtris? ora Phœbeus modò
Afflabat axis. y *tam propè à cœlo fui.*
Trachina video. quis mihi terras dedit?
Modò nẽpe me infra ſteterat, ac totus mihi
Suppoſitus orbis. tam bene a *excideras, dolor.*
Cogis fateri. b *parce, & hãc vocem occupa.*
Hac, Hylle, dona c *matris; hoc munus parat.*
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animam, quale d *Amazonium malum*
Circa niualis Caucaſi domui latus.
O clara Megara, e *túne, cùm furerẽ, mihi*

n Æquè miſer, atque ego. Al. leg. *Miſeraque nato.*
o Hercul. Fu. verſ. 1077.
p Dolori, ſeu furori.
q *Diſcuſſo ſopore, Hercules apotheoſin ſuam velut extaſi raptus cernere videtur, ſeu propinquâ morte vaticinatur.*
r Sup. verſ. 155.
ſ E Pythagoræorum ſententia, qui concentum quẽdã & harmoniã effici corporũ cœleſtium motu credebant.
t Hebe mihi deſponſa.
u Zonam torridam.
x *Redditus terris videtur.*
* Al. *in.*
y Ita Herc. Fu verſ. 977.
a Mihi modò in cœlos per extaſin rapto.
b Meliùs occidiſſes me, priuſquàm emiſiſſem indignam hanc Herculè vocem; *Cogis fateri*: quis enim me cogat? *vel*, innuit vocem illam quâ minatur ſe fœminam interfecturum.
c Tuæ, id eſt, Deianiræ. d Amazonum inſolentiam, ipſas Amazonas. Herc. Fu. verſ. 542. Hippolyt. verſ. 397. e Dignior ſanè

Coniux fuiſti? ſtipitem atque arcus date.
Dextra inquinetur. laudibus maculã imprimam.
Summus legatur fœmina Herculeus labor.
Hyl. *Compeſce diras, genitor, irarũ minas.*
f *Habet. peractũ eſt. quas petis pœnas, dedit.*
Suâ perempta dexterâ mater iacet.
Her. g *Cæci dolores. manib⁹ irati Herculis*
Occidere meruit. perdidit h *comitẽ Lichas.*
Sæuire in ipſum corpus exanime impetus
Atque ira cogit. cur minis noſtris caret?
Ipſum cadauer pabulum accipiant feræ.
Hyl. i *Plus miſera læſo doluit.* k *huic aliquid quoque*
Detrahere velles. occidit dextrâ ſua,
l *Tuo dolore. plura, quàm poſcis, tulit.*
Sed non cruentæ ſceleribus nuptæ iaces;
Nec fraude matris. Neſſus hos ſtruxit dolos;
Ictus ſagittis qui tuis vitam expulit.
Cruore tincta eſt palla m *ſemiferi, pater,*
Neßúſque nunc has exigit pœnas n *ſibi.*
Her. o *Habet. peractum eſt. fata ſe noſtra explicant.*
Lux iſta sũma eſt. p *quercus hãc ſortẽ mihi*
Fatidica quondam dederat, & Parnaßio
a *Cirrhea quatiens templa* b *mugitu nemus:*
„ c *Dextra perempti, victor Alcide, viri*

fuit Deianira; quæ furentis Herc. vxor eſſet.
f Agamemnõ. verſ. 895.
g Heinſius ita hunc locum cenſet legendum. *Suâ perempta dexterâ mater iacet Læſi dolore. Herc. manibus irati. Herc. &c.* tui ſcilicet læſi, id eſt, dolens quòd te læſerit. Sic mox verſ. 1465. *Occidit dextra ſua, tuo dolore.*
h Me, vel lege *perdidit comitem Licham.* i. Lichæ necis cauſa fuit.
i Plus vel te, quem læſit.
k Al. *Hinc* i. doloris ſui aliquid.
l Quem de te conceperat, dolore. m Centauri. n Suæ necis vltionem. o Bene habet, ſatis eſt.
p Med verſ. 349. a Oedip verſ. 69. b Oraculi Delphici reſponſo. *ex adyto Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit.*
c Εμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι, Πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο, Ἀλλ' ὅστις ᾅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλα.
Hæc ſunt verba oraculi Dodonæi, quod Herculi olim datum fuit; nempe quòd ab hoſte defuncto eſſet interficiendus.

„ *Olim iacebis. hic tibi emenſo freta,*
„ *Terráſque & vmbras, finis extremus datur.*
Nil querimur vltra. decuit hūc finem dari;
Ne quis ſuperſtes Herculis victor foret.
Nunc mors [d] *legatur clara, memoranda, inclyta,*
Me digna prorſus. nobilem hunc faciā diē.
Cadatur omnis ſylua, & OEtæum nemus
Suſcipiat ignis. Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem. tu [e] *genus Pœantium,*
Hoc [f] *triſte nobis, iuuenis, officium appara:*
Herculea totum flamma ſuccendat diem.
Ad te preces nunc, Hylle, ſupremas fero,
[g] *Eſt clara, captas inter* * *incultas,* [h] *genus*
Regnúmque referens, [i] *Euryto virgo edita,*
Iole. tuis hanc [k] *facibus & flammis para.*
Victor [l] *cruentus abſtuli patriam, lares,*
Nihilque miſeræ præter Alciden dedi;
Et iſte rapitur. penſet ærumnas ſuas:
Iouis [m] *nepotem foueat, &* [m] *natum Herculis.*
Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet,
Tuque ipſa planctus pone funebres, precor,
O clara genitrix; viuet Alcides tuus.
[n] *Virtute noſtrâ pellicem feci tuam*
Credi nouercam. ſiue naſcente Hercule
Nox [o] *illa certa eſt,* [p] *ſiue mortalis meus*
Pater eſt: licèt ſit falſa progenies mihi;
Materna culpa ceſſet, & crimen Iouis;
Merui parentem, [a] *contuli cœlo decus;*
Natura me concepit in laudes Iouis.

d Apparetur vel memoretur.
e Philoctetа, Pœantis fil.
f Funebre, vt pyrā extruac.
g Al. *Eſt clara captas inter, inclytum genus Regn.* Ioſ Scalig. legendum monet; *OEchalias genus Regémque referens, &c.*
* Al. leg. OEchalias.
h Regiū genus; ὡς ἀρχῶν.
i Rege Oechaliæ.
k Nuptialib⁹, Theb. verſ. 263 & 506.
l Patrem illius & fratres interficiens.
m Te.
n Approbādo me ex te natū Iouis eſſe filiū magis ingenuū quàm quos ex Iunone genuit. mox verſ. 1509.
o Geminata. Herc Fu. verſ. 24.
p Etiā ſi mortalis quiſpiā fuiſſet pater non Iupiter, virtute tamē meâ feci vt Iouis credar progenies. a Virtute meā cœlū decoraui.

Quin ipſe quanquàm Iupiter credi meus
Pater eſſe gaudet. parce iã lacrymis, parens;
Superba matres inter Argolicas eris.
Quid tale Iuno peperit, æthereum gerens
Sceptrum, & Tonanti nupta? mortali ta-
men
Cœlum tenens inuidit? Alcidem ſuum
Dici eſſe voluit. perage nunc, Titan, vices
Solus relictus. ille, qui veſter comes
[b] *Vbique fueram, Tartara & manes peto.*
Hanc tamen ad imos perferam laudem in-
clytam,
Quod nulla peſtis vicit Alcidem palàm,
Omnemque peſtem vicit Alcides palàm.

CHORVS.

Solem orat vt toti mundo Herculis mortem nunciet. Herculis apotheoſim prædicit, Iouémque precatur, vt vel nulli producantur tyranni, feræ, monſtra; vel alius ſufficiatur Herc. malorum vindex.

O Decus mundi, radiate Titan,
Cuius ad [c] *primos* [d] *Hecate vapores*
Laſſa nocturnæ leuat ora [e] *bigæ,*
Dic ſub Aurorâ poſitis [f] *Sabæis,*
Dic ſub occaſu poſitis [g] *Iberis,*
Quique [h] *feruentem patientur axem,*
Quique ſub [i] *plauſtro* [k] *patiuntur* [l] *Vrſæ;*
Dic ad æternos properare Manes
Herculem, & regnum Canis [m] *inquieti,*
Vnde non vnquam remeauit vllus.

b Supra verſic. 41.

c Aurorã tepidos recipientem radios. d Luna. *Hippol.* verſ. 411. e *Agamem.* verſ. 812. f Arabiæ-Felicis incolis. g Hiſpanis. h Torridã zodam, quam tamen veteres ſentiebant nõ habitabilem præ nimio calore. i Septem ſtellis in plauſtrum ἁμάξαι formatis. k Ioſ. Scalig. legendum cenſet, *pariuntur*, ne repetatur & *patiuntur*. l Hercul Fu. verſic. 129. m Peruigilis, vel; qui *latratu ea regna trifauci Perſonat.*

n *Sume, quos nubes radios ſequantur.*
Pallidus mœſtas ſpeculare terras,
Et caput turpes nebulæ pererrent.
Quando, prô Titan, a *vbi, quôue, ſumme,*
b *Herculem in terris alium ſequeris?*
Quas manus, orbis miſer, inuocabis,
Si qua ſub terra c *numeroſa peſtis*
Sparget intentam rabiem draconis?
d *Arcadum ſi quis,* d *populi vetuſti,*
Fecerit ſyluas e *aper inquietas?*
f *Thraciæ ſi quis Rhodopes alumnus*
Durior terris Helices niuoſæ
Sparget humano ſtabulum cruore?
Quis dabit pacem populo timenti,
Si quid irati ſuperi per vrbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus g *par,*
Quem h *parem tellus genuit Tonanti.*
i *Planctus immenſas reſonet per vrbes,*
i *Et comas nullo cohibente nodo,*
Fœmina exertos feriat lacertos;
k *Soláque obductis foribus Deorum,*
Templa ſecura pateant nouercæ.
l *Vadis ad Lethen, Stygiúmque littus,*
Vnde te nulla referent carinæ.
Vadis ad Manes miſerandus, vnde
m *Morte deuicta tuleras triumphum.*
Vmbra n *nudatis venies* n *lacertis,*
Languido vultu, trepidóque collo:
Téque o *non ſolum feret illa puppis.*
Non tamen viles eris inter vmbras,
Æacumque inter, p *geminóſque Cretas;*

n Sume nubilam faciem & triſtem.
a Vbi? Al quo *ſub axe?*
b Herculis quidē nomen ſtrenuis omnibus & claris viris à veteribus tributum, quos alij 63. alij 43. numerant.
c Hydra, numeroſum malum. Hercul Fu. verſ. 240.
d Hippol. verſ. 783.
e Sus Mænalius.
f Diomedes Thraciæ rex. Herc. Fu. verſ. 225.
g Robore & fortitudine modò, vel moriens ſicut alij.
h Sup. verſ. 6.
i Pro more lugentium. vide Troad. v. 82.
k Sup. v. 746.
l Ἀτραπὸν εἰς ἀΐδα λίμνας.
m Hercul. Fu. act. 5.
n Vmbras enim, quam in viuis habuerant imaginem, retinere credebāt veteres.
o Vt quondam, ne mergeretur, gemens *ſub pondere cymba Sutilis.*
p Rhadamanthum & Æacum Cretæ reges, quos propter iuſtitiā infernis vmbrarū iudicijs præfecit Iupiter. Herc. Fu. 732.

a Fata

a *Fata diſcernes*, b *fieri tyranni*
Parcite, ô dites, inhibete dextras:
Laudis eſt, c *purum tenuiſſe ferrum.*
Dúmque regnabas d *minimum cruentis*
In tuas vrbes licuiſſe fatis.
Sed locum virtus habet inter aſtra
e *Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?*
An grauis Titan vbi promit æſtus?
An ſub Occaſu tepido nitebis?
Vnde f *commiſſo reſonare ponto*
Audies Calpen? loca quæ sereni
Deprimes cœli? g *quis erit recepto*
Tutus Alcidæ locus inter aſtra?
Horrido tantùm procul à h *Leone*
Det pater ſedes, calidóque h *Cancro;*
Ne tuo vultu tremefacta leges
Aſtra conturbent, trepidétque Titan.
Vere dum flores venient tepenti,
Et i *comam ſyluis hyemes recident,*
(Vel comam ſyluis reuocabit æſtas;)
Pomáque autumno fugiente cedent,
Nulla te terris rapiet vetuſtas.
Tu comes Phœbo, comes ibis aſtris.
Antè naſcetur ſeges in profundo,
Vel k *fretum dulci reſonabit vnda;*
l *Antè deſcendet glacialis Vrſæ*
Sidus, & Ponto vetito fruetur,
Quàm tuas laudes populi m *quieſcant.*
Te, pater rerum, miſeri precamur.
Nulla naſcatur fera, nulla peſtis.
Non n *duces ſæuos miſeranda tellus*

a Al. Facta, id eſt, *Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani geſſerit.*
b Al. *Feries tyrannos*; id eſt, quartus ſtatueris iudex, vel ea tibi mens manebit, quæ in vita, feriẽdi tyrannos.
c Incruentum, innocens.
d Minimũ permittere tuæ licentiæ in ſubditorum vitas.
e *Tibi numine ab omni Cedetur, iuríſque tui natura relinquet, Quis deus eſſe velis, vbi regnum ponere mundi. Sed neq; in Arctoo ſedem tibi legeris orbe, Nec pol⁹ aduerſi calidus quà vergitur Auſtri.*
f Gaditano vtrinq; freto reſonare Calpen bimarem audies, vid. & Herc. Fu. 236.

g *Ætheris immenſi partem ſi preſſeris vnam, Sentiet axis onus, librati pondera cœli Orbe tene medio: pars ætheris illa sereni Tota vacet.*
h Thyeſt. verſ. 852. i Arboribus frondes. k Priùs mare dulceſcet. l Thyeſt. verſ. 476. m Taceant. n Tyrannos.

o *Habeat: nec ulla dominetur aula*
Qui putet ſolum decus eſſe regni,
Semper p *impenſum tenuiſſe ferrum.*
Si quid in terris iterum timetur,
Vindicem terræ petimus relictæ.
Hem, quid hoc? mundus ſonat, ecce mœret,
Mœret Alcidæ pater. an Deorum
Clamor, an vox eſt q *timidæ nouercæ?*
Hercule an viſo fugit aſtra Iuno?
r *Laſſus an pondus titubauit Atlas?*
An magis diri tremuere Manes
Herculem? & viſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus catenis?
Fallimur: læto venit, ecce vultu
Quem tulit ſ *Pæas, humeriſque tela*
Geſtat, & notas populis pharetras,
Herculis heres.

o I. Lipſius tibiæ adaptat verſū legendo, *Horrea nulla dom.* Ioſ. Scalig. nihil mutandum cenſet, cùm *Habeat nec* totidē habeat tempora quot, *Horreat*.
p Ferro non parcere. alij *intonſum.* leg.
q Iunonis me in cœlum aſcendentem timentis.
r Cœlū quod humeris ſuſtinere Atlanta Mauritaniæ regem Promethei fratrem fingunt? quòd Aſtrologiam ſphærámque inueniſſet: duriuſcula autem locutio *laſſus pondus.* ſ Philoctetes, cui Hercules moriens ſagittas legauit.

ACTVS QVINTVS.

NVTRIX. PHILOCTETES.

Philoctetes Herculis mortem atque funus nunciat.

Nut. *Effare caſus, iuuenis, Herculeos; precor,*
Vultuque quonam tulerit Alcides necem.
Ph. t *Quo nemo vitam.* Nut. *Lætus adeone ultimos*
Inuaſit ignes? Ph. *Eſſe iam flammas nihil*
Oſtendit ille, qui ſub u *occaſu Hercules*
Virtute vinci docuit indomitâ omnia.
Nut. *Inter* a *vapores quis fuit forti locus?*

t Lætiori vultu mortem tulit, quàm ali⁹ quiſpiam vitam.
u Suo. Ioſ. Scal. itaque legit *Herculis.*
a Ignes.

Ph. b *Quod vnum in orbe venerat nondum malum,*
Et flamma victa eſt. hæc quoq; acceſſit feris.
Inter labores ignis Herculeos abiit.
Nut. *Ediſſere agedum, flamma quo victa eſt modo?*
Ph. *Vt omnis Oeten miſta corripuit* c *manus,*
Hinc fagus d *vmbras perdit, & tota iacet*
Succiſa trunco: e *flexit hinc pinum ferox*
Aſtris minantem, & nube de mediâ vacat;
Ruitura cautes mouit, & f *ſyluam trahit*
Secum minorẽ. g *Chaonis quondam loquax*
Stat vaſta latè quercus, & h *Phœbũ vetat,*
Vltráque i *totos porrigit ramos nemus.*
Gemit illa multo vulnere impreſſo minax,
Frangitque cuneos. reſilit excuſſus chalybs,
k *Vulnúſq; ferrũ patitur & truncũ fugit.*
Commota tandẽ eſt; tunc cadens lentâ morâ
Duxit ruinam. protinus l *radios locus*
Admiſit omnes. ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrant nemore ſucciſo * *diem,*
Quærúntq; laſſis garrula pinnis nemus.
Iámq; omnis arbor ſonuit, & m *ſacræ quoq;*
Senſere quercus horridam ferro manum,
Nullíque priſcum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis ſylua: & n *alternæ trabes*
In aſtra tollũt Herculi o *anguſtum rogum.*

b Ignis, quocum Hercules non dimicauit hactenus. vid. de ſup. verſ. 1401.
c Multitudo comitũ & famulorũ Herc. ſuccidere arbores ad rogũ iuſſa.
d Succiſa enim.
e Ioſ. Scalig. emendat, *flexit hinc pinus ferox Aſtris minantem nube de media comam*, id eſt, aërium verticem flexit & inclinauit caſura.
f *Corruit, & ſecum proſtrauit pondere ſyluam.*
g In hac ſyluâ erat ingens quercus, non minor Dodonæâ illâ in Chaonio Epiri nemore. de qua vide Med. verſ. 346. & Oedip. 726.
h Solis radios arcet. i Alii, *totum.*
k Hebetatur, nec diffindere valet.
l Quod ſupra verſ. 1619. dixit, *fagus vmbras perdit.* * Al. leg. *domum.* m Incæduæ & Iouis conſecratæ.
n Alternatim poſitæ. o Al. *Auguſtum.* Qui *auguſtum* retinent, exponunt *Herculi nimis arctum.* expoſitio nimis arcta & preſſa, non placet. ego dici arbitror *pyramidali aſcenden-*

Rapit alta flāmas pinus, & robur p tenax,
Et breuior ilex ſyluâ contexit pyram
q *Populea ſylua,* q *frondis Herculea nemus.*
At ille, vt ingens nemore ſub r *Naſamonio*
Æger reclini pectore admugit leo,
Fertur. quis illum credat ad flammas rapi?
Vultus petentis aſtra, non ignes, erant.
Vt preſſit Oeten, ac ſuis oculis rogum
Luſtrauit, omnes ſ *fregit impoſitus trabes,*
Arcumq; poſcit: Accipe hæc, inquit, t *ſate*
Pæante, dona; munus Alcidæ cape.
Has Hydra ſenſit: his iacent u *Stymphalides,*
Et quidquid aliud eminus vici malum.
x *Victure felix: has enim* y *nunquam irritas*
Mittes in hoſtes. ſiue de mediâ voles
Auferre volucres nube, deſcendent aues,
Et certa prædam tela de cœlo ferent.
Nec fallet vnquam dexteram hic arcus tuam:
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam ſagittis. ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela. tu tantum, precor,
Accommoda ignes, & x *facem extremam mihi.*
Hic a *nodus, inquit, nulla quem capiet manus,*
Mecum per ignem flagret, hoc telum Herculem
Tantùm ſequatur. hoc quoq; acciperes, ait,
Si ferre poſſes, adiuuet domini rogum.
Tum rigida ſecum b *ſpolia Nemeæi mali*
Arſura poſcit. latuit in ſpolio rogus.
Ingemuit omnis turba; nec lacrymas dolor

tem forma in altum & anguſtum.
p Solidum.
q Herc. Fur. verſ. 892.
r Libyco. Naſamones autē Libyæ pop. ex naufragiis & rapto ad Syrtes viuentes.
ſ Pondere ſuo.
t Philoctetæ.
u Herc. Fur. verſ. 243.
x Lipſ. ex. m. s. l. *virtute felix iuuenis, has nunquam irritas, &c.*
y Herc. Fur. verſ. 989.
z Funebrem qua rogus accendebatur. id eſt. incende mihi rogum. quod defuncto neceſſitudine deuincti præſtabant officium, ſed aduerſa facie.
a Claua Apoll. στιβαρὸν δίχην ὄζον ἐλαίης.
b Pellem leonis Nemeæi.
c Pellis regum ſummum te-

Cuiquam remiſit. mater[d] *in luctum furens*
Diduxit[e] *auidũ pectus, atque vtero tenus.*
Exerta, vaſtos vbera in plantus ferit:
Superóſq;, & ipſum vocibus[f] *pulſans Iouem,*
Impleuit omnem voce fœmineâ locum.
Deforme letum, mater, Herculeum facis:
[g] *Cõpeſce lacrymas, inquit: introrſus dolor*
Fœmineus abeat. Iuno cur lætum diem
[h] *Te flente ducat? pellicis gaudet ſua*
Spectare lacrymas. cõtine infirmum[i] *iecur,*
Mater: nefas eſt[k] *vbera atque vterum tibi*
Laniare, qui me genuit.[l] *& dirum fremens*
Qualis per vrbes duxit Argolicas canem,
Cùm victor Erebi Dite contempto rediit
Tremente fato? talis incubuit rogo.
Quis[m] *ſic triumphans lætus in curru ſtetit*
Victor? quis[n] *illo gentibus vultu dedit*
Leges[o] *tyrannus? quanta pax obitus tulit?*
[p] *Hæſere lacrymæ. cecidit expulſus dolor*
Nobis quoque ipſis. nemo morituro ingemit.
Iam flere pudor eſt. ipſa, quam ſexus iubet
Mœrere,[q] *ſiccis hæſit Alcmene genis;*
Stetitque nato pene iam ſimilis parens.
Nut. *nullaſne in aſtra miſit ad ſuperos preces*
Arſurus, aut in vota reſpexit Iouem?
Ph. *Iacuit ſui ſecurus, & cœlum intuens,*
Quæſiuit oculis[r] *arce an ex aliquâ pater*
Deſpiceret illum. tum manus tendens ait:
Quacumque[r] *parte proſpicis natum, pater,*
[ſ] *Iſte eſt pater. quem nocte commiſſa dies*
Quæſiuit vnus. ſi meas laudes canit
[t] *Vtrumque Phœbi litus, &*[u] *Scythia genus,*

d Luctui nimium indulgens.
e Planctus & pœnæ auidũ.
f Compellans.
g Μηδὲ γυνὲς Δάκρυε χαρπάτι φιλόκτιστον γυνή.
h Tuis inſultans lacrymis.
i Affect⁹, quorum iecur ſedes. ſup. v. 579.
k Pro more lugentiũ. vide Troad. v. 82.
l Et hoc dicto, Herc. dirum fremens, qualis duxit, &c. Hercul. Fur. verſ. 806.
m Vt ille rogo.
n Tam læto & ſereno.
o Rex, τύραννος. ſic enim primitus Græcis vſurpatum.
p Ceſſauere.
q non lacrymantibus.
r Cœli.
ſ Ego ſum filius ille tuus, quem geminata nocte genuiſti. Herc. Fur. verſ. 24.
t Oriens & occidens.
u Septentrio.

Totáſque in ignem vertit, & qua plurimus
Exundat ignis, recipit intrepidus, ferox.
Nunc ora flammis implet, aſt illi graues
Luxere barbæ: cúmque iam vultu minax
Appeteret ignis, lamberent flammæ caput,
Non preſſit oculos. Sed quid hoc? mæſtam intuor
c *Sinu gerentem reliquias magni Herculis,*
d *Crinémque iactans ſqualidum* Alcmene *gemit.*

c Ad vtrumq; parentem ſpectabat, reliquias colligere, ſinu fouere, & componere, de quâ formâ vide Troad. verſ. 797. d alibi erat mens I. L. cùm reponeret *Cinerem iact. ſque Alc. gem*, neque enim ſimul geſſit & iactauit cineres, quod etiam crudelitatis fuiſſet.

ALCMENA. PHILOCTETES.

Suam ex Herculis morte cladem Alcmena dolet.

Alc. T*Imete* e *ſuperi fata, tam* f *paruus cinis*
Herculeus eſt; huc ille g *decreuit gigas.*
h *O quanta, Titan, in nihil moles abit!*
i *Anilis, heu me, cepit* Alciden *ſinus.*
Hic tumulus illi eſt, ecce vix totã Hercules
Compleuit vrnam, quam i *leue eſt pondus mihi,*
k *Cui totus æther pondus incubuit leue!*
Ad tartara olim, regnáque ô nate, vltima
Rediturus ibas: quando ab infernâ Styge
Remeabis iterum! non vti l *ſpolium trahas,*
Rurſúmque m *Theſeus debeat lucem tibi:*
Sed quando ſolus? n *ignis impoſitus tuas*
Compeſcet vmbras, téque Tartareus canis

e Mortales qui ſuprà aura veſcimini, vel Di, namque Iouis ſepulchrum oſtendit Creta, & Bacchi ſimul ad inferos adiit. f Quem parua capiat vrna. g Decreſcendo deuenit. h O Sol, quanta moles in nihil abiit, *inſpicior tamen hunc locum, & Titana de Hercule ab autore conceptum fuiſſe* i *Quod digitis quinque leuatur onus* k Cœlum, Hercul. Fu. verſic. 68. l Cerberum. m Hercul. Fu. verſ. 805. Hippolyt. verſ. 840. n Infernus.

Inhibere poterit? quando Tænareas fores
Pulſabis? ah, quas mater ad fauces agar?
Quà mors aditur? vadis ad Manes iter
Habiturus o *vnũ, quid diem queſtu tero!*
Quid miſera duras vita? quid lucem hanc tenes?
Quem parere rurſus Herculẽ poſſum Ioui?
Quis me parentem gnatus Alcmenam ſuã
Tantus vocabit? ô nimis felix, nimis,
p *Thebane coniux. Tartaro intraſti loca*
Florente gnato; téque venientem inferi
Timuere forſan, quod pater tantùm Herculis
Vel q *falſus aderas, quas petam terras anus,*
Inuiſa r *ſæuis regibus? ſi quis tamen*
Rex eſt relictus ſæuus: hei miſeræ mihi!
Quicumque ſ *cæſos ingemũt gnati* ſ *patres,*
A me petent ſupplicia, me cuncti obruent.
Si quis t *minor Buſiris, aut ſi quis* u *minor*
Antæus vrbes x *perfidæ terret plagæ,*
Ego præda ducar: y *ſi quis Iſmarios greges*
Thracis z *cruenti vindicãt, carpent greges*
Mea membra diri, forſitan pœnas petet
Irata Iuno, totus a *vretur dolor*
Secura victo tandem ab Alcide vacat.
Pellex ſuperſum, b *ſupplicia de qua exigat.*
c *Ne parere poſſem, fecit hic gnatus mihi*
Vterum timendum, quæ petam Alcmene loca?
Quis me locus, quæ regio, quæ mundi plaga
Defẽdet? aut quas mater in latebras agar?

o Vnicum, non remeabile, *vel* æquè ab omni orbis regione diſtãs, inquiũt interpretes. Quid ſi dicamus *ſolum*, id eſt, ſine me? diſpiciat lector ex iis quæ ſequuntur.
p Amphitryo Thebanorum dux, mihi coniux, Herc. pater (putatiue) tu felix, qui intraſti, &c.
q Putatiuus.
r Tyrannis.
ſ Patres tyrannos ab Herculecæſos
t Filius Buſiridis.
u Antæi filius.
x Afrorũ, Pœnorum, quorũ perfidia abiit in gentis notã.
y Si quis Diomedis filiũ patrem ſuis equis obiectũ vindicare voluerit. Herc. Fer. v. 225.
z Humanâ carne paſti.
a Conſumetur, impendetur in me. b Vt in me iras exerceat. c Ne partus pœnam à me exigat Iuno.

Vbique certè nota. ſi patriam petam,
d *Laréſque miſeros, Argos Euryſtheus tenet.*
Orbata, Thebas, e *regnum & Iſmenum petam.*
Thalamoſque noſtros, in quibus quondam Iouem
Dilecta vidi? prô nimis felix, nimis,
f *Si fulminantem & ipſa ſenſiſſem Iouem!*
Vtinam meis viſceribus Alcides foret
Exectus infans! nunc datum eſt miſeræ, datum,
Videre gnatum laude certantem g *Ioui:*
Et h *hoc daretur ſcire, quod fatum mihi*
Eripere poſſet! quis memor viuet tui,
O gnate, populus? omne iam ingratum eſt genus.
Petam i *Cleonas? Arcadum an populos petam?*
Meritiſque k *terrā nobilem quæram tuis?*
l *Hic dira ſerpens cecidit;* m *hic ales fera;*
n *Hic rex cruentus;* o *hic tuâ fractꝰ manu,*
Qui te ſepulto poſſidet cœlum, leo.
Si grata terra eſt, populus Alcmenam tuam
Defendat omnis. Thracias gentes petam,
Hebríq; populos? hæc quoq; eſt meritis tuis
p *Defenſa tellus, ſtabula cum regno iacent.*
Hic pax cruento rege proſtrato data eſt.
q *Vbi enim negata eſt? quod tibi infelix anus*
Quæram ſepulchrum? de tuis totus rogis
Contendat orbis. reliquias magni Herculis
Quis populus, aut quæ templa, quæ gentes colent?

d Domū patris mei Electryonis.
e Thebanum quod alluit Iſmen. flu.
f Si ipſo concubitu periiſſē fulmine, vt Semele. Herc. Fu. verſ. 455.
g Cum Ioue. Helleniſm.
h Te mihi ita fulminatæ ac mortuæ ſuperſtitem eſſe.
i Oppidum inter Argos & Corinthū iuxta quod Sylua Nemeæa.
k Heinſ. *Lernā* legēdum coniicit: vel lege *Terras nobiles.*
l In Lernâ palude Argiuâ.
m In Arcadia Stymphalis volucris, vel cerua aëripes alata.
n In Ægypto, Thracia, Libya, Buſiris. Diomedes, Antæus.
o Herc. Fu. v. 225. & Thyeſt. verſ. 855.
p Interfecto Diomede. Herc. Fu. verſ. 225. q Lipſ. *Vbi cama-*

Quis iam petet, quis poſcet r *Alcmenes* r *onus?*
Quæ tibi ſepulchra, gnate, quis tumulus ſat eſt?
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Quid anime, trepidas? Herculis cineres téne.
Complectere oſſa. reliquiæ auxilium dabũt.
Erunt ſatis præſidia. terrebunt tuæ
Reges vel vmbræ. Ph. *Debitos gnato quidẽ*
Compeſce fletus, mater Alcidæ inclyti.
Non eſt gemendus, nec graui vrgendus nece.
ſ Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.
Æterna virtus Herculem fleri vetat.
t Fortes vetat mœrere, degeneres iubet.
Al. *Sedabo queſtus? vindicẽ amiſi* u *parens*
Terræ atque pelagi, quáque purpureüs dies
y *Vtrumq;* z *clara ſpectat Oceanum* z *rotâ.*
Quot miſera in vno condidi gnatos parens?
Regno carebam, regna ſed a *poteram dare.*
Vna inter omnes terra quas matres regit,
b *Votis peperci: nil ego à ſuperis petij*
Incolume nato. quid dare Herculeus *mihi*
Non poterat c *ardor? quis Deus quidquam mihi*
Negare poterat? vota in hac fuerãt manu:
Quidquid negaret Iupiter, daret Hercules.
Quid tale genitrix vlla mortalis tulit?
Defleuit d *aliqua* e *mater, & toto ſtetit*
Succiſa fœtu, biſque ſeptenos greges

gata eſt. q. d. Thraciæ vniuerſæ data eſt pax, poſtquam Diomedi vni negata eſt, quẽ interemit. r Vrnam Herculis continẽtem reliquias, quam geſto. ſ Quiſquis ab iniuriâ obliuionis & mortalitatis ſe vindicauit ſibique ſua virtute ad cœlum ſtruxit iter. t Non ſunt lugendi, qui ſibi virtute ſua nomen æternum aſſecuti ſunt, ſed ij qui nihil in vita egerũt, quo poſteris ſe benè vixiſſe teſtentur. u Ego mater illius. x Sol rubens. y Orientem & occidentem, Indicum, & Gaditanum. z Curru ſplendido. a Per filium regum victorem. b Non votis Deos fatigaui. neque enim opus, cùm nihil non mihi filius ſuppeditaret. c Ardens amor & virtus. d Neſciõ quæ, nimirùm Niobe al. *olim.* e Herc. Fur. verſ. 386.

Deplanxit vna; f *gregibus æquari meus*
Quot ille poterat: matribus miſeris adhuc
Exemplar ingens deerat: Alcmene dabit.
Ceſſate matres, pertinax ſi quas dolor
Adhuc iubet lugere, quas luctus grauis
h *In ſaxa vertit. cedite his cuncta malis.*
Agedum, ſenile pectus, ô miſera manus
Pulſate, & vna funeri tanto ſat eſt
Grandæua anus defecta; quod totus breui
Iam quæret orbis? expedi in planctus tamen
Defeſſa quanquam brachia. i *inuidiam vt Deis*
Lugẽdo facias, aduoca in planctum k *genus.*

f Natorum.
g Exemplar miſeræ matris.
h Vt Nioben.
i *Inuidiam factura parens.* vide Oedip. verſic. 200.
k Humanum. vel Herc. vt in ſequenti næniâ, alij *genus.*

ALCMENA.

Triſtis Alcmena næniam canet.

FLete Alcmenem, magnique Iouis
Plangite gnatum, l *cui concepto*
Lux vna periit, noctéſque duas
Contulit m *Eos: ipſa* n *quiddam*
Plus luce perit. tota pariter
Plangite gentes, quarum ſæuos
Ille tyrannos iuſſit Stygias
Penetrare domos, populiſque o *madens*
Ponere ferrum. fletum meritis
Reddite tantis. totus, totus
Perſonet orbis. fleat Alciden
p *Cœrula Crete; magno tellus*
Clara Tonante: q *Centum populi*
Brachia pulſent.
Nunc r *Curetes, nunc* ſ *Corybantes,*

l Herc. Fur. verſ. 24.
m Aurora.
n Hercules, proter quem illius diei lux periit.
o Subditorum cæde madens.
p Inſula clara in cunabulis, Iouis cui Herc. filius, *vel* propter taurum Cretenſem ab Herc. interfectum. Agam. verſ. 827.
q Cretæ ἑκατομπόλιος.
r Pop. Cretæ qui ex Idâ Phrygiæ monte in Cretam traiecerunt *vel vt alij* ex Idâ Cretæ monte Opis digitis tactâ nati ſunt, vnde & dactyli Idæi dicti, qui quòd ὀρχοῦνται ſaltantes, vel cymbala pulſantes Iouis vagitũ celarent; ἀπὸ τῆς κουροτροφίας

t *Arma Idæa quaſſate manu:*
u *Armis illum lugere decet,*
Nunc, nunc funus plangite x *verum:*
Iacet Alcides non minor ipſo,
Creta, Tonante.
Flete Herculeos, Arcades, *obitus*
Nondum y *Phœbo naſcente genus.*
Iuga z *Partheny* a *Nemeæque ſonent;*
Feriántque graues b *Mænala planctus.*
Poſcite magno Alciden *gemitu:*
Stratus veſtris c *ſetiger oris:*
d *Aléſque ſequi iuſſa ſagittas,*
e *Totum pinnis velata diem:*
Flete Argolici; *flete* f *Cleonæ;*
Hic terrentem mœnia quondam
Veſtra leonem fregit noſtri
Dextera nati. Date Sithoniæ g
Verbera matres, gelidúſque ſonet
Planctibus Hebrus. flete Alciden,
Quòd non ſtabulis h *naſcitur infans,*
Nec veſtra greges viſcera carpunt.
Fleat i Antæo *libera tellus,*
Et rapta fero k *plaga Geryone.*

nomen ſortiti ſunt. aliis ἀπὸ τῆς κουρᾶς dicti, quòd anteriorẽ partẽ capitis detonſi poſtriorem fouebant, vel quod mollium puellarum ritu comam fouerent; quã quia inter ſaltandũ rotarent, —— ſ—— Corybantes dicti. q. κορύπτοντες; aliis tamen à κόρη pupilla, quòd vigiles Iouem cuſtodirent; aliis παρὰ τὴν κόρυθα, quòd galeati incederent. Lucianus tamen Corybantas Phrygiæ Cybeles, Curetas Cretenſis Iouis ſacerdotes eſſe vult. t Cymbala, tibiam, tympana, buxum Berecynthium. *vel ſimpliciter*, arma. Curetes enim primum ἐνόπλιοι ſaltaſſe dicuntur, vt Iouis vagitum armorum ſtrepitu obtegerent. u Heroëm ſcilicet fortem. x Non falſum & imaginarium, vt Iouis quondam. y Scribendum *Phœbe*. i. Arcades προσέληνοι vid. Hippol. verſ. 783. z Montes Arcadiæ. a Syluæ inter Cleonas & Phliuntem, in qua Herc. Leonem interfecit. b Arcadiæ mons. c Aper Erymanthius, Mænalius, Arcadius. d Stymphalides quæ ſolis radios pennis obumbrarunt, ſagittis Herc. vel vt alii —— æreí crotali crepitu pulſæ. Theb. verſ. 422. e Sup. verſ. 1564. f Sup. verſ. 1411. g Threſſæ à Sithone monte Thraciæ. h Non alitur pabulum futurum equis Diomedis, paſſiuè: vel per Hypallagen Lipſ. *Naſcitur*. i Sup. verſ. 24. k Hiſpania. vid. Herc. Fu. verſ. 232.

Mecum miſeræ plangite gentes:
l *Audiat ictus vtraque Tethys.*
Vos quoque mundi m *turba citati,*
Flete Herculeos, numina, caſus.
Veſtrum Alcides n *ceruice meus*
Mundum, ſuperi, cœlúmque tulit:
Cùm ſtelligeri vector Olympi
Pondere liber ſpirauit Atlas.
Vbi nunc veſtræ, Iupiter, arces?
Vbi promiſſi regia mundi?
Nempe Alcides mortalis obit,
Nempe ſepultus. quoties o *telis*
Facibúſque tuis ille pepercit!
Quoties ignis ſpargendus erat?
In me ſaltem iaculare facem,
p *Semelémque puta. Iámne* q *Elyſias,*
O gnate, domus, iam litus habes,
r *Ad quod populos natura vocat?*
ſ *An poſt raptum Styx atra canem*
Præcluſit iter,
Téque in primo limine Ditis
Fata morantur? t *quis nunc Vmbras*
Gnate, t *tumultus, Manéſque tenet?*
u *Fugit abductâ nauita cymbâ,*
Et Centauris Theſſala motis
Ferit attonitos vngula Manes?
Anguéſque ſuos Hydra ſub vndis
Territa merſit? téque labores
O gnate, timent?
Fallor, fallor, veſana parens;
Nec te Manes vmbræque timent.
x *Non* y *Argolico rapta leoni*
Fulua pellis contecta iubâ
Læuos operit dura lacertos;
Vallántque z *feri tempora dentes.*

l Sole Orientem emittens, & Occidenté excipiens. vide Herc. Fur. verſ. 25.
m Cœlicolæ.
n Herc. Fur. verſ. 68.
o Sup. verſ. 6.
p Supra verſic. 1804.
q Troad. verſ. 912.
r Mortis communem omnibus portum.
ſ An quòd olim Cerberum rapuiſti, aditũ iã tibi negant, ingrediq; prohibent?
t Te ſecundò iam aduenien te.
u Fugitne Charon monſtrorúmque ſimulachra, vt quondam? Herc. Fu. verſ. 769.
x Non enim deſcendis armat⁹ vt quondam.
y Cleonæo. ſup. verſ. 1811.
z Rictus leonis galeæ loco gerebat. Herc. Fu. verſ. 797.

Donum pharetra ceſſere tuæ.
Teláque mittet iam a dextra minor.
Vadis inermis, gnate, per vmbras,
Ad quas ſemper manſurus eris.

a Philoctetæ dextra, tuâ minus valida.

HERCVLES. ALCMENA.

Solatur lugentem matrem Hercules in deorum collegium tranſlatus. machinâ autem demiſſus Hercul. ex editiore loco ſupra epiſcenium inducitur.

Her. *QVid me* b *tenentem regna ſiderei poli,*
c *Cœlóque tandem* c *redditum,* d *planctu iubes*
Sentire fatum? parce. nam virtus mihi
In aſtra, & ipſos fecit ad ſuperos iter.
Al. *Vnde ſonus trepidas aures ferit?*
Vnde meas inhibet lacrymas fragor?
Agnoſco, agnoſco, victum eſt e *chaos.*
A Styge, gnati, redis iterum mihi:
Fractáque non ſemel eſt Mors horrida.
Viciſti rurſus Noctis loca,
f *Puppis & infernæ vada triſtia.*
Peruius eſt g *Acheron iam languidus,*
Et remeare licet ſoli tibi,
Nec te Fata tenent poſt funera.
h *An tibi præcluſit Pluton iter,*
Et i *pauidus regni metuit ſibi?*
Certè ego te vidi flagrantibus
Impoſitum ſyluis, cùm pluribus
In cœlum furerent flammæ minis,
Arſiſti certè; verùm k *vltima*
Non tenuêre tuas vmbras k *loca.*

b Herculem in cœleum relatū alij Engonaſim alij Martis ſtellam putant.
c *Vel* quòd Ioue ſatus fuerit, vel ex opinione Platonica, animas priuſquàm in corpora demitterentur, in cœlo fuiſſe.
d Viuentium planctu luctuque nimio manes oſtēdi creditum. *Tu manes ne lede meos, & parce ſolutis Crinib⁹, & teneris, Delia, parce genis* Tibull.
e Infernum, & mors
f Cymbæ Charontis.
g Agamemnon verſ. 12.

h Sup. verſ. 1910. i Ne regnum illi eriperes metuens. k Infer-

l *Quid timuère tui manes, precor?*
Vmbra quoque eſt Diti nimis horrida.
Her. *Non me rigentis ſtagna* m *Cocyti tenent.*
Non puppis vmbras furua trãſuexit meas.
Iam parce, mater, queſtibus. Manes n *ſemel*
Vmbráſque vidi: o *quidquid in nobis tui*
Mortale fuerat, ignis iniectus tulit.
Paterna cœlo pars data eſt; flammis tua.
Proinde planctus pone, p *quos gnato paret*
Genitrix inerti, luctus in turpes eat.
q Virtus in aſtra tendit, in mortem timor.
Præſens ab aſtris, mater, Alcides r *cano,*
ſ *Pœnas cruentus iã tibi Euryſtheus dabit.*
Curru ſuperbum vecta tranſcendes caput.
Me iam decet ſubire cœleſtem plagam,
Inferna t *vinco rurſus Alcides loca.*
Al. *Mane parumper ceſſit; ex oculis abijt;*
In aſtra fertur, fallor, an vultus putat
Vidiſſe gnatum; u miſera mens incredula eſt.
Es numen, & te mundus æternus tenet.
x *Credo, triumphas; regna Thebarum petam,*
Nouúmque templis additum numen canã.

na, Tartara.

l Quã tui partem timuere manes? an & vmbrã tuam? vid. ſup. quæ ad v. 1706.

m Agamemn. verſ. 22.

n Dum in viuis eram.

o Anima cœlũ petiit, corpus in cognata elementa, vnde ortum, abiit putabant autẽ ἀποθεώσεως illi fautores oportere terrenum illud omne corpori admixtum comburi, vt immortalis quis fieret.

p Supra v. 1835.

q Fortes virtus ſua cœlo & immortalitate beat, ignauorum memoriam vnà cum corpore mors abſorbet. r Tibi prædico. ſ Ab Herculis filiis enim & Iolao apud Marathonem poſteà deuictus eſt, *vel vt alij* eius ab Hyllo interempti caput ad Alcmenam allatum. t Alij *Vito.* u Alij *Miſera mens eſt credula* vid. v. 312. Herc. Fu. x. Ex authoritate Ioſeph. Scalig. ſcribe *Credo, triumphas*, cùm priùs legeretur. *Credo triumphis.*

CHORVS.

CHORVS.

Herculis ἀποθεώσει adſpirat Chorus, nouúmque numen adorat.

a NVnquam Stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus. *viuite fortes,*
Nec Lethæos ſæua per amnes
Vos fata trahent: ſed cùm ſummas
Exiget horas conſumpta dies,
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Sed b *tu domitor magne ferarum,*
Orbiſque ſimul pacator ades.
Nunc quoque noſtras reſpice terras:
Et ſi qua nouo c *bellua vultu*
Quatiet populos terrore graui,
d *Tu fulminibus frange* e *triſulcis:*
Fortius ipſo genitore tuo
Fulmina mittes.

a Sup. v. 1835. & 1969.

b Hercules.

c Monſtrum, tyrannus.

d Supra v. 6.

e Triſulcum dicitur fulmen propter ignes trium ſuperiorum ſiderũ ad terram deciduos, quorum ſummus ex nimio Saturni humore infuſcat, ἀργὴς: imus ex ardore Martis cremat diſſipátque, ψολόεις: medius è clara Iouis ſubtilitate penetrat etiam illęſis operimentis, καταιβάτης. Ioui rurſus tres datæ ſunt manubiæ, minores, quæ moneant; Maiores quæ XII. deorum concilio miſſæ diſcutiant: Maximæ, quas Iupiter eorundem nutu iaculatus, accendit, diſperdit; imis ſumma commutat.

Gg

OCTAVIA.

PERSONÆ.

Octavia.	Poppea.
Nutrix Octaviæ.	Nutrix Poppeæ.
Chorus Romanorũ.	Agrippina.
Seneca.	Nero.
Præfectus.	Nuncius.

ARGUMENTUM.

Claudius Druſus Cæſar Meſſalinæ, quæ illi Britannicum & Octauiam pepererat, quòd Silio nupſiſſet, mori iuſſæ, Agripinam filiam frătris ſui Germanici, viduam Cn. Dom. Ænobarbi Neronis ſuperinduxit; cuius filio Neroni Octauiam ſuam in matrimoninm dedit. Claudio & Britannico veneno ſublatis, Nero Imp. Octauiam, quam oderat, repudiat, Poppeam Sabinam ducit, cuius diuortij cauſa commoti populi tumultum multa cæde reprimit, & Octauiam in Pandatariam ablegatam interfici iubet.

ACTUS PRIMUS.

Octavia.

Vitæ pertæſa miſerias ſuas deflet Octauia.

Iam vaga cœlo ſidera fulgens
Aurora fugat: ſurgit Titan
Radiante comâ, mundóque diem

Reddit clarum.
Eia age, tantis onerata malis
Repete aſſuetos iam tibi queſtus,
Atque æquoreas vince [a] *Alcyonas;*
Vince & [b] *volucres* [b] *Pandionias:*
Grauior namque bis fortuna tua eſt.
Semper [c] *genitrix* [d] *deflenda mihi,*
Prima meorum cauſa malorum,
Triſtes queſtus
Natæ exaudi, [e] *ſi quis remanet*
Senſus in vmbris. vtinam antè manu
Grandæua ſuâ [f] *mea rupiſſet*
Stamina Clotho; [g] *tua quam mœrens*
Vulnera vidi,
Oráque fœdo ſparſa cruore!
O lux ſemper funeſta mihi!
Tempore ab illo lux eſt tenebris
Inuiſa magis.
Tulimus ſæua iuſſa [h] *nouercæ,*
Hoſtilem animum, vultúſque truces.
Illa, illa meis [i] *triſtis Erinnys*
Thalamis Stygios prætulit ignes:
Téque [k] *extinxit, miſerande* [l] *pater,*
Modò [m] *cui totus paruit orbis*
Vltra Oceanum, cuique Britanni
Terga dedêre,
[n] *Ducibus noſtris antè ignoti*
Iuriſque ſui.

a Vide Agam. verſ. 674.
b Luſciniam & hirundinem, in quas mutatæ Procne & Philomela Pandionis regis Athenarum filiæ; Agamem. verſ. 665.
c Meſſalina.
d Dedecore tuo, vel, morte *propter ſeq.*
e Poëtis hoc familiare vt ſimulacris hiſce apud inferos maneant memoria & affectus.
f Vitæ meæ abſcidiſſet telā Parca. Herc. Fu. verſ. 558.
g Claudius Valeriā Meſſalinam repudiatis Herculanillâ & Æliâ Petinâ vxore duxit. inſatiatæ libidinis mulier præter alia dedecora C. Silio nupſit. quod vbi comperiſſet Imperator, ſupplicio affecit; illa autem cùm timidè & fruſtrà ferrum pectori & iugulo admouiſſet, à tribuno tandem confoſſa interiit.
h Agrippinæ. i Vide Med. verſ. 17. k Boleto venenato Claudium Agrippina ſuſtulit. l T. Claudi. m Namque *illa Britannos vltra noti Litora ponti, & cæruleos ſcuta Brigantas dare Romuleis Colla catenis iuſſit, &c.* n Noti quidem & tentati Iulio Cæſari, ſed non ſubacti: vt & Auguſto.

o Coniugis (heu me) pater inſidiis
Oppreſſe iaces; ſeruitque domus
Cum prole tua capta p tyranno!

o Tuæ, Agrippinnæ, ſupra verſ. 21.
p Neroni.

NVTRIX OCTAVIAE.

Propter alumnæ ſuæ Octauiæ calamitatem ſublimis & aulicæ vitæ conditionem execratur.

Nut. *FVlgore primo captus, & q facili bono*
Fallacis aulæ, quiſquis attonitus ſtupet,
Subito r latentis ecce Fortunæ impetu
Modò prepotētem cernat euerſam domum,
Stirpémque Claudij, cuius imperio fuit
Subiectus orbis; paruit s liber diu
t *Oceanus, & recepit inuitus rates.*
En u qui Britannis primus impoſuit iugū,
Ignota tantis claſſibus texit freta.
Intérque gentes barbaras tutus fuit,
Et ſæua maria; coniugis ſcelere occidit,
Mox illa x gnati. cuius extinctus iacet
y *Frater venenis: mœret infelix z ſoror,*
z *Eadémq; coniux. nec graues luctus valet*
Ira coacta tegere. a crudelis viri
Secreta refugit ſemper, atque b odio pari
Ardens mariti, mutuâ flagrat face.
Animum dolentis noſtra ſolatur fides,
Pietáſque fruſtra. c mutat immitis dolor
Conſilia noſtra, nec regi mentis poteſt
Generoſus ardor, ſed malis vires capit.
Heu quàm nefandum proſpicit noſter timor
Scelus, quod vtinam numē auertat Deûm!

q Leui, vel quod etiam malis citra virtutē contingat
r Al. *Labantis*
s Pop. Britanniæ ſc. diu liberi.
t Noſtras, Romanas.
u Sup. verſ. 25
x Neronis. inf. verſ. 305.
y Britannicus frater Octauiæ vterinus, Neronis per adoptionem Claudii: quem Nero vt imperiū ſolus & ſine æmulo obtineret Locuſtæ veneficæ operâ ſuſtulit.
z Octauia quā duxerat adoptatus à Claudio Nero.
a Maritum auerſata, non ſuſtinet ſola cum illo eſſe. b Octauia Neronem ad minùs odit quàm ipſam Nero. c Dolor facit vt Octauia ſuorum conſiliorum immemor vltionem meditetur.

OCTAVIA, NVTRIX.

Lugentem Octauiam nutrix conſolatur, & à vindictâ, quam cogitat, dehortatur.

Oct. O *Mea* [d] *nullis æquanda malis*
Fortuna! licèt repetam [e] *luctus*
Electra, tuos: tibi mœrenti
Cæſum licuit flere parentem;
Scelus vlciſci vindice fratre,
Tua quem pietas [f] *hoſti rapuit,*
Texitque fides: me crudeli
Sorte parentes raptos prohibet
Lugere timor, [g] *fratriſque necem*
[h] *Deflere vetat, in quo fuerat*
Spes vna mihi.
Tótque malorum breue ſolamen.
Nunc in luctus ſeruata meos.
Nut. *Vos en noſtras perculit aures*
Triſtis alumnæ.
Ceſſas thalamis inferre gradus
[k] *Tarda ſenectus?* Oct. *Excipe noſtras*
Lacrymas nutrix, teſtis noſtri
Fida doloris. Nut. *Quis te tantis*
Soluet curis, miſeranda, dies?
Oct. [l] *Qui me Stygias mittet ad vmbras.*
Nut. *Omnia, (quæſo) ſint iſta procul.*
Oct. *Non vota meos tua nunc caſus,*
Sed fata regunt. Nut. *Dabit afflictæ*
Meliora Deus tempora mitis:
Tu modò blando vince obſequio
Placata virum. Oct. *Vincam ſæuos.*
Antè leones, tigríſque truces,
Fera quam ſæui corda tyranni.

d Omnibus maior.

e Electra enim apud Sophoclem largiter Agamemnonem ab Ægiſtho & Clytæmneſtra cæſum deflet, expectans interim vt Oreſtes aliquando reuerſus patris cædẽ vlciſceretur.

f Matri & Ægiſtho. vid. Agam. verſ. 920.

g Britannici, ſup. verſ. 44.

h Quod tyrãnicum & acerbum eſt.

i *Stat magni nominis vmbra, & vt quercus trunco non frondibus efficit vmbram.* Lucan. de Pompeio.

k Mea, id eſt, cur ego ſenio tarda ceſſo thalamos Octauiæ aggredi?

l Dies ſc. ille quo moriar.

o Coniugis (heu me) pater inſidiis
Oppreſſe iaces; ſeruitque domus
Cum prole tua capta p tyranno!

o Tuæ, Agrippinnæ, ſupra verſ. 21.
p Neroni.

NVTRIX OCTAVIAE.

Propter alumnæ ſuæ Octauiæ calamitatem ſublimis & aulicæ vitæ conditionem execratur.

Nur. F*Vlgore primo captus, & q facili bono*
Fallacis aulæ, quiſquis attonitus ſtupet,
Subito r latentis ecce Fortunæ impetu
Modò præpotĕtem cernat euerſam domum,
Stirpémque Claudij, cuius imperio fuit
Subiectus orbis; paruit s liber diu
t Oceanus, & recepit inuitus t rates.
En u qui Britannis primus impoſuit iugũ,
Ignota tantis claſſibus texit freta.
Intérque gentes barbaras tutus fuit,
Et ſæua maria; coniugis ſcelere occidit,
Mox illa x gnati. cuius extinctus iacet
y Frater venenis: mœret infelix z ſoror,
z Eadémq; coniux. nec graues luctus valet
Ira coacta tegere. a crudelis viri
Secreta refugit ſemper, atque b odio pari
Ardens mariti, mutuâ flagrat face.
Animum dolentis noſtra ſolatur fides,
Pietáſque fruſtra. c mutat immitis dolor
Conſilia noſtra, nec regi mentis poteſt
Generoſus ardor, ſed malis vires capit.
Heu quàm nefandum proſpicit noſter timor
Scelus, quod vtinam numẽ auertat Deûm!

q Leui, vel quod etiam malis citra virtutē contingat
r Al. *Labantis*
s Pop. Britanniæ ſc. diu liberi.
t Noſtras, Romanas.
u Sup verſ. 25
x Neronis. inf. verſ. 305.
y Britannicus frater Octauiæ vterinus, Neronis per adoptionem Claudij: quem Nero vt imperiũ ſolus & ſine æmulo obtineret Locuſtæ veneficæ operâ ſuſtulit.
z Octauia quã duxerat adoptatus à Claudio Nero.
a Maritum auerſata, non ſuſtinet ſola cum illo eſſe.
b Octauia Neronem haud minùs odit quàm ipſam Nero.
c Dolor facit vt Octauia meorum conſiliorum immemor vltionem meditetur.

OCTAVIA, NVTRIX.

Lugentem Octauiam nutrix conſolatur, & à vindictâ, quam cogitat, dehortatur.

Oct. O *Mea* d *nullis æquanda malis*
Fortuna! licèt repetam e *luctus*
Electra, tuos: tibi mœrenti
Cæſum licuit flere parentem;
Scelus vlciſci vindice fratre,
Tua quem pietas f *hoſti rapuit,*
Texitque fides: me crudeli
Sorte parentes raptos prohibet
Lugere timor, g *fratriſque necem*
h *Deflere vetat, in quo fuerat*
Spes vna mihi.
Tótque malorum breue ſolamen.
Nunc in luctus ſeruata meos.
Nut. *Vos en noſtras perculit aures*
Triſtis alumnæ.
Ceſſas thalamis inferre gradus
k *Tarda ſenectus?* Oct. *Excipe noſtras*
Lacrymas nutrix, teſtis noſtri
Fida doloris. Nut. *Quis te tantis*
Soluet curis, miſeranda, dies?
Oct. l *Qui me Stygias mittet ad vmbras*
Nut. *Omnia, (quæſo) ſint iſta procul.*
Oct. *Non vota meos tua nunc caſus,*
Sed fata regunt. Nut. *Dabit afflictæ*
Meliora Deus tempora mitis:
Tu modò blando vince obſequio
Placata virum. Oct. *Vincam ſæuos.*
Antè leones, tigríſque truces,
Fera quam ſæui corda tyranni.

d Omnibus maior.

e Electra enim apud Sophoclem largiter Agamemnonem ab Ægiſtho & Clytæmneſtra cæſum deflet, expectans interim vt Oreſtes aliquando reuerſus patris cædẽ vlciſceretur.

f Matri & Ægiſtho. vid. Agam. verſ. 910.

g Britannici, ſup. verſ. 44.

h Quod tyrãnicum & acerbum eſt.

i *Stat magni nominis vmbra, & vt quercus trunco non frondibus efficit vmbram.* Lucan. de Pompeio.

k Mea, id eſt, cur ego ſenio tarda ceſſo thalamos Octauiæ aggredi?

l Dies ſc. ille quo moriar.

Odit genitos, ſanguine claro,
Spernit ſuperos hominéſque ſimul,
m *Nec fortunam capit ipſe ſuam,*
Quam dedit illi per n *ſcelus ingens*
Infanda parens. o *licèt ingratum*
Dira pudeat munere matris,
Hoc imperium cepiſſe; licèt
Tantum munus morte rependat:
Feret hunc p *titulum poſt fata tamen*
Fœmina longo ſemper in æuo.
Nut. *Animi retine verba furentis.*
Temerè emiſſam comprime vocem.
Oct. *Toleranda* q *quamuis patiar, haud vnquam queant,*
Niſi morte triſti, noſtra finiri mala.
Genitrice cæſâ, per ſcelus rapto patre,
Orbata fratre, miſeriis, luctu obruta,
Mœrore preſſa, coniugi inuiſa, ac meæ
Subiecta r *famulæ, luce non grata fruor;*
Trepidante ſemper corde, non mortis metu,
Sed ſceleris. abſit crimen à fatis meis:
Mori iuuabit pœna nam grauior nece eſt,
Videre tumidos & truces miſera mihi
Vultus tyranni, iungere atque hoſti oſcula,
Timere nutus, cuius obſequium meus
Haud ferre poſſet, fata poſt fratris, dolor,
Scelere interempti; cuius imperium tenet,
Et t *morte gaudet auctor infandæ necis.*

m Secūdâ Fortunâ ebrius & elatus ſibi temperare nō poteſt, nec ſe intra officij fines continere.

n Cædē Claudij mariti & Britannici priuigni. Supra verſ. 54.

o Licet matrē Agrippinam, cui⁹ maleficiis imperium adeptus eſt mori iuſſerit. infra verſ. 305.

p Parti filio imperij. quòd per matris ſuæ ſcelus imperat Nero.

q Lipſ. emendat *Queuis*. hac mente: animo meo moderari & linguā coërcere vis? poſsē equidem, ſi tolerāda paterer; mea autē mala non tolerāda, & quæ ſola mors finiat.

r Poppeæ, è familiâ concubinæ (infra verſ. 191) equiti quidem Rom. antè nuptæ, quam ſuper induxit Nero die duodecimo poſt diuortium Octauiæ. infra verſ. 719.

ſ Nullum neci meæ prætexatur crimen. quam tamen adulterij criminis poſteà adeò impudenter inſimulauit, vt omnibus in quæſtione negantibus, Anicetus eam à ſe dolo ſtupratam fateretur. Quin & adulterij eum Alexandrino tibicine & abacti partus falſo criminabatur. t Imperij ſorte & parte, quæ ipſi ex

ʳQuàm ſæpe triſtis ᵘ vmbra germani meis
Offertur oculis, ˣ membra cùm ſoluit quies,
Et feſſa fletu lumina oppreßit ſopor!
Modò facibus atris armat infirmas manus,
Oculóſque, & ora ʸ fratris infeſtus petit:
Modò trepidus idem refugit in thalamos meos.
Perſequitur hoſtis, atque inhærenti mihi,
ᶻ Violentus enſem per latus noſtrum rapit.
Tunc tremor, & ingens excutit ſomnos pauor,
Renouátque luctus & metus miſeræ mihi.
Adice his ſuperbam pellicem, ᵃ noſtræ domus
Spolijs nitentem; cuius in munus ſuam
ᵇ Stygiæ parentem natus impoſuit ᵇ rati;
Quam dira poſt naufragia ſuperato mari
ᶜ Ferro interemit, ſæuior pelagi ᵈ fretis.
Quæ ſpes ſalutis poſt ᵉ nefas tantum mihi?
Inimica, victrix, imminet thalamis meis,
Odióque noſtri flagrat, & ᶠ pretium ſtupri
Iuſtæ maritum coniugis captat caput.
Emergere vndis, & fer auxilium tuæ
Gnatæ inuocanti, genitor; aut Stygios ſinus
Tellure ruptâ pande, quo præceps ferar.
Nut. Fruſtra parentis inuocas manes tui,
Miſeranda; fruſtra. ᵍ nulla cui prolis ſuæ
Manet inter vmbras cura: qui ʰ gnato ſuo
Præferre potuit ⁱ ſanguine alieno ſatum,
ᵏ Genitámq; fratris coniugem captus ſibi

morte Britannici obtigerat. Lipſ. itaq; *forte* legendum autumat.

u Homicidæ ſcelerum ſuorũ conſcientiâ territi opinioni de furiis & occiſorũ vmbris ſceleratos perſequẽtibus viam fecerunt.

x Λυσιμελὴς.

y Neronis illi per adoptionẽ fratris.

z Celeriter agere videtur enſẽ in latus meum, dum petit Neronẽ mihi inhærentẽ, vt ſe tueatur.

a Auguſtæ, imperialis.

b Solutili, cui⁹ laxatæ naufragio periret, inf. verſ. 307.

c Infra v. 350.

d Quæ illi pepercerant.

e Matris ſuæ cædem.

f A marito poſcit caput meũ quæ vera coniux ſum, in præmium ſtupri. g Cui viuo nulla prolis cura, nedum mortuo. g Britannico. i Neronem quem pepererit Agrippina filia Germanici Neroni filio Antoniæ. k Al. *Gnatámque fratris, coniugem captam ſibi*: Al. *Gnatámque fratre*, id eſt. Agrippinam filiam ſui fratris Germanici, cuius per ius oſculi &

[illegible]

Romana. [illegible]

[illegible] imperio

[illegible] formi

[illegible] bian

[illegible] per graaum ſceler[illegible]

[illegible] exiuit crepido [illegible]

[illegible] ſua funero

[illegible] polluit Signa face

[illegible] Natura furens

F[illegible]que omne rapit ; commiſcuit comux

[illegible] cecidit atque eadem

[illegible] tu quoq. [illegible]

D[illegible]

Britanice (heu me) leuis tantùm cinis,
Et triſtis vmbra; ſæua cui lacrymas dedit
Etiam nouerca, cùm rogis artus tuos
Dedit cremandos, membráque & vultus [e] *Deo*
Similes [f] *volanti, flamma feruens abſtulit.*
Oct. *Extinguat & me, ne manu noſtrâ cadat.*
Nut. *Natura vires non dedit tantas tibi.*
Oct. *Dolor, ira, mœror, miſeriæ, luctus dabunt.*
Nut. *Vince obſequendo potiùs immitem virum.*
Oct. [g] *Vt fratrem ademptum ſcelere reſtituat mihi?*
Nut. *Incolumis vt ſis ipſa, labentem vt domum*
Genitoris olim ſobole reſtituas tuâ.
Oct. *Expectat* [h] *aliam principis ſobolem domus:*
[i] *Me dira miſeri fata germani trahunt.*
Nut. *Confirmet animum ciuium* [k] *tantus fauor.*
Oct. *Solatur iſte noſtra,* [l] *non releuat, mala.*
Nut. Vis magna populi eſt. Oct. Principis maior tamen
Nut. *Reſpiciet ipſe coniugem.* Oct. *Pellex vetat.*
Nut. *Inuiſa cunctis nempe.* Oct. *Sed cara eſt viro.*
Nut. *Nondum vxor eſt.* Oct. *Iam fiet, & genitrix ſimul.*
Nut. [m] *Iuuenilis ardor impetu primo furit;*
Langueſcit idem facilè, nec durat diu
[n] *In Venere turpi, ceu leuis flamma vapos.*

verſ. 305.

e Cupidini volucri, alato.

f Fœminæ.

g Quorsũ obſequium? neq; enim ego vel officiis meis corda tyranni vincam, neque ille poteſt dãna mihi penſare.

h Ex pellice ſcilicet Poppea, quam mihi ſuperducere cogitat.

i Ego non alia quàm quæ fratri meo Britannico fata obtigerunt, exſpecto.

k Qui magn' erat in Octauiam.

l Non minuit, non tollit.

m ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

n Vt hic, inceſtu ſcilicet, ſup. verſ. 139.

OCTAVIA.

PERSONÆ.

OCTAVIA.
NVTRIX OCTAVIÆ.
CHORVS Romanorũ.
SENECA.
PRÆFECTVS.
POPPEA.
NVTRIX POPPEÆ.
AGRIPPINA.
NERO.
NVNCIVS.

ARGVMENTVM.

Claudius Druſus Cæſar Meſſalinæ, quæ illi Britannicum & Octauiam pepererat, quòd Silio nupſiſſet, mori iuſſæ, Agripinam filiam frätris ſui Germanici, viduam Cn. Dom. Ænobarbi Neronis ſuperinduxit; cuius filio Neroni Octauiam ſuam in matrimoninm dedit. Claudio & Britannico veneno ſublatis, Nero Imp. Octauiam, quam oderat, repudiat, Poppeam Sabinam ducit, cuius diuortij cauſa commoti populi tumultum multa cæde reprimit, & Octauiam in Pandatariam ablegatam interfici iubet.

ACTVS PRIMVS.

OCTAVIA.

Vitæ pertæſa miſerias ſuas deflet Octauia.

I*Am vaga cœlo ſidera fulgens*
Aurora fugat: ſurgit Titan
Radiante comâ, mundóque diem

Reddit clarum.
Eia age, tantis onerata malis
Repete aſſuetos iam tibi queſtus,
Atque æquoreas vince [a] *Alcyonas;*
Vince & [b] *volucres* [b] *Pandionias:*
Grauior namque bis fortuna tua eſt.
Semper [c] *genitrix* [d] *deflenda mihi,*
Prima meorum cauſa malorum,
Triſtes queſtus
Natæ exaudi, [e] *ſi quis remanet*
Senſus in vmbris. vtinam antè manu
Grandæua ſuâ [f] *mea rupiſſet*
Stamina Clotho; [g] *tua quam mœrens*
Vulnera vidi,
Oráque fœdo ſparſa cruore!
O lux ſemper funeſta mihi!
Tempore ab illo lux eſt tenebris
Inuiſa magis.
Tulimus ſæuæ iuſſa [h] *nouercæ,*
Hoſtilem animum, vultúſque truces.
Illa, illa meis [i] *triſtis Erinnys*
Thalamis Stygios prætulit ignes:
Téque [k] *extinxit, miſerande* [l] *pater,*
Modò [m] *cui totus paruit orbis*
Vltra Oceanum, cuique Britanni
Terga dedêre,
[n] *Ducibus noſtris antè ignoti*
Iuriſque ſui.

a Vide Agam. verſ. 674.
b Luſciniam & hirundinem, in quas mutatæ Procne & Philomela Pandionis regis Athenarum filiæ, Agamem. verſ. 665.
c Meſſalina.
d Dedecore tuo, vel, morte *propter ſeq.*
e Poëtis hoc familiare vt ſimulacris hiſce apud inferos maneant memoria & affectus.
f Vitæ meæ abſcidiſſet telã Parca. Herc. Fu. verſ. 558.
g Claudius Valeriã Meſſalinam repudiatis Herculanillâ & Æliã Petinâ vxorẽ duxit. inſatiatæ libidinis mulier præter alia dedecora C. Silio nupſit. quod vbi comperiſſet Imperator, ſupplicio affecit; illa autem cùm timidè & fruſtra ferrum pectori & iugulo admouiſſet, à tribuno tandem confoſſa interiit.
h Agrippinæ. i Vide Med. verſ. 17. k Boleto venenato Claudium Agrippina ſuſtulit. l T. Claudi. m Namque *Ille Britannos vltra noti Litora ponti, & cæruleos ſcuta Brigantas dare Romuleis Colla catenis iuſſit, &c.* n Noti quidem & tentati Iulio Cæſari, ſed non ſubacti: vt & Auguſto.

o Coniugis (heu me) pater inſidiis
Oppreſſe iaces; ſeruitque domus
Cum prole tua capta p tyranno!

o Tuæ, Agrippinnæ, ſupra verſ. 21.
p Neroni.

NVTRIX OCTAVIAE.

Propter alumnæ ſuæ Octauiæ calamitatem ſublimis & aulicæ vitæ conditionem execratur.

Nut. F*Vlgore primo captus, & q facili bono*
Fallacis aulæ, quiſquis attonitus ſtupet,
Subito r latentis ecce Fortunæ impetu
Modò præpotētem cernat euerſam domum,
Stirpémque Claudij, cuius imperio fuit
Subiectus orbis; paruit s liber diu
t Oceanus, & recepit inuitus rates.
En u qui Britannis primus impoſuit iugū,
Ignota tantis claſſibus texit freta,
Intérque gentes barbaras tutus fuit,
Et ſæua maria; coniugis ſcelere occidit,
Mox illa x gnati. cuius extinctus iacet
y Frater venenis: mæret infelix z ſoror,
z Eadémq; coniux. nec graues luctus valet
Ira coacta tegere. a crudelis viri
Secreta refugit ſemper, atque b odio pari
Ardens mariti, mutuâ flagrat face.
Animum dolentis noſtra ſolatur fides,
Pietáſque fruſtra. c mutat immitis dolor
Conſilia noſtra, nec regi mentis poteſt
Generoſus ardor, ſed malis vires capit.
Heu quàm nefandum proſpicit noſter timor
Scelus, quod vtinam numē auertat Deûm!

q Leui, vel quod etiam malis citra virtutē contingat.
r Al. *Labantis*
s Pop. Britanniæ ſc. diu liberi.
t Noſtras, Romanas.
u Sup. verſ. 25
x Neronis. inf. verſ. 305.
y Britannicus frater Octauiæ vterinus, Neronis per adoptionem Claudij: quem Nero vt imperiū ſolus & ſine æmulo obtineret Locuſtæ veneficæ operâ ſuſtulit.
z Octauia quā duxerat adoptatus à Claudio Nero.
a Maritum auerſata, non ſuſtinet ſola cum illo eſſe.
b Octauia Neronem haud minùs odit quàm ipſam Nero.
c Dolor facit vt Octauia meorum conſiliorum immemor vltionem meditetur.

OCTAVIA, NVTRIX.

Lugentem Octauiam nutrix conſolatur, & à vindictâ, quam cogitat, dehortatur.

Oct. O *Mea* [d] *nullis æquanda malis*
Fortuna! licèt repetam [e] *luctus*
Electra, tuos: tibi mœrenti
Cæſum licuit flere parentem;
Scelus vlciſci vindice fratre,
Tua quem pietas [f] *hoſti rapuit,*
Texitque fides: me crudeli
Sorte parentes raptos prohibet
Lugere timor, [g] *fratriſque necem*
[h] *Deflere vetat, in quo fuerat*
Spes vna mihi.
Tótque malorum breue ſolamen.
Nunc in luctus ſeruata meos.
Nut. *Vos en noſtras perculit aures*
Triſtis alumnæ.
Ceſſas thalamis inferre gradus
[k] *Tarda ſenectus?* Oct. *Excipe noſtras*
Lacrymas nutrix, teſtis noſtri
Fida doloris. Nut. *Quis te tantis*
Soluet curis, miſeranda, dies?
Oct. [l] *Qui me Stygias mittet ad vmbras.*
Nut. *Omnia, (quæſo) ſint iſta procul.*
Oct. *Non vota meos tua nunc caſus,*
Sed fata regunt. Nut. *Dabit afflictæ*
Meliora Deus tempora mitis:
Tu modò blando vince obſequio
Placata virum. Oct. *Vincam ſæuos*
Antè leones, tigréſque truces,
Fera quam ſæui corda tyranni.

d Omnibus maior.

e Electra enim apud Sophoclem largiter Agamemnonem ab Ægiſtho & Clytæmneſtra cæſum defiet, expectans interim vt Oreſtes aliquando reuerſus patris cædē vlciſceretur.

f Matri & Ægiſtho. vid. Agam. verſ. 910.

g Britannici, ſup. verſ. 44.

h Quod tyrānicum & acerbum eſt.

i *Stat magni nominis vmbra, & vt quercus trunco non frondibus efficit vmbram.* Lucan. de Pompeio.

k Mea, id eſt, cur ego ſenio tarda ceſſo thalamos Octauiæ aggredi?

l Dies ſc. ille quo moriar,

Odit genitos, ſanguine claro,
Spernit ſuperos hominéſque ſimul,
[n]. *Nec fortunam capit ipſe ſuam,*
Quam dedit illi per [n] *ſcelus ingens*
Infanda parens. [o] *licèt ingratum*
Dira pudeat munere matris,
Hoc imperium cepiſſe; licèt
Tantum munus morte rependat:
Feret hunc [p] *titulum poſt fata tamen*
Fœmina longo ſemper in æuo.
Nut. *Animi retine verba furentis.*
Temerè emiſſam comprime vocem.
Oct. *Toleranda* [q] *quamuis patiar, haud vnquam queant,*
Niſi morte triſti. noſtra finiri mala.
Genitrice caſâ. per ſcelus rapto patre,
Orbata fratre, miſeriis, luctu obruta,
Mœrore preſſa, coniugi inuiſa, ac meæ
Subiecta [r] *famulæ, luce non grata fruor;*
Trepidante ſemper corde, non mortis metu,
Sed ſceleris. [s] *abſit crimen à fatis meis:*
Mori iuuabit pœna nam grauior nece eſt,
Videre tumidos & truces miſera mihi
Vultus tyranni, iungere atque hoſti oſcula,
Timere nutus, cuius obſequium meus
Haud ferre poſſet, fata poſt fratris, dolor,
Scelere interempti; cuius imperium tenet,
Et [t] *morte gaudet auctor infandæ necis.*

m Secūdâ Fortunâ ebrius & elatus ſibi temperare nō poteſt, nec ſe intra officij fines continere.

n Cædē Claudij mariti & Britannici priuigni. Supra verſ. 54.

o Licet matrē Agrippinam, cui⁹ maleficiis imperium adeptus eſt mori iuſſerit. infra verſ. 305.

p Parti filio imperij. quòd per matris ſuæ ſcelus imperat Nero.

q Lipſ. emendat *Queam*. hac mente: animo meo moderari & linguā coërcere vis? poſsē equidem, ſi tolerāda paterer; mea autē mala non tolerāda, & quæ ſola mors finiat.

r Poppeæ, è familiâ concubinæ (infra verſ. 191) equiti quidem Rom. antè nuptæ, quam ſuper induxit Nero die duodecimo poſt diuortium Octauiæ infra verſ. 719.

ſ Nullum neci meæ prætexatur crimen. quam tamen adulterij criminis poſteà adeò impudenter inſimulauit, vt omnibus in quæſtione negantibus, Anicetus eam à ſe dolo ſtupratam fateretur. Quin & adulterij eum Alexandrino tibicine & abacti partus falſo criminabatur.

t Imperij ſorte & parte, quæ ipſi ex

Quàm ſæpe triſtis u *vmbra germani meis*
Offertur oculis, x *membra cùm ſoluit quies,*
Et feſſa fletu lumina oppreßit ſopor!
Modò facibus atris armat infirmas manus,
Oculóſque, & ora y *fratris infeſtus petit:*
Modò trepidus idem refugit in thalamos meos.
Perſequitur hoſtis, atque inhærenti mihi,
z *Violentus enſem per latus noſtrum rapit.*
Tunc tremor, & ingens excutit ſomnos pauor,
Renouátque luctus & metus miſeræ mihi.
Adice his ſuperbam pellicem, a *noſtræ domus*
Spolijs nitentem; cuius in munus ſuam
b *Stygiæ parentem natus impoſuit* b *rati;*
Quam dira poſt naufragia ſuperato mari
c *Ferro interemit, ſænior pelagi* d *fretis.*
Quæ ſpes ſalutis poſt e *nefas tantum mihi?*
Inimica, victrix, imminet thalamis meis;
Odióque noſtri flagrat, & f *pretium ſtupri*
Iuſtæ maritum coniugis captat caput.
Emergere vndis, & fer auxilium tuæ
Gnatæ inuocanti, genitor; aut Stygios ſinus
Tellure ruptâ pande, quo præceps ferar.
NUT. *Fruſtra parentis inuocas manes tui,*
Miſeranda; fruſtra. g *nulla cui prolis ſuæ*
Manet inter vmbras cura: qui h *gnato ſuo*
Præferre potuit i *ſanguine alieno ſatum,*
k *Genitámq; fratris coniugem captus ſibi*

morte Britannici obtigerat. Lipſ. itaq; *forte* legendum autumat.

u Homicidæ ſcelerum ſuorũ conſcientiâ territi opinioni de furiis & occiſorũ vmbris ſceleratos perſequẽtibus viam fecerunt.

x Λυσιμελὴς.

y Neronis illi per adoptionẽ fratris.

z Celeriter agere videtur enſẽ in latus meum, dum petit Neronẽ mihi inhærentẽ, vt ſe tueatur.

a Auguſtæ, imperialis.

b Solutili, cui⁹ laxatæ naufragio periret, inf. verſ. 307.

c Infra v 350.

d Quæ illi pepercerant.

e Matris ſuæ cædem.

f A marito poſcit caput meũ quæ vera coniux ſum, in præmium ſtupri. g Cui viuo nulla prolis cura, nedum mortuo. g Britannico. i Neronem quem peperit Agrippina filia Germanici Neroni filio Antoniæ. k Al. *Gnatámque fratris, coniugem captam ſibi*: Al. *Gnatámque fratre*, id eſt, Agrippinam filiam ſui fratris Germanici, cuius perius oſculi &

Toris l *nefandis* m *flebili iunxit* m *face.*
Hinc orta ſeries facinorum, cædes, doli,
Regni cupido, ſanguinis diri ſitis:
Mactata ſoceri concidit thalamis n *gener*
Victima, tuis ne fieret o *hymenæis potens.*
Prô facinus ingens! p *femina eſt munus datus*
Sillanus, & cruore fœdauit ſuo
Patrios penates, q *criminis ficti reus.*
Intrauit r *hoſtis (hei mihi) captam domũ*
Dolis ſ *nouercæ,* t *Principis factus gener,*
Idémque u *gnatus, iuuenis infandi ingenij,*
Capáxque ſcelerum, x *dira cui genitrix facem*
Accendit, & te iunxit inuitam metu.
Tantóque victrix facta ſucceſſu ferox,
Auſa imminere eſt orbis imperio y *ſacri.*
Quis tot referre facinorum formas poteſt,
Et ſpes nefandas fœminæ, & blandos dolos
Regnum petentis per gradum ſcelerum omnium?
z *Tũc ſãcta pietas extulit trepidos gradus,*
Vacuámque a *Erinnys ſæua funeſto pede*
Intrauit b *aulam; polluit Stygiâ face*
Sacros penates, iura Naturæ furens
Fáſque omne rupit; c *miſcuit coniux viro*
Venena ſæua; d *cecidit atque eadem ſui*
Mox ſcelere gnati, tu quoq; extinctus iaces
Deflende nobis ſemper, infelix puer,
Modò ſidus orbis, columen Auguſtæ domus

occaſiones blãditiarum amore capt⁹ eſt.
l Ad id tempus Romæ iniuſtis & illicitis, tùm verò Imp. Claudii gratiâ Senatus conſulto permiſſis. vix tamen reperti qui exemplum ſequerentur.
m Triſtibus & infauſtis nuptijs Theb. v. 163 & 507. Med. verſ. 17. adde quod XXX. Senatorum & Romanorũ equitum innumerorũ cæde nuptias has celebrauit, inter quos—
n—L. Sillanus Octauiæ ſponſus funeſto illo nuptiarum die interfectus eſt.
o Theb. verſic. 262.
p Agrippinæ pro munere & victimâ nuptiali datus.
q Inceſtus criminis conficti, & à Vitellio illi obiecti. r Nero hoſpes alienus vt ſup. verſ 137. Agrippinæ. t Te, ô Octauia, in vxorem acceptâ. u Per adoptionem. x Med. verſ. 16 y Auguſti. i Imper. Rom. gubernati. z Quando Agrippina intrauit. a Agam. verſ. 82. megæra, diſcordia. b Auguſtam domum. c Sup. verſ. 25. d Inſ.

Britanice (heu me) leuis tantùm cinis,
Et triſtis vmbra; ſæua cui lacrymas dedit
Etiam nouerca, cùm rogis artus tuos
Dedit cremandos, membráque & vultus [c] *Deo*
Similes [f] *volanti, flamma feruens abſtulit.*
Oct. *Extinguat & me, ne manu noſtrâ cadat.*
Nut. *Natura vires non dedit tantas tibi.*
Oct. *Dolor, ira, mœror, miſeriæ, luctus dabunt.*
Nut. *Vince obſequendo potiùs immitem virum.*
Oct. [g] *Vt fratrem ademptum ſcelere reſtituat mihi?*
Nut. *Incolumis vt ſis ipſa, labentem vt domum*
Genitoris olim ſobole reſtituas tuâ.
Oct. *Expectat* [h] *aliam principis ſobolem domus:*
[i] *Me dira miſeri fata germani trahunt.*
Nut. *Confirmet animum ciuium* [k] *tantus fauor.*
Oct. *Solatur iſte noſtra,* [l] *non releuat, mala.*
Nut. Vis magna populi eſt. Oct. Principis maior tamen
Nut. *Reſpiciet ipſe coniugem.* Oct. *Pellex vetat.*
Nut. *Inuiſa cunctis nempe.* Oct. *Sed cara eſt viro.*
Nut. *Nondum vxor eſt.* Oct. *Iam fiet, & genitrix ſimul.*
Nut. [m] *Iuuenilis ardor impetu primo furit;*
Langueſcit idem facilè, nec durat diu
[n] *In Venere turpi, ceu leuis flamma vapor.*

verſ. 305.

c Cupidini volucri, alato.

f Fœminæ.

g Quorſũ obſequium? neq; enim ego vel officiis meis corda tyranni vincam, neque ille poteſt dãna mihi penſare.

h Ex pellice ſcilicet Poppea, quam mihi ſuperducere cogitat.

i Ego non alia quàm quæ fratri meo Britannico fata obtigerunt, exſpecto.

k Qui magn* erat in Octauiam.

l Non minuit, non tollit.

m ἀεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

n Vt hic, inceſtu ſcilicet, ſup. verſ. 139.

Amor perennis coniugis caſta manet.
Violare prima quæ toros auſa eſt tuos,
Animúmq; domini p *famula poſſedit diu,*
Iam metuet q *eadem. nempe prælatam ſibi,*
Subiecta & humilis: atque q *monumenta exſtruit,*
Quibus timorem faſſa teſtatur ſuum.
Et hanc leuis fallaxque deſtituet deus
Volucer Cupido. ſit licèt formâ eminens,
Opibus ſuperba; gaudium capiet breue.
Paſſa eſt ſimiles ipſa dolores
r *Regina deûm, cùm ſe formas*
Vertit in omnes dominus cœli,
Diuúmque pater:
Et modò ſ *pinnas ſumpſit oloris;*
Modò t *Sidonij cornua tauri;*
u *Aureus idem*
Fluxit in imbri. fulgent cœlo
x *Sidera Ledæ: patrio reſidet*
y *Bacchus Olympo. Deus Alcides*
z *Poſſidet Heben, nec Iunonis*
Iam timet iras; cuius gener eſt,
Qui fuit hoſtis. a *vicit ſapiens*
Tamen obſequium coniugis b *altæ,*
Preſſúſque dolor, ſola Tonantem
Tenet æthereo ſecura toro
Maxima Iuno; nec mortali
Captus formâ deſerit altam
Iupiter aulam, tu quoque terris
c *Altera Iuno, ſoror Auguſti,*
Coniúxque, graues vince dolores.
OCT. *Iungentur antè ſæua ſideribus freta,*

o Supra v. 102.
p Ne indè alia ſibi præferatur vt illa mihi.
q Signa quibus ſe amo timere oſtendit.
r Iuno.
ſ Hippol. verſ. 299.
t Vbi in taurũ mutatus rapuit Europã Agenoris filiã, regis Sidonis. Hippol v. 302.
u Vbi Iupit. aureus imber factus, per alienas tegulas in Danaës Acriſij filiæ gremium influxit, fucúmque fecit mulieri.
x Caſtor & Pollux (alter ſaltem) Bacchus & Hercules ex Iouis adulteriis nati, & in deorum numerũ relati.
y Hercul. Fu. verſ. 455.
z Agamem v. 805. & Herc OEt. v. 1437.
a Obſequium tamen Iunonis prudenter exhibitum, & diſſimulatus dolor animum Iouis flexit, vicitque. b Al. Altè *Preſſúſque dolor.* ita Virgil. Æneid *premit altum corde dolorem.* c Quia *Diuiſum imperium cum*

Et ignis vnda Tartaro triſti polus,
Lux alma tenebris, roſcida nocti dies:
Quàm cum ſceleſti coniugis mente impiâ
Mẽs noſtra, ſemper fratris extincti memor.
Vtinam nefandi principis dirum caput
Obruere [d] *flammis Cœlitum rector paret,*
Qui ſæpe terras fulmine infeſto quatit,
[e] *Mentéſq; noſtras* [d] *ignibus* [e] *terret ſacris,*
Nouiſque [f] *monſtris! vidimus cœlo iubar*
Ardens, [g] *cometã pandere infeſtam facem,*
[h] *Qua plauſtra tardus noctis æternâ vice*
Regit Bootes, frigido A*rctoo rigens.*
En ipſe diro [i] *ſpiritu ſæui ducis*
Polluitur æther, [k] *gentibus clades nouas*
Minantur aſtra, quas regit [l] *dux impius.*
Non tam ferum [m] *Typhona neglecto Ioue*
Irata tellus edidit quondam parens.
Hæc grauior illo peſtis. [n] *hic hoſtis deûm*
Hominúmq;,[o] *templis expulit ſuperos ſuis,*
Ciuéſque patriâ; ſpiritum fratri abſtulit;
Hauſit cruorem matris; & lucem videt,
Fruitúrq; vitâ, noxiã atque animã trahit?

Ioue Cæſar habet? anne argutiùs, quia ſoror & coniux Neronis, vt illa Iouis? ſup. verſ. 45. d Fulmine. *Humanas motura tonitrua mẽtes.* f Prodigiis, cometis mutationem regum portendentib. *Lucan. mutãtem regna Cometen.* infra verſ. 232. g Sex enim menſibus, hic, quem nos Neronis principatu latiſſimo (legendum credo *latiſſimi* nam cap. 17. dixerat detraxiſſe hunc Cometæ inuidiam) ſpectandum ſe præbuit. Sen. 7. nat. quæſt. cap. 21. h In Septentrione. Med. verſ. 315. ſemper autem Septentrionem verſus apparent Cometæ, vnde & hic motus ſui initium fecit, & per Occidentem in Meridiana peruenit, vbi curſum erigens ſuum obliteuit cap. 29. lib. 7. natur. quæſt. * Al. leg. *Frigore Arctoo.* i Alludit ad cauſam Cometarum, vbi plurimum exhalationis calidæ & pinguis ad ſupremam aëris regionem eleuatur. Sic Oedip. verſ. 36.

k *Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna Cometæ, Illi etiam belli motus feráque arma minantur, Magnorum & clades populorum, &/ funera Regum.* l Tyrannus Nero. m Gigantes terræ filium. Thyeſt. verſ 807. ventum item igneſcentem à τύφω.

n Nero. o Vaſa enim ſacra & deorum ſimulachra conflauit.

Prô, ſumme genitor, tela cur fruſtra iacis
p *Inuicta toties temere* q *regali manu?*
In tam nocentem dextra cur ceſſat tua?
r *Vtinam ſuorum facinorum pœnas luat*
ſ *Nero, ipſe Diuo Domitio genitus patre,*
Orbis tyrannus, quem premit turpi iugo;
Morúmq; vitiis nomen auguſtū inquinat.
Nut. *Indignus ille (fateor) eſt thalamis tuis:*
Sed cede fatis, atque fortunæ tuæ,
Alumna, quæſo; néve violenti moue
Iram mariti. forſitan vindex Deus
Exiſtet aliquis; lætus & veniet dies.
Oct. *Graui deorū noſtra iam pridē domus*
Vrgetur irâ: prima quam preſſit Venus,
t *Furore miſeræ dira genetricis meæ:*
u *Quæ nupta demens nupſit inceſta face,*
Oblita x *noſtri, coniugis,* y *legū immemor;*
Illo ſoluta crine, ſuccincta anguibus,
z *Vltrix Erinnys venit ad Stygios toros,*
b *Raptáſque thalamis ſanguine extinxit faces:*
Incendit ira c *Principis pectus truci*
Cædem in nefandā. d *cecidit infelix parens*
*(*Heu*) noſtra ferro,* e *méq; perpetuo obruit*
Extincta luctu: coniugem * *traxit ſuum,*
Natúmque ad vmbras; f *prodidit lapſam domum.*

p Fulmina quibus nihil poteſt reſiſtere
q Qua cuncta regis.
r Mel iùs hæc è nutricis perſonâ, ſedatiora enim quàm quæ conueniant præcedentibus Octauiæ.
ſ Al. *Genere inſitiuo.* id eſt, qui in meliorem ſtirpem inſertus ſtolo ſpurius vitiis ſuis familiam Cæſaream, in quam adoptatus eſt, inquinat.
t Libidine, *qualis ſolet matres furiare equorum.*
u Quæ Claudio nupta, profecto illo ad Hoſtiam, C. Silio nupſit. ſup. verſ. 16.
x Britannici, meique.

y Non permittentium vt mulier viuo marito, nec repudiata alteri nubat. z Med. verſ 16. a Lethales nuptias. vtrique enim cauſa exitij fuerunt. b Ita Cydipp. apud Ouid. *Et face pro thalami fax mihi mortis adeſt.* c Claudij. d Supra verſ.16. e Namque illâ extinctâ duxit Claudius Agrippinam, cuius ſcelere pater meus & frater venenati, ego inuita Neroni nupta fui. * Al. *truſit.* f Lipſ. *perdidit.*

Nut. *Renouare luctus parce cum fletu pios,*
g *Manes parentis néve* h *ſollicita tuæ,*
Graues i *furoris quæ ſui pœnas dedit.*

g Herc. Oet. verſ. 1940.
h Med. v. 171.
i Sup. verſ. 255.

CHORVS.

Poppeæ nuptias deteſtatur Chorus Octauiæ parens. degenerem, lentam nimis & ſeruilem Romanorum arguit patientiam, & in ſcelera Neronis inuehitur.

QVæ fama modò venit ad aures,
Vtinam falſo credita, k *perdat*
Fruſtra toties iactata k *fidem!*
Nec noua noſtri coniux thalamos
Principis intret. l *teneátque ſuos*
Nupta penates Claudia proles:
Edat partu pignora pacis,
Qua tranquillus gaudeat orbis,
Seruétque m *decus Roma æternum.*
u *Fratris thalamos ſortita tenet*
Maxima Iuno. ſoror n *Auguſti*
Sociata toris, cur à patria
Pellitur aula? ſancta quid illi
Prodeſt pietas, o *Diuuſque pater?*
(Quid virginitas, caſtúſque pudor?)
Nos quoque noſtri ſumus immemores
Poſt fata ducis, cuius prodimus
Stirpem, p *ſæuo ſuadente metu.*
Vera priorum virtus quondam
Romana fuit, verúmque genus
q *Martis in illis, ſanguiſque viris.*
Illi r *reges hac expulerant*
Vrbe ſuperbos; vltique tuos

k Vtinam non vera ſit fama quæ venit, &c.
l Octauia Claudij filia maneat Neroni iuncta, cui pariat liberos, amoris mutui pignora, & quietæ ſucceſſionis.
m Imperij decus ætern.
n Sup verſ. 216, Neronis.
o Claudius ex more Rom. imperatorum in deorum numerum relatus, quem tamen rurſus detruſum ad inferos iocatur Seneca in Apocolocyntoſi.
p Propter tyranni Neronis metum.

q Propter Romulum & Remum Martis ac Iliæ filios, Romæ conditores. r Tarquinium ſuperbum cum filiis, & Decemuiros.

Sunt bene manes, f virgo, dextra
Cæſa parentis, ne ſeruitium
Paterere graue, aut improba ferret
Præmia victrix dira libido.
Te quoque t bellum triſte ſecutum eſt,
u *Mactata tuâ miſeranda manu*
Nata Lucretij, ſtuprum ſaui
Paſſa tyranni. dedit infandi
x *Sceleris pœnas cum Tarquinio*
Tullia coniux; quæ per cæſi
Membra parentis ſæuos egit
Impia currus, laceróque ſeni
Violenta y rogos nata negauit.
z *Hoc quoque noſtra videre nefas*
Secula; magnum cùm Tyrrhenum
Rate ferali Princeps captam
Fraude parentem miſit in æquor.
Properant placidos linquere portus
Iuſſi nautæ;
Reſonant remis pulſata fretâ,
Fertur in altum prouecta ratis,
Quæ reſoluto robore labens.

f Virginia, cuius formâ captus Appius Claud. X. vir illam per libertum qui eã ex ancilla natam falſo aſſeuerabat, in ſeruitutem redigere conatus eſt; cui cùm pater Virginius reſiſtere nõ poſſet, cultro è proxima laniena arrepto filiam propriâ manu iugulauit potiùs quàm turpe ſeruitium ſubiret. quo facinore commotus populus X. viros abire magiſtratu coëgit. t A Porſena Hetruſcorum rege, qui Tarquinios propter Lucretiam à Sexto Tarq. regis filio violatam exactos reducere contendebat. u Aduocatis marito & parente propria manu ſibi mortẽ conſciuit, ne adulterio conſenſiſſe videretur. x Quod Seruium Tull. ſocerũ Tarq. Sup. vxoris conſilio interfecit, vt ſolus regnaret, filiáq. ſcelerata patris in vico Cyprio ſtratũ cadauer carpẽto prætervecta eſt. y Solenne funus, ſepulturæ ritũ & monumentũ patri negauit. z Quo meliùs appareat locus, adieci Tranquilli verba. Nero matrẽ dicta factáque ſua exquirentẽ acerbiùs, & corripientẽ grauatus primùm honore priuauit, mox omni modo vexauit, deniq; tollere ſtatuit. Quod cum veneno pertentaſſet, ſentirétque antidotis præmunitam; lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxatâ machinâ deciderẽt, parauit. Hoc conſilio per ſocios parum celato, ratem ſolutilem, cuius naufragio periret, commẽtus eſt: atque ita ſimulata reconciliatione iucundiſſimis literis Baias euocauit ad ſolennia quin-

Preſſa dehiſcit, ſorbétque mare.
Tollitur ingens
Clamor ad aſtra cum fœmineo
Miſtus planctu. mors ante oculos
Dira vagatur. quærit leti
Sibi quiſque fugam:
Alij laceræ puppis tabulis
Hærent nudi, fluctúſque ſecant:
Repetunt alij littora nantes
Multos mergunt fata profundo:
Scindit veſtes [a] *Auguſta ſuas,*
Lacerátque comas, rigat & mœſtis
Fletibus ora.
Poſtquàm ſpes eſt nulla ſalutis,
Ardens irâ iam victa malis;
Hæc, [a] *exclamat, mihi pro* [b] *tanto*
Munere reddis præmia, gnate?
Hac ſum, fateor, digna carina,
Quæ te genui, quæ tibi lucem
Atque imperium noménque dedi
Cæſaris amens, exere vultus
Acheronte tuos, pœníſque meis
Paſcere [c] *coniux: ego cauſa tuæ,*
Miſerande, necis; gnatoque tuo
Funeris auctor.
En, vt merui, ferar ad manes
Inhumata tuos,
Obruta ſæuis æquoris vndis.
Feriunt fluctus ora loquentis.
Ruit in pelagus, rurſumque ſalo
Preſſa reſurgit, [d] *pellit palmis*
Cogente metu fata, & cedit
Feſſa labori, [e] *manſit tacitis*
In pectoribus ſpreta triſti
Iam morte fides, multi dominæ

quatriũ ſimul celebrãda, &c. vnde repetentẽ Baulos machinoſo illo nauigio nimis ſerò à miniſtris ſceleris diſſoluto, vbi illam nando euaſiſſe cõperit, inops cõſilij L. Agerniũ libertum Agrippinæ ſaluam & incolumem cum gaudio nũciãtem obiecto clàm pugione, vt percuſſorẽ ſibi ſubornatũ arripi conſtringíque iuſſit, matrémq; occidi; quaſi deprehenſum crimen volũtariâ morte vitaſſet, vide & Tacit. 14. Annal.

[a] Agrippina.

[b] Imperio ſupra verſ. 45. & 93.

[c] Claudi.

[d] Natando ſe morte eripere tentat.

[e] Famulorum ſpectantiũque in litore plerique fidei in Agrippinã Ne-

Ferre auxilium pelago fractis
Viribus audent, brachia quamuis
Lenta trahentem, voce hortantur,
Manibúſque leuant. quid tibi ſaui
Fugiſſe maris profuit vndas?
Ferro es gnati moritura tui:
f *Cuius facinus vix poſteritas,*
Tarde ſemper credula, credet.
Furit. ereptam pelagóque dolet
Viuere matrem
Impius, ingens geminátque nefas.
Ruit in miſera fata parentis,
Patitúrque moram ſceleris nullam.
g *Miſſus peragit iuſſa g ſatelles;*
Reſerat domina pectora ferro:
h *Cædis moriens illa miniſtrum*
Rogat infelix, vtero dirum
Condat vt enſem.
Hic eſt, hic eſt fodiendus, ait,
Ferro. monſtrum qui tale tulit.
Poſt hanc vocem cum ſupremo
Mixtam gemitu
Animam tandem per fera triſtem
Vulnera reddit.

habentes illi ſuccurrebant.
f Ita immane & horrendum vt vix apud poſteros fidem ſit habiturum.
g Anycetus libertus pueriti Neronis educator iamque claſſis apud Miſenum præfectus cũ Herculeo trierarcho, & Oloarito centurione miſſi ad Agripp. interficiendam.
h Habẽtur hęc ferè ad verbũ in Tacit 14. Annal. *Exclamauit rogans miniſtrum, vtero dirum enſem conderet, atque ẽs hic eſt fodiendus ferro, monſtrum qui tale tulit, poſt hanc vocem cum ſupremo mixtam gemitu animam tandem per fera triſtem vulnera reddidit.*

ACTVS QVARTVS.

SENECA.

Philoſophus ſeculi ſui vitia deteſtatus, priſci æui ſimplicitatem laudat, vtque omnia in dies in deteriora ruerint, commemorat.

QVid me potens Fortuna, fallaci mihi
Blandita vultu, ſorte contentum meâ
Altè

Altè extuliſti, i grauius vt ruerem editâ
Receptus arce, tótque proſpicerem metus?
k *Meliùs latebam procul ab inuidiæ malis*
Remotus inter Corſici rupes maris:
Vbi liber animus, & ſui iuris, mihi
Semper vacabat, ſtudia recolenti mea.
l *O quàm iuuabat (quo nihil maius parens*
Natura genuit operis immenſi artifex)
Cœlum intueri, Solis & currus ſacros,
Mundíque motus, Solis alternas vices,
Orbémque Phœbes, aſtra quē cingūt vaga,
Latéque fulgens m *ætheris magni decus!*
n *Qui ſi ſeneſcit, tantus in cæcum chaos*
Caſurus iterum, nunc adeſt mundo dies
Supremus ille, qui premat genus impium
Cœli ruinâ, rurſus vt ſtirpem nouam
Generet, renaſcens melior: vt quondam tulit
o *Iuuenis tenente regna Saturno poli.*
Tunc illa p *virgo, numinis magni dea,*
Iuſtitia, cœlo miſſa cum ſancta q Fide,
Terras regebat mitis. * *humanum genus*
Non bella norat; non tubæ fremitus truces;
Non arma gentes cingere aſſuerant ſuas
Muris nec vrbes. peruium cunctis iter.
Communis vſus omnium rerum fuit.
Et ipſa tellus læta fœcundos ſinus
Pandebat vltro, tam pijs felix parens,
Et tuta alumnis. r *alia ſed ſoboles minùs*
Conſpecta mitis. ſ *tertium ſolers genus*
Nouas ad artes exſtitit; ſanctum tamen.

i *An me tollis in altum, vt caſu grauiore ruam?*
k Senecā quaſi Iuliæ Germanici F. adulteriorum conſciū Meſſalina criminata fecit vt à Claudio in Corſicā ſcopuloſam inſulam relegaretur, vnde intercedēte poſtmodū Agrippâ, reuocat⁹ Neroni præficiebatur.
l Hęc omnia ex conſol. ad Elbiam. cap. 4. 8. & 9.
m Cœli.
n Qui ſi ſeneſcit aliquando interiturus, vt noua progenies melior naſcatur (ex nonnullorū philoſophorum ſententia) nunc ſanè inſtat tēpus, quo *Omne in præcipiti vitium ſtetit.*
o Recens nat⁹ & ſub rege Saturno aureus.

p Aſtræa. Thyeſt. v. 855. q Quæ Iuſtitiæ fundamentum eſt.
* Hæc ex Heſiodi, Arati & Ouid. deſcript. nota. r Secunda, argentea, *Auro deterior.* ſ Ætas ahenea, *Durior ingenijs, & ad horrida promptior arma. Non ſcelerata tamen.*

Mox t inquietum, quod ſequi curſu feras
Auderet acres; fluctibus tectos graues
Extrahere piſces rete; vel u calamo leui
Decipere volucres; premere ſubiectos iugo
Tauros feroces; * vulnere immunem priùs
Sulcare terram. læſa quæ fruges ſuas
Interius altè condidit ſacro ſinu.
* Sed in parentis viſcera intrauit ſua
Deterior ætas; eruit ferrum graue,
Aurúmque; ſæuas mox & armauit manus;
* Partita fines regna conſtituit, nouas
Exſtruxit vrbes; tecta defendit ſuis
Aliena telis, aut petiit præda imminens.
* Neglecta terras fugit, & mores feros,
Hominum cruentâ cæde pollutus manus,
x Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.
Cupido belli creuit, atque auri fames.
Totum per orbem maximum exortum eſt malum,
Luxuria, peſtis blanda; cui vires dedit
Robúrque longum y tempus, atque error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant. ſeculo premimur graui,
Quo ſcelera regnant. ſæuit impietas furens;
z Turpi libido Venere dominatur parens.
Luxuria victrix orbis immenſas opes
a Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.
Sed ecce greſſu fertur attonito Nero,
Trucique vultu. quid ferat, mente horreo.

t Quartum genus.

u Sagittâ vel calamo viſcato. Al. leg. Extrahere piſces rete vel calamo leui: Decipere volucres crate: cerquas aut leues. Tenere laqueo; premere, &c ac calamum intelligunt arundinem piſcatoriam, & cratem, quæ facili tibicine fulta in volucres ſub ea eſcam appetentes decidat.

x Thyeſt. 855.

y Conſuetudo quâ augeſcunt tum vitia, tum virtutes.

z Sævior armis Luxuria incubuit victúmque vlciſcitur orbem.

a Multa iniuſtè rapit vt nequiter profundat.

NERO. PRAEFECTVS. SENECA.

Incaſſum monet ſuum Neronem Philoſophus, qui tyrannicis inſtitutis pertinaciter inſiſtit, proximumque diem nuptiis cùm Poppea deſtinat.

Ne. *PErage imperata :* [b] *mitte, qui Plauti mihi,*
[c] *Sullæque cæſi referat abſciſſum caput.*
Pr. *Iuſſa haud morabor,* [d] *caſtra confeſtim* [e] *petam.*
Sen. Nihil [f] in propinquos temerè conſtitui decet.
Ne. [g] Iuſto eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu,
Se. Magnum timoris remedium, clementia eſt.
Ne. Extinguere hoſtem, maxima eſt virtus ducis.
Se. Seruare ciues, maior eſt [h] patriæ patri.
Ne. [i] Præcipere mitem conuenit pueris ſenem.
Se. Regenda [k] magis eſt feruida adoleſcentia.
Ne. [l] *Ætate in hac ſatis eſſe conſilij reor.*
Se. *Vt facta ſuperi comprobent ſemper tua.*
Ne. [m] Stultè verebor, ipſe cum faciam, deos.
Se. *Hoc plus verere, quod licet tantum tibi,*

b Mitte alios milites in Aſiã, qui Plauti Rubellij, in Galliam Narbonenſem; alios qui Sullæ in Maſſiliã amoti capita mihi referant. Tac. Ann. 14.

c Cęſorum capita ad Neronem retulere Centuriones quib⁹ ille crudeliſſimè illuſit. Syllę quidẽ tanquam præmaturâ canitie deformi cap.

d Prætoriana quæ ad muros vrbis.

e Vt mittã milites percuſſores qui mandatum tuum exequantur.

f In amicos & tibi propinquitate coniunctos. g Si tibi quæ mihi, imminerent pericula & metus, non omnia ex iuſto præciperes.

h Bono Imperatori & principi. i Languida hæc tua præcecepta magis conuenirent pueris. k Quàm pueritia.

l Nempe *Ingenium & rerum prudentia velox Ante pilos venit.*

m Quorſum timeam deos, quos ſibi quiſque ex ſuperſtitione ſuâ

Ne. *Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.*
Se. *Crede obſequenti parciùs* n *leuis eſt dea.*
Ne. *Inertis eſt, neſcire quid liceat ſibi.*
Se. o Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.
Ne. Calcat iacentem vulgus. Se. inuiſum opprimet.
Ne. Ferrum tuetur principem. Se. melius fides.
Ne. Decet timeri Cæſarem. Se. at plus p diligi.
Ne. Metuant neceſſe eſt. Se. quidquid exprimitur, graue eſt.
Ne. *Iuſſiſque noſtris pareant.* Se. *iuſta impera.*
Ne. q *Statuam ipſe.* Se. r *quæ conſenſus efficiat rata.*
Ne. ſ *Deſpectus enſis faciet.* Se. *hoc abſit nefas.*
Ne. *An patiar vltrà ſanguinem noſtrum* t *peti,*
t *Inuictus, & contemptus vt ſubitò opprimar?*
Exilia non fregêre ſummotos procul
Plautum atque Sullã; pertinax quorũ furor
Armat miniſtros ſceleris in cædem meam.
u *Abſentium cùm maneat etiam ingens fauor*
In vrbe noſtrâ, qui x *fouet ſpes exulum;*
Tollantur hoſtes y *enſe ſuſpecti mihi.*
Inuiſa coniux pereat, & carum ſibi

facit, qualiſque Claudius eſt, quem ego nuper indigetem conſecraui?
n Inconſtans dea eſt fortuna.
o *Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit, Occurrat.*
p Οἱ φίλοι πιστοὶ συμπλεχθέντοι βασιλεῦσι ἀληθέστατοι καὶ ἀσφαλέστατοι.
Non ſic excubia, non circumſtantia pila, Vt tutatur amor.
q Quę imperata eiuſmodi quæ probent ordines Senatorum & equitum, ſciatque plebs.
ſ Autoritas & prærogatiua mea Imperatoria, cuius inſigne enſem gero, quem, quia non ſatis ſæuit, contemnunt, eos conſentire coget. al. *Detectus.*
t A coniurantibus in vitam meam. al. *inuiſus.* u Coniuratorum quos in exilium miſi.
x Vt me tandem cæſo reuocentur ab exilio. y Vulgus ſecuri, nobiles gladio.

Fratrem ſequatur. [z] *quidquid excelſum eſt, cadat.*

Se. Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros;

Conſulere patriæ; parcere afflictis, ferâ

Cæde abſtinere; tempus atque iræ dare,

Orbi quietem; ſeculo pacem ſuò.

Hæc ſumma virtus: petitur hac cœlum viâ.

[a] *Sic ille patriæ* [b] *primus Auguſtus parens*

Complexus aſtra eſt, colitur & tẽplis Deus.

Illum tamen Fortuna iactauit diu

Terra, marique per graues belli vices;

Hoſtes [c] *parentis donec oppreſſit ſui.*

[d] *Tibi numen incruenta ſummittit ſuũm;*

Et dedit habenas imperij facili manu;

Nutúque terras, maria, ſubiecit tuo.

[e] *Inuidia triſtis victa conſenſu pio*

Ceſſit. ſenatus equitis accenſus fauor

Plebiſque votis, atque iudicium patrũ eſt,

Tu pacis auctor, generis humani arbiter

Electus, orbem tu ſacra ſpecie regis

Patriæ parens: quod nomen, vt ſerues, petit,

Suoſque ciues Roma commendat tibi.

Ne. [f] *Munus Deorum eſt, ipſa quod ſeruit mihi*

Roma, & ſenatus; [g] *quodq; ab inuitis preces,*

Humiléſque voces exprimit noſtri metus.

[h] *Seruare ciues principi & patriæ graues*

z Tyrannicum ſcitum, ὡς τοὺς ὑπερέχοντας στάχυας κολούειν, οὕτω καὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν πολιτῶν αἱρεῖν.

a His virtutibus clementiâ, &c.

b Primus è principib. Pater patriæ ſalutatus, antè verò M. Cato. antè *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

c Iulij Cæſaris qui Octauium ſororis ſuæ filiũ adoptauit.

d Fortuna ſubmiſit tibi numen ſuum ſine bello.

e Al. diſtinguunt. *Inuidia triſtis victa conſenſu pio Ceſſit Senatus: equitis accenſus fauor; Plebiſque votum; atque iudicium patrũ.*

f Diis imperium acceptum potiùs refert (quos tamen ſupra verſ. 440. contempſit) quàm ſe quid Romanis debere agnoſcat.

g Quem de me conceperunt, metus eos vel inuitos in officio continet. h Seruare autem ciues factioſos, coniuratos in patriæ & principis perniciem, nobilitate ſuâ fretos ſuperbóſque, quæ dementia?

Claro tumentes genere, quæ dementia eſt,
Cùm liceat vna voce ſuſpectos ſibi
Mori iubere? Brutus in cædem ducis,
A quo [k] *ſalutem tulerat, armauit manus.*
Inuictus acie, gentium domitor, [l] *Ioui*
Æquatus alios ſæpe per honorum gradus,
Cæſar nefando ciuium ſcelere occidit.
Quantum cruoris Roma tunc vidit ſui,
Lacerata toties! ille [m] *qui meruit pia*
Virtute cœlum Diuus Auguſtus, viros
[n] *Quot interemit nobiles, iuuenes, ſenes,*
Sparſos per orbem, cùm ſuos mortis metu
Fugerēt penates, & [o] *trium ferro ducum*
[p] *Tabula notante deditos triſti neci?*
[q] *Expoſita roſtris capita cæſorum patres*
Vidēre mœſti: flere nec licuit ſuos,
Non gemere, dira tabe polluto foro,
Stillante ſanie per putres vultus graui.
Nec finis hic cruoris aut cædis ſtetit.
[r] *Pauēre volucres & feras ſæuas diu*
Triſtes Philippi. [ſ] *hauſit & Siculum mare*
Claſſes, [t] *viróſque ſæpe cedentes ſuis*
Concuſſus orbis viribus. [u] *Magnus ducum*
Superatus acie puppibus * *Nilum petit*
Fugæ paratis, ipſe periturus breui.

i C. Iulij Cæſ. Imp.
k Publicā vel etiam priuatā, cùm eum ſemper dilexiſſet, heredemq; de parte ſcripſiſſet, vnde & confoſſus ingemuit, *Et tu Brute?*
l *Iupiter in cælis, Cæſar regit omnia terris.*
m Primus è Rom. Impp. in deorum numerum relatus Aug.
n Cùm bello, tùm proſcriptione, cui aliquandiu reſtitit, inceptam crudeliùs exercuit.
o Triūuirûm, Lepidi, Antonii, Octauij.
p Tab. dictante proſcriptos.

q Senatores viderunt cápita Ciceronis, L. Pauli, aliorúmque illuſtrium virorum affixa ſuggeſto in foro, quod ex roſtris nauiū Antiatum. r Cadaueribus Rom. cæſorum in campis Philippicis in Macedonia vbi pugnatum ab Octauio & Antonio contra & Brutum & Caſſium. ſ In prælio nauali contra Sextum Pompeium. t Ciues, imò fratres cognatóſque ſuos. quod ſæpè in ciuilibus bellis fit. u Sic locum hunc diſtinguit Ia. Rutgerſius, quem adi 15. ca. l. 1. Var. lect. atque intelligi vult de Sexto Pompeio, qui ab Agrippa primùm, ab Auguſto denuò victus nauali prælio è Sicilia in Aſiam fugit: vbi à Titio ex mandato Antonij interfectus eſt. Quamuis illa. * de *Nilo*,

Hauſit cruorem [x] *inceſta Romani ducis*
* *Ægyptus* [y] *iterum, nunc leues * vmbras tegit.*
Illic [z] *ſepultum eſt impiè geſtum diu*
Ciuile bellum. condidit tandem ſuos
Iam feſſus enſes victor, hebetatos feris
Vulneribus, & continuit imperium metu,
Armis, fidéque militis tutus fuit.
[a] *Pietate gnati factus eximiâ Deus*
Poſt fata conſecratus, & templis datus.
[b] *Nos quoque manebunt aſtra, ſi ſæuo prior*
Enſe occuparo quidquid infeſtum eſt mihi,
Dignáque noſtram ſobole fundâro domum.
Se. *Implebit aulam ſtirpe cœleſti tuam*
[c] *Generata Diuo, Claudiæ gentis decus,*
Sortita fratris, more Iunonis, toros.
Ne. [d] *Inceſta genitrix detrahit generi fidem,*
Animúſque nunquam coniugis iunctus mihi.
Se. *Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides*
[e] *Pudore victus cùm tegit flammas amor.*
Ne. *Hoc equidem & ipſe credidi fruſtra diu,*
Manifeſta quàmuis pectore inſociabili,
Vultúque ſigna proderent odium mei.
Tandem [f] *quod ardens ſtatuit vlciſci dolor:*
Dignámque thalamis coniugem inueni meis
Genere atque formâ, [g] *victa cui credat Venus,*
Iouíſque coniux; & ferox armis Dea.

* *Ægypto.*
* *Vmbris bello ciueli ſedato,* M. Antonii fugam & necẽ innuere videntur.
x Semel Cn. Pompeij, iterũ M. Antonij.
y Propter Cleopatram Ptolemæo fratri nuptam.
z Sedatum, finitum.
a A Tiberio filio adoptiuo Diuus conſecratus. ſupra verſ. 496.
b Et me quoq; ſuo excipient Dii conſortio, ſi prius inimicos ſuſtulero.
c Octauia ſup. verſ. 116.
d Meſſalina vulgatum illud proſtibulũ ſuſpectam mihi reddit Octauiam, & prolem incertam: *expectas vt tradat mater honeſtos, aut alios mores, quàm quos habet.*
e Vbi verecundia impedit quo minus amorem oſtendat ſuum. f Quo vltionis genere ſuum mei contemptum referre ſtatui. g Cui tres illæ Deæ cedant, vt quondam duæ Veneri ſub Paride iudice.

Se. *Probitas, fidéſque coniugis, mores, pudor,*
Placeant marito, ſola perpetuo manent,
Subiecta nulli, mentis atque animi bona.
h Florem decoris ſinguli carpunt dies.
Ne. i *Omnes in vnam cõtulit laudes Deus,*
Talémque naſci Fata *voluerunt mihi.*
Se. *Recedat à te, temerè ne credas, amor.*
Ne. *Quem ſubmouere* k *fulminis dominus nequit,*
Cæli tyrannum, ſæua qui penetrat l *freta,*
m *Ditíſque regna, detrahit Superos polo.*
Se. *Volucrem eſſe Amorem fingit, immitem Deum*
Mortalis error, armat & telis manus,
Arcúſque ſacros miſcuit ſæuâ face;
Genitúmque credit Venere, Vulcano ſatum
Vis magna mentis, blandus atque animi calor,
Amor eſt o iuuentâ gignitur, luxu, otio
Nutritur, inter læta Fortunæ bona.
Quem ſi fouere atque alere deſiſtas, cadit
Breuíque vires perdit extinctus ſuas.
Ne. n *Hanc eſſe vitæ maximam cauſſam reor,*
Per quam voluptas oritur: interitu caret,
Cùm procreetur ſemper humanum genus
Amore grato, o qui truces mulcet feras.
p *Hic mihi iugales præferat tedas Deus,*
* *Iugétque noſtris igne Poppeam toris.*
Se. *Vix ſuſtinere poſſet hos thalamos dolor*
Videre populi: ſancta nec pietas ſinat!

h *Forma bonum fragile, &c. Carpitur, & ſpacio fit minor ipſa ſuo.*
i Huic (teſte Tacito) cuncta alia fuere præter honeſtum animum, forma, opes, ingenium, ſermo comis, &c.
k Iup. vid Hippol. verſ. 185. vnde hæc.
l Nereides, Thetis, Tethys, atque ipſe *flagrat Neptunus vndis*, Hippolyt verſ. 313.
m In Proſerpinam.
n Vt ſui ſimile generet.
o *Omne adeò genus in terris hominúmque, ferarúmque, Et genus æquoreũ, pecudes, pictæq; volucres, In furias ignémque ruunt* Hippolyt. verſ. 357.
p Cupido mihi auſpex præferat faces nuptiales: vide Theb. verſ. 263. & 507.
* Al. *Iungátque.*

Ne. *Prohibebor vnus* q *facere, quod cunctis licet?*

Se. r Maiora populus ſemper à ſummo exigit.

Ne. *Libet experiri, viribus fractus meis*
An cedat animis temerè conceptus fauor.

Se. *Obſequere potiùs ciuibus placidus tuis.*

Ne. Malè imperatur, cum regit vulgus duces.

Se. Nihil impetrare cum valet, iuſtè dolet.

Ne. Exprimere ius eſt, ſ ferre quod nequeunt preces.

Se. t*Negare durum eſt.* Ne. *Principem cogi nefas.*

Se. u *Remittat ipſe.* Ne. *fama ſed victum feret.*

Se. *Leuis atque vana.* Ne. *ſi licet, multos notat.*

Se. *Excelſa metuit.* Ne. *non minùs carpit tamen.*

Se. F*acilè opprimetur merita te* x *Diui patris,*
Ætáſq; y *frangat cõiugis, probitas, pudor.*

Ne. *Deſiſte tandem iam grauis nimiùm mihi,*
Inſtare. liceat facere quod Seneca improbat.
Et ipſe z *populi vota iampridem moror,*

q Repudiare vxorem?

r A principibus in ſublimi ſpeculâ atque in oculis omnium poſitis expectāt ali; ingens vitæ & morũ exemplar. multa itaque ſibi permittit populus, quæ tamẽ principi nequaquã permittit.

* Al. *furor.*

ſ Alii ferro Ioſ. Scaliger leg. *facere quod nequeunt.* hac mẽte. Quid faciũt preces? eblandiuntur. Quid ferrum? exprimit. Vis adhibenda, vbi preces locum non habent.

t Lipſ. *Necare.* hoc enim minatus Nero in verſu anteriore. Sed cũ populus Octauiæ fauens vnã ceruicẽ nõ habeat, quomodò necari totus queat, nõ video; itaq; cũ ſciã rarò principes aliquid negaſſe populo agminatim petenti; putarim Senecã inſtillare Neroni, ne ſe hîc opponat multitudini: quam ſententiã planè approbat verſus ſequens *Remittat ipſe*, &c. u Ipſe princeps cedat aliquantulum de iure ſuo: etſi flecti reges, quã vinci nõ minùs turpe exiſtiment. Hippol. v. 736. x Claudii patris Octauiæ, qui te adoptauit. y Animũ tuum auertat à Poppea. z Deſiderãtis

Cùm portet vtero pignus, & partem meî.
Quin deſtinamus proximam thalamis diē?

ex me prolem legitimã, quæ firmet etiam imperium.

ACTVS TERTIVS.

AGRIPPINA.

Ab inferno prodit Agrippina dira auſpex faces exitiales præferens nuptiis Poppeę & Neronis, cuius mortem prędicit.

Tellure ruptâ Tartaro greſſum extuli,
[b] *Stygiam cruentâ præferens dextrâ facem*
Thalamis ſceleſtis. [c] *nubat his flammis meo*
Poppea gnato iuncta, quas vindex manus
Delórque matris [c] *vertet ad triſtes rogos.*
[d] *Manet inter vmbras impiæ* [e] *cædis mihi*
Semper memoria, manibus noſtris grauis
Adhuc inultis, reddita & meritis meis
Funeſta merces puppis, & pretium [f] *imperij*
Nox illa, qua naufragia [g] *defleui mea.*
[h] *Comitum necem, natique crudelis nefas*
Deflere, votum fuerat, haud tempus datum eſt.
Lacrymis, ſed ingens ſcelere geminauit nefas.
Perempta ferro, fœda vulneribus, [i] *ſacros*
Intra penates ſpiritum effudi grauem
Erepta pelago, ſanguine extinxi meo
Nec odia gnati. [k] *ſæuit in nomen ferus*
Matris tyrannus: obrui meritum cupit.
[l] *Simulacra, titulos deſtruit, mortis metu.*

a In ſcena exhibebant vmbrę ſcalis Charoniis.
b Funeſtam, exitialem. Medea verſ. 16.
c Vertat nuptialem facem in feralem & funebrem. ſup. verſ. 260.
d *Curæ non ipſa in morte relinquunt.* verſ. 615 Oedip.
e Sup. v 106
f Neroni meâ operâ parti. ſup. verſ. 327.
g Sup verſ 325
h Crepereij Galli, & Acceronæ
i In villâ Auguſta Lucrini lacus.

k Natalem Agrippinæ inter nefaſtos referri dies à Senatu impetrauerat Nero, ſtatuas demolitus, nomen titulos, vbique ipſam ac memoriam delere conabatur.

Mortem iis minatus quicunque mei ſimulacra habuerint.

Totum per orbem, [m] *quem dedit pœnam in meam*
Puero regendum noſter infelix amor.
Extinctus vmbras agitat infeſtus meas,
Flammiſque vultus noxios [n] *coniux petit,*
Inſtat, minatur, imputat [o] *fatum mihi,*
Tumulum [p] *gnati: poſcit* [q] *auctorem necis,*
Iam, parce, dabitur. tẽpus haud longũ peto.
Vltrix Erinnys impio dignum parat
Letum tyranno; [r] *verbera, &* [ſ] *turpem fugam,*
Pœnáſque queis & [t] *Tantali vincat ſitim,*
[n] *Dirum laborem Siſyphi,* [x] *Tityi alitem,*
[y] *Ixioniſque membra rapientem rotam.*
Licèt exſtruat marmoribus, atq; auro tegat
Superbus aulam; limen armatæ ducis
Seruent cohortes; mittat immenſas opes
[z] *Exhauſtus orbis;* [a] *ſupplices dextrã petant*
Parthi cruentam; regna, diuitias ferant:
Veniet dies tempúſque, quo reddat ſuis
Animum nocentem [b] *ſceleribus,* [c] *iugulum hoſtibus.*

m Cuius orbis imperium ego infelix illi dedi, vt & mihi vitam eripere poſſet.

n Claudius.

o Al. *fatum mihi Tumulumq; gnati poſcit authorem necis.* Quę lectio hiſtoriam reſpicit. Mors enim eius celata eſt, dilatáque ſepultura, donec circa ſucceſſorem omnia ordinarentur.

p Britannici.

q Neronem.

r Vbi deſciuiſſe Galbam & Hiſpanias cognouit collapſus diu inter mortuos iacuit. vt reſipuit, capite conuerberato actum de ſe pronunciauit.

ſ Hoſtis à Senatu iudicatus & quæſitus vt puniretur more maiorum, nudo pede & tunicatus conſcenſo equo fugit ad Phaontis ſuburbanum, in quod vt clàm introiuit quadrupes, per effoſſæ cauernæ anguſtias receptus eſt.

t Thyeſt. verſ. 152. Nero autem dum clandeſtinus ad villam introitus pararetur, aquam ex ſubiectâ lacunâ potaturus manu hauſit, *Et hæc,* inquit, *eſt decocta* Neronis.

u Hippolyt. verſ. 1226. x Hippolyt. verſ. 1228.

y Herc: Fur. verſ. 749.

z Exactionibus. a Quod non fecerunt. rebellantes autem Armeniam inuaſerunt. b Suppliciis quæ tantis ſceleribus debentur. c Vbi appropinquaſſe equites audiit, quibus præceptum vt viuum eum attraherent, ferrum trepidanter iugulo adegit.

d *Deſertus, & deſtructus, & e cunctis egens.*
Heu, quò labor! quò vota ceciderunt mea!
Quò te furor prouexit attonitum tuus,
Et fata, gnate? cedat vt tantis malis
Genetricis ira, quæ tuo ſcelere occidit!
Vtinam antequam te paruulum in lucem edidi,
Aluique, ſæua noſtra laceraſſent feræ
Viſcera! ſine vllo ſcelere, ſine ſenſu innocens
f *Meus occidiſſes: iunctus atque hærens mihi,*
Semper quietam cerneres ſedem Inferûm
Proauos, patrémque, nominis magni viros.
Quos nunc pudor, luctúſque perpetuus manet
Ex te, nefande, méque, quæ talem tuli.
Quid tegere ceſſo Tartaro vultus meos,
g *Nouerca, coniux, mater infelix meis?*

d Fugientibus cuſtodib*, nec reperto cuius manu periret percuſſore, Ergo, inquit, *nec amicum habeo, nec inimicum.*

e Fame & ſiti interpellante, panem quidē ſordidū oblatum aſpernatus eſt, aquæ autem tepidæ aliquantum bibit.

f *Emphaticè* à me non ablegandus. al. *mecum occidiſſes*, id eſt, mihi commortuus fuiſſes infans & innocens.

g Infelix Britannici nouerca, Claudij coniux, Neronis mater.

OCTAVIA. CHORVS.

Octauia diſſimulatâ triſtitiâ fauentem ſibi pop. orat, ne diuortium ſui lugeat. Chorus tamen ipſius vicem dolet.

OCT. P*Arcite lacrymis vrbis* h *feſto*
Latóque die; ne tantus amor,
Noſtrique fauor Principis acres
Suſcitet iras, vobiſque ego ſim
Cauſſa malorum. non hoc primùm
Pectora vulnus mea ſenſerunt.
Grauiora tuli. dabit hic noſtris
Finem curis vel morte dies.
Non ego ſæui cernere cogar

h Principis nuptiali, geniali.

[i] *Coniugis ora:*
Non inuiſos intrare mihi
Thalamos famulæ [k] *ſoror Auguſti,*
Non vxor, ero.
Abſint tantùm triſtes pœnæ,
Letique metus, [l] *ſocerum diri*
Miſeranda viri potes hæc demens
Sperare memor! hos ad thalamos
Seruata diu, victima tandem
Funeſta cades. ſed qui patrios
Sæpe penates reſpicis vdis
Confuſa genis? propera tectis
Efferre gradus: linque cruentam
Principis aulam
Ch. *En illuxit ſuſpecta diu*
Fama toties iactata dies?
Ceßit thalamis [m] *Claudia diri*
Pulſa Neronis.
Quos iam victrix Poppea tenet,
Ceſſat pietas dum noſtra, graui
Compreſſa metu, ſegniſque dolor,
Vbi Romani vis eſt populi?
Fregit claros quæ ſæpe [n] *duces;*
Dedit inuictæ leges patriæ,
Faſces dignis ciuibus olim;
Ibßit bellum, pacémque; feras
Gentes domuit; captos reges
Carcere cluſit? grauis en oculis
Vndique noſtris iam Poppeæ
Fulget imago iuncta Neroni:
[o] *Affigat humo violenta manus*
Similes nimium vultus dominæ:
Ipſamque toris detrahat altis:
Petat infelix mox & flammis
Teliſque [p] *feri Principis aulam.*

i Poppea. ſup. verſ. 102.

k *Certè ſoror,* inquit Iuno. vid. Her. F. v. 1.

l Sed vnde tibi, O demens Octauia, vitæ ſpes, ſi ad memoriā reuocâris Claudiū patrem meū, Neronis ſocerū, & Appiū Silanū patrē Iunij Silani mihi deſpōſi, & pro victimâ nuptiali cæſi. ſup. v. 14. à Nerone ad firmandas nuptias trucidatos? idē te manet lethū ſeruatā victimā in hunc nuptiarū diē. Raphelēgius ex fide codicum Ortelij legit *Scelerum diri, &c.*

m Octauia Claudij filia.

n Siphacē, Perſen, Iugurthā, Herodem, &c.

o Lege *Affligat* vt inf. v. 786. id eſt, Quin Poppeæ has imagines manus noſtra illidat.

p Tyranni, Neronis.

ACTVS QVARTVS.

NVTRIX. POPPEA.

Territa in ſomno Poppea nutrici narrat ſomnium; quam illa vanâ ſomnium eludens interpretatione ſolatur.

Nut. QVò trepida greſſum coniugis thalamis tui
Efferſ, alumna? quóve ſecretum petis
Turbata vultu? cur genæ fletu madent?
Certè petitus precibus & votis dies
Noſtris refulſit. Cæſari iuncta es tuo
Tædâ iugali. quem tuus cepit decor,
Et q *culpa Senecæ; tradidit vinctum tibi*
Genitrix amoris r *maximũ numen Venus.*
O qualis, altos quanta preſſiſti ſ *toros*
Reſidens in aula! vidit attonitus tuam
Formã Senatus, t *thura cum Superis dares,*
Sacráſque grato ſpargeres aras mero,
Velata ſummum u *flammeo tenui caput:*
Et ipſe lateri iunctus atque hærens tuo
Sublimis inter ciuium x *læta omina*
Inceſſit; habitu atque ore lætitiam gerens
Princeps ſuperbo. y *talis emerſam freto*
Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.
Quorum toros celebraſſe Cœleſtes ferunt,

q Quænam hæc Senecæ culpa? an quod diſſuadendo Neronẽ, proterui iuuenis eò magis accendebat animũ? an (quod ſolent delicta diſcipulorum conferre in magiſtros) arguitur Seneca non tam erudiſſe indolem Neronis quàm armaſſe ſæuitiam? an Senecam mortis Agrippinæ inſimulat, quæ vna maximè his nuptiis obſtabat? Namque & Senecæ crimini datum ſcribit Dion quod Agrippinæ congrederetur, deinde Neronem ad cædem eius incitaſſe vt ſuſpicionem hanc à ſe deriuaret. *prima ratio perſonæ conuenientior, cæteræ validiores.*

r *Μεγάλη σθένος ἁ Κύπρις, ἐκφέρεται νίκας ἀεί.*

ſ Diſcubitorios. t In nuptiis aquæ & ignis ſacramenta adhibita, quæ calorem & humorem ad fœtum denotarent, hinc faces & thura, nec non vini libatio. neque enim vxor niſi peractis ſacrificiis ducebatur.

u Velamento luteo ſeu rubeo quo nouas nuptas tegi moris erat pudoris gratia, vel ſubiectionis ſymbolum. x Med. v. 58.

Pelagique numen omne conſenſu pari.
Quæ ſubita vultus cauſa mutauit tuos?
Quid pallor iſte, quid ferant lacrymæ, doce.
Pop. *Confuſa triſti proximæ noctis metu,*
Viſúſque, nutrix, mente turbatâ feror,
Defecta ſenſu. læta nam poſtquàm dies
Sideribus atris ceſſit, & nocti polus,
Inter Neronis iuncta complexus mei
Somno reſoluor; nec diu placida frui
Quiete licuit: viſa nam thalamos meos
Celebrare turba eſt mœſta; reſolutis [z] *comis*
Matres Latinæ flebiles planctus dabant.
Inter tubarum ſæpe terribilem ſonum
Sparſam cruore [a] *coniugis genitrix mei*
[b] *Vultu minaci ſæua quatiebat facem:*
Quam dum ſequor, coacta præſenti metu,
Diducta ſubitò patuit ingenti mihi
Tellus hiatu: [c] *lata quo præceps, toros*
Cerno iugales pariter, & miror meos,
In queis reſedi feſſa. venientem intuor
Comitante turbâ [d] *coniugẽ quondam meũ,*
[e] *Gnatúmq;. properat petere cõplexus meos*
[f] *Criſpinus, intermiſſa libare oſcula.*
Irrumpit intra tecta cum trepidus [g] *mea,*
Enſemque iugulo condidit ſæuum Nero.
Tandem quietem magnus excuſſit timor:
Quatit ora & artus horrid⁹ noſtros tremor:
Pulſatq; pectus: continet vocem timor.
Quam nunc fides pietáſque produxit tua.
Heu quid minantur Inferûm Manes mihi,
Aut quem cruorem coniugis vidi mei?
Nut. [i] *Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor,*

y Πᾶσαι δὲ κυδαίνουσαι θεὰν ἑστᾶσι γενέθλην Αὐτοκασιγνήτην λευκώλενον Ἀμφιτρίτης, &c. Coluth.
z Quod in luctu fieri ſolet. Troad 82.
a Neronis mater Agrippina.
b Supra verſ. 685.
c Hoc ego de-lata præceps.
d Criſpinum equitem Romanum.
e Rufrium Criſpinũ Poppeæ gnatum quem impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piſcaretur, ſeruis ipſius demandauit Nero.
f Coniux, al. leg. *Priſtinus*, al. Feſtinus.
g Nouailla apud inferos.

Lipſ. *meus* ſcilicet Nero Rapheleng. *meo Enſemque iugulo.*
h *Vox faucibus hæſit.* i Ἀντίτυπον τὸ ἔργον ἐστὶ παλαιὰ

Ea per quietem ſacer & arcanus k *refert*
Velóxque ſenſus. coniugem thalamos, rogos,
Vidiſſe te miraris, amplexu noui
Harens mariti? l *ſed mouent lato die*
Pulſata palmis pectora, & fuſa coma.
Octauia diſcidia planxerunt ſacros
Intra penates m *fratris &* n *patrium larem.*
Fax illa, quam ſecuta es, o *Auguſte, manu*
Prelata, clarum nomen inuidiâ tibi
Partum ominatur p. *Inferûm ſedes toros*
Stabiles futuros ſpondet aterna domus.
Iugulo quòd enſem condidit q *Princeps tuus;*
Bella haud mouebit, pace ſed ferrum teget.
Recollige animum, recipe latitiam, precor,
Timore pulſo redde te thalamis tuis.

Pop. *Delubra & aras petere conſtitui ſacras,*
Caſis litare victimis numen ſ *Deûm,*
Vt expientur noctis & ſomni mina,
Terrorque in hoſtes redeat attonitus meos.
Et vota pro me ſuſcipe, & precibus piis
Superos adora, t *manet vt praſens metus.*

τίς ὀνἶματι, γυναικὶ δοκεῖν. Somnia nam curas referunt nocturna diurnas.
k Reducit ad phantaſiam.
l Populi autem planctus ſuper Octauiæ diuortio tibi in ſomno repræſentatus eſt.
m Neronis.
n Claudii.
o Agrippinæ.
p Terra, cùm ſit immobilis. *vel.* inferni leges cùm æternæ ſint.
q Nero. al. legunt, *tuo*, ſcilicet ingulo.
r Romani molâ ſalſâ, Græci viuo flumine nocturnos terrores expiabant.
ſ Ἀλεξικάκοι, deorum Auerruncorum; Iouis prodigialis, Appollinis, Telluris; Heroum, vt Herculis, Caſtoris & Pollucis, &c. qui placati infauſta ſomniorum omina credebantur auertere.
t Defluat, abeat, à *mano*: *as*.

CHORVS.

Laudat Chorus Poppea formam.

SI vera loquax fama Tonantis
u *Furta &* x *gratos narrat amores;*

u Furtiuos amores *ſtippes*.
x A fronte quidem gratos, bellos ac mellitos primum; μελανούρους, & γλυκυπίκρους quorum exitus amarus ſuper aloëa & abſynthium.

y Quem

y Quem modò Ledæ preſſiſſe ſinum
Tectum plumis pinniſque ferunt;
z Modò per fluctus raptam Europen
Taurum tergo portaſſe trucem;
a Quæ regit, & nunc deſeret aſtra,
Petet amplexus, Poppea, tuos;
Quos & Ledæ præferre poteſt:
Et tibi quondam, b cui miranti,
Fuluo Danaë fluxit in auro.
Formam Sparte iactet c alumnæ,
Licèt, & d Phrygius e præmia paſtor,
Vincet vultus hæc f Tyndarides
g *Qui mouerunt horrida bella,*
Phrygiaque ſolo regna dedêre.
Sed quis greſſu ruit attonito?
Aut quid pectore portat anhelo?

y Hippol. verſ. 299.
z Hippol. ver. 302.
a *Ord.* Deſeret aſtra quæ nunc regit, & petet tuus amplex⁹, O Poppea.
b Cui nouitatem rei ſtupēti in gremiū per aureū impluuium cecīdit. ſup. verſ. 204.
c Helenes, cādidæ quidem vt potè Ioue cygno genitæ, teneræ vt potè ouo excluſæ.
d Paris. e Helenam. f Helenæ Tyndari putatiuæ filiæ.
g Qui vultus mouerunt hor. bell.

NVNCIVS. CHORVS.

Motum populi nunciat ob repudiatam Octauiam, nuptiáſque Poppeæ.

Nun. h Q*Vicumque tectis miles* i *exſultat ducis,*
Defendat k *aulam, cui furor populi imminet.*
l *Trepidi cohortes, ecce, Præfecti trahunt*
Præſidia ad vrbis; m *victa nec cedit metu*
Concepta rabies temerè; ſed vires capit.
Ch. *Quis iſte mētes agitat attonitus furor?*
Nun. *Octauiæ furore perculſa* n *agmina,*

h Quotquot ſtationis Palatini milites eſtis.
i Propter inſolentiā σωματοφυλάκων. Raphelengius emendat *Excubat*.
l Præfecti vel tribuni Prætoriani feſtini ducunt cohortes ſuas ad præſidia vrbis. m Nec populi etiam victi furor & motus cedit. n Multitudo populi.

Et efferatâ per nefas ingens ruunt.
Ch. *Quid auſa facere, quóve conſilio, doce,*
Nun. o *Reddere penates Claudiæ Diui parant,*
Toróſque fratris, debitam partem imperij.
Ch. *Quos iam tenet Poppea concordi fide?*
Nun. p *Hic vrit animos pertinax nimiùm furor,*
Et in furorem temerè præcipites agit.
Quæcunque claro marmore effigies ſtetit,
Aut ære fulgens ora Poppeæ gerens
Afflicta vulgi manibus, & ſæuo iacet
Euerſa ferro: membra per partes trahunt
q *Diducta laqueis: obruunt turpi diu*
Calcata cœno verba conueniunt feris
Immiſta factis, quæ timor recipit meus.
r *Sepire flammis Principis ſedem parant,*
Populi niſi ira coniugem reddat nouam,
Reddat penates Claudiæ victus ſuos.
Vt noſcat ipſe ciuium motus, meâ
Voce, haud morabor iuſſa Præfecti exequi.
Ch. Quid *fera fruſtra bella mouetis?*
Inuicta gerit tela Cupido,
Flammis veſtros obruet ignes:
ſ *Queis extinxit fulmina ſæpe,*
Captúmque Iouem cœlo traxit.
t *Læſi triſtes dabitis pœnas*
Sanguine veſtro. non eſt patiens
Feruidus iræ, faciliſque regi.
u *Ille* x *ferocem iuſſit Achillem*
Pulſare lyram; fregit y *Danaos;*
Fregit z *Atridem; regna euertit*
Priami, claras diruit vrbes.
a *Et nunc animus, quid ferat, horret*
Vis immitis violenta Dei.

o Reddere Octauiæ penates Claudij, & Neronis nuptias.
p Indignatio ex his nuptiis.
q [illegible], reſtij: & laqueis ex alto deiecta. *deſcendunt ſtatuæ, reſtemq́; ſequuntur.*
r Scit commdare [illegible] *ſuis ſaeuos compeſcuit ignibus ignes ſæpe Iouis.*
t Offenſi, Neronis. vel, vos læſi dab. itaq; alij leg. *Caſi.*
u Amor.
x Propter ereptam Briſeida [illegible] Troad. verſ. 121. vel *ſimpl.*
y Diutino bello Troiam expugnantes recuperandæ Helenæ gratiâ.
z [illegible] Agamemnon. verſ. 191.
a Timeo ne amantis Neronis ira ſæuum quid moliatur.

ACTVS QVINTVS.

NERO. PRAEFECTVS.

Æſtuans irâ Nero propter tumultum populi, in ipſum ſæuiri iubet & Octauiam veluti motus cauſam, deportatam in Pandatariam interfici.

Ne. *O Lenta nimium militis noſtri manus,*
Et ira patiens poſt [b] nefas tantum mea;
Quod non cruor ciuilis accenſas faces
Extinguit in nos; cæde nec populi madet
[c] *Funerea Roma, quæ viros tales tulit!*
Admiſſa ſed iam morte puniri parum eſt,
[d] *Grauiora meruit impium plebis ſcelus.*
Et [e] *illa, cui me ciuium ſubicit furor,*
Suſpecta coniux, & ſoror ſemper mihi,
Tandem dolori ſpiritum reddat meo,
Iramque noſtram ſanguine extinguat ſuo.
[f] *Mox tecta flammis concidant vrbis meis!*
Ignes, ruinæ noxium populum premant,
Turpiſque egeſtas, ſæua cum luctu fames.
[g] *Exſultat ingens ſeculi noſtri bonis*
Corrupta turba: nec capit clementiam
Ingrata noſtram, ferre nec pacem poteſt,
Sed inquieta rapitur hinc audaciâ,
Hinc temeritate fertur in præceps ſuâ.
Malis domanda eſt, & graui ſemper iugo
Premenda. ne quid ſimile tentare audeat,
Contráque [h] *ſanctos coniugis vultus meæ*
Attollere oculos. fracta per pœnas metu
Parere diſcet Principis [i] *nutu ſui.*
Sed adeſſe cerno, [k] *rara quem pietas* [k] *virum,*
Fidéſque caſtris nota prapoſuit meis

b Motum pop.
c Funeribus oppleta.
d Mox. v. 121.
e Octauia.
f Hoc poſteà fecit incendiarius Imperator, & ſæuientē iam per ſex dies ſeptemq; noctes ignem ad incendium ipſe è turri Mæcenatianâ proſpectās lætus flāmæ pulchritudine ἅλωσιν Ilij in illo ſuo ſcenico habitu decātauit.
g Luxuriat [ſcilicet] ex clemētia principis [tyranni] nec patitur longæ pacis mala.
h Auguſtos.
i Nutui.
k Trigillinum præfectum prętorio; ęqualem Imperatori pietate.

Pr. *Populi furorem cæde paucorum, diu*
Qui reſtiterunt temerè, compreſſum l *af-*
fero.
Ne. *Et hoc* m *ſat eſt?* n *ſic miles audiſti ducem?*
Compeſcis? hac vindicta debetur mihi?
Pr. *Cecidère motus impij ferro duces.*
Ne. o *Quid illa turba, petere quæ flammis meos*
Auſa eſt penates, Principi legem dare,
Abſtrahere noſtris coniugem caram toris,
Violare, quantum licuit, inceſtâ manu
Et voce dirâ, debitâ pœnâ vacat?
Pr. p *Pœnam dolor conſtituet in ciues tuos?*
Ne. *Conſtituet, ætas nulla quam famæ eximat.*
Pr. q *Quam temperet non ira, non noſter timor?*
Ne. r *Iram expiabit prima quæ meruit meam.*
Pr. *Quam poſcat, ede, noſtra quæ parcat manus.*
Nc. *Cædem* ſ *ſororis poſcit, & dirum caput,*
Pr. *Horrore victum trepidus adſtrinxit rigor.*
Ne. *Parere dubitas?* Pr. *Cur meam damnas fidem?*
Me. *Quòd parcas hoſti.* Pr. t *Fœmina hoc nomen capit?*
Ne. u *Si ſcelera cepit.* Pr. *Eſtne qui ſontem arguat?*
Ne. *Populi furor.* Pr. *Quis regere dementes valet?*
Ne. *Qui concitare potuit.* Pe. * *Haud quemquam reor.*

l Annuncio.
m Paucorúmne cæde?
n Sic executus es Imperatoris mandatum?
o Cur non & nota turba quæ petere flammis auſa eſt, &c. pro merito pœnas motus dedit?
p Anne iratus pœnas exiges?
q Conſtituéſne pœnas, cui non ira, non timor noſter ponat modũ?
r Illa prima expiabit iram meã quæ meruit.
ſ Octauiæ.
t Hoſtiſne nomen in fœminam cadit?
u Si ſcelera capit, & nomen hoſtis.
* Lipſius legit *Haud quaquã reor mulier*, extritâ perſonâ Neronis.

Ne. [x] *Mulier, dedit natura cui pronum malo*
Animum, ad nocendum pectus inſtruxit dolis;
Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis
Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor,
Vel pœna; quæ tã ſera [y] damnatam premit,
Diu nocentem. tollo conſilium, ac preces;
Et imperata perage. [y] deuectam rate
Procul in [z] remotum litus interrimi iube.
*Tandem vt reſidat pectoris noſtri * tumor.*

x Mulier potuit, cui mala mens, malus animus. vel, Octauiam intellige.

y Octauiam.

z Pandatariã inſulam in ſinu Caietano. inf. verſ. 961.

* Al leg. *timor.*

CHORVS. OCTAVIA.

Chorus perniciosum multis fauorem populi fuiſſe canit. mox dura fata mulierum domus Cæſareæ commemorat.

Ch. O *Funeſtus multis populi*
Dirúſq; fauor! qui, cùm flatu
Vela ſecundo ratis impleuit,
Vexitque [a] procul; languidus idem
Deſerit alto ſæuóque mari.
Fleuit [b] Gracchos miſeranda [c] parens,
Perdidit ingens quos plebis amor,
Nimiúſque fauor, [d] genere illuſtres,
Pietate, fide, [e] linguâ claros,
Pectore fortes, [f] legibus acres.
Te quoque, [g] Liui, ſimile leto

a A litore in altum.

b Tiberium & Caium Gracchos viros populares, qui cùm Tribuni plebis leges Agrarias reducerent, patriciorum, quib' illæ leges ingratæ, odium incurrebant, ſuámq; perniciem. ille à P. Naſica in oncione, hic vbi Capitolinum montem occupaſſet, Opimij Coſ. iuſſu occiſus. Al. *gnatos.* c Cornelia. d T. Gracchi Sempronij & Corneliæ è Scipionũ familia oriundos. e Eloquentiâ impenſe laudatos. f Agrariarum legum ſeu plebiſcitorum auctores acerrimos. g Liui Druſe, qui Trib. pleb. conatus Senatum cum plebe in concordiam reducere, iudicia vt æquâ parte penes Senatum eſſent & equites, lege tulit, quocirca Senatui offenſus domi ſuæ, incertum à quo, interfectus eſt,

Fortuna dedit; quem neque [h] *faſces*
Texère ſui nec tecta domus.
Plura referre prohibet præſens
Exempla dolor modò cui patriam
Reddere ciues, aulam, & fratris
Voluere toros; nunc ad pœnam
Letúmque trahi, flentem, miſeram
Cernere poſſunt. Benè paupertas
Humili tecto contenta latet.
Quatiunt altas ſæpe procellæ,
Aut euertit fortuna domos.
Oct. *Quo me trahitis? quódve tyrannus*
Aut exilium [k] *regina iubet;*
Si mihi vitam fracta remittit
Tot iam noſtris euicta malis;
Si cæde meâ cumulare parat
Luctus noſtros; inuidet etiam
Cur in patria mihi ſæua mori?
Sed iam ſpes eſt nulla ſalutis,
Fratris cerno miſeranda [l] *ratem.*
Hæc eſt, cuius vecta carinâ
Quondam genitrix, nunc & thalamis
Expulſa ſoror miſeranda vehar;
Nullum Pietas nunc numen habet,
Nec ſunt Superi. regnat mundo
Triſtis [m] *Erinnys.*
Quis mea dignè deflere poteſt
Mala? quæ lacrymis noſtris queſtus
Reddet [n] *Aëdon? cuius pinnas*
Vtinam miſere mihi Fata darent!
Fugerem luctus ablata meos

alij leg. *Leuir*, & Scipionem Africanum minorem intelligunt alij *Leuir* & fortunæ tribuunt; rectiùs *Liui.*
h Magiſtratus dignitas nulli enim tribuni; lictores & hęc dictio magis Scipionem reſpicere videtur, qui & domi ſuæ mortuus repertus eſt. nec tamen de Liuio Druſo muto ſententiam.
i Octauiā, cui &c. ciues cernere poſſunt trahi.
k Fortuna, quę regina, hera, domina, cui omnia accepta, omnia expenſa feruntur, & in tota ratione mortalium ſola vtramque paginam facit vel de Poppea intellige, cùm dixerit priùs, *tyrannus*, id eſt Nero.
l Sutilem illam, quam in matris exitium commentus eſt Nero frater meus ſupra verſ. 307.
m Agamemn. verſ. 82. n Agamemn. à verſu. 665. & Herc. Oet. à verſu 198.

Penna volucri, procul & cœtus
Hominum triſtes, cadémque feram.
Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens, querulo poſſem
Gutture mœſtum fundere murmur,
Ch. o Regitur fatis mortale genus;
Nec ſibi quidquam ſpondere poteſt
Firmum & ſtabile:
Per quæ caſus voluit varios
Semper nobis metuenda dies.
Animum firment exempla tuum
Iam multa, domus
Quæ p *veſtra tulit. quid ſæuior eſt*
Fortuna tibi? tu mihi primùm
Tot natorum memoranda parens,
q *Nata Agrippæ, nurus Auguſti,*
Cæſaris uxor, cuius nomen
Clarum toto fulſit in orbe;
Vtero toties enixa graui
r *Pignora pacis:* ſ *mox exilium,*
Verbera, ſæuas paſſa catenas,
Funera, luctus: tandem letum
Cruciata diu, felix thalamis
t *Liuia Druſi, natiſque ferum,*
Ruit in facinus, pænámque ſuam.
u *Iulia matris fata ſecuta eſt.*

o Oedip. verſ. 980. p Cæſarea. q Agrippina, M. Agrippæ & Iuliæ filia, nurus Tiberij Auguſti Germanico coniugi nouem liberos peperit. r Amoris coniugalis & priuati pignora, paciſque publicæ ſtabilimenta, vt quæ imperij ſucceſſionẽ firment. ſ Hanc, poſt mortem Germanici nullo ſermone dignatus eſt Tib. mox inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam vocare deſiit; deinde Pandatariam relegauit, conuitiantiq; per Centurionem oculum excuſſit. Rurſus inediâ mori deſtinãti per vim ore diducto cibum inſulciri iuſſit. Poſtremò voluntariâ inediâ abſumptam criminoſiſſimè fuit inſectatus, diem illius natalem inter nefaſtos referẽdum impetrauit, & cadauer in Gemonias proiici iuſſit. t Liuia Druſi vxor quia maritum Druſum interfici curarat, Tiberij, cuius nurus erat, neque tormentis neque ſupplicio parcentis, iuſſu interfecta fuit. u Iulia Druſi filia matris Liuiæ fata ſecuta crimine incerto, nec defenſione vllâ datâ à Claudio in exilium pulſa, mox cæſa eſt.

Poſt longa tamen tempora ferro
Ceſa eſt, quàmuis crimine nullo.
Quid non potuit quondam x *genitrix*
Tua, quæ rexit Principis aulam,
Cara y *marito;* z *partúque potens?*
Eadem a *famulo ſubiecta ſuo*
Cecidit diri militis enſe.
b *Quid cui licuit regnum in cœlum*
Sperare, parens tanta Neronis?
Non funeſtâ violata manu
Remigis antè, mox & ferro
Lacerata diu, ſæui iacuit
Victima nati?
Oct. c *Me quoq; triſtes mittet ad Vmbras*
Ferus, & Manes, ecce tyrannus.
Quid iam fruſtra miſeranda moror?
Rapite ad letum, queis ius in nos
Fortuna dedit, teſtor Superos.
d *Quid agis, demens? parce precari,*
Queis inuiſa es, numina Diuûm,
Tartara teſtor, Erebíque e *deas*
Scelerum vltrices, & te, genitor,
Dignum f *tali morte & pœnâ:*
Non inuiſa eſt mors iſta mihi.
Armate ratem, date vela fretis,
Ventíſque petat puppis rector
Tandem g *Phariæ litora terræ.*
Ch. *Lenes auræ, Zephyríque leues,*
Tectam quondam nube æthereâ

x Meſſalina.
y Claudio.
z Britãnici pri° Germanici dicti, cuique.
a C. Silio cui nupſit ſup. v. 16 vel Narciſſo liberto, *Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cuius Paruit imperiis, uxorem occidere iuſſus.*
b Quid Agrippina? quæ conſecrationem & ἀποθέωσιν ſperare potuit, vt quæ Auguſta Claudij coniux, Neroniſq; mater, non & illa primũ merſa, mox cæſa, &c. ſup. v. 306.
c Sup. v. 104.
d Elegãs Apoſiopeſis, cùm ſup. v. 901. dixerit ſuperos nõ eſſe, nec curare pietatem numina.
e Furias. Med. verſ. 965.

f Veneno extingui ab Agrippina, quòd Meſſalinã interfici iuſſeras, Agrippinam duxeras. g Fieri potuit vt mulier conſternata ſe iuſſu Neronis in Ægyptiam Pharum pro Pandataria deportandam crederet, vel quod ipſa Pandataria vicina Capreis dicta eſt Pharia terra, vt & Sicilia & regnum Neapolitanum, cuius Pandataria pars Pharus dicta. Vnde al. legunt. *Pandatariæ litora terræ.*

Qui vexiſtis raptam h *ſæuæ*
Virginis aris Iphigeniam;
Hanc quoque triſti procul à pœnâ
Portate, precor, templa ad h *Triuiæ.*
Vrbe eſt noſtrâ mitior i *Aulis,*
Et k *Maurorum barbara tellus.*
l *Hoſpitis illic cæde litatur*
Numen Superûm: ciuis gaudet
Roma cruore.

h Dianæ Fiſcelidis, quę Iphigeniæ victimæ loco ceruam ſubſtituit: ſuis Iphigeniâ ſacris præpoſitâ. Troad. v. 161.

i Agamem. 171. vbi pro Iphigenia mactata eſt.

k Propter Antæum. Hercul. OEt. v. 24. vel *B*uſiridis aras Herc. Fu. v. 484. quæ in Ægypto quidem, ſed & illa Africæ portio, neq; enim nouum eſt Afros omnes dici Mauros, vel propter Heliopolitas, vel denique ſimpliciter propter Maurorum barbariem Lipſ. è coniectura legit *Taurorum*, intelligitque Dianæ apud Tauros in Scythia aram: idque propter ſequentia, dicit enim. — l — Illic hoſpites, Romæ ciues immolantur. Româ itaque Aulis mitior, & Taurica.

FINIS.

INDEX RERVM

maximè memorabilium.

A

ABſyrtus à Medea ſorore diſcerptus *Med. verſ.* 44.
Acheron *Agam. verſ.* 11
Acheloüs *Herc. Oet.* 300
Achilles, cuius filius *Troad.* 173 latuit in Scyro *ibid.* 204. detectus ab Vlyſſe *ibid.* 215. à Paride interfectus *ibid.* 345
Actæon *Oedid.* 751
Adamantina ſolida quęq; dicta *Herc. Fur.* 807
Æacus, iudex infernus *Herc. Fu.* 733
Ægæum mare *Theb* 313
Ægæus *Hippol.* 1160
Aër corruptus *Oed.* 56
Aër purus *Oed.* 252
Æs in magicis vſitatum *Med.* 721.
Æs Corinthium *Med* 795
Æternitas Stoicorum *Tr.* 400
Æther, ſummus deus *Herc. Fu.* 1053
Æthiopes bini *H Fur.* 38
Ætna Encelado impoſita *Her. Fu.* 80. & 105.
Agaue *Theb.* 17. *Oed.* 616
Agreſte numē, Diana *Hip.* 404
Agrippina à Nerone cædi iuſſa *Oct.* 306. & 360.
Aiax Telamonis *Ag.* 208
Aiax Oilei *Med.* 661
Alani *Thy.* 628
Alceſtis *Med.* 662
Alcides cur dictus Hercules *H. Fu.* 356.
Alcyones *Ag.* 674
Alpheus, cur ſacer *Thy* 116
Althea Meleagrum fil. interfecit *Med.* 779 & 664
Amalthea capra *Med.* 313
Amazones *Hip.* 397 & 574
Amor cur neſciat modum *Med.* 308
Amor philtris non cogitur *H. Oet.* 452
Amphion *Herc. Fu.* 261. & 914 *Theb.* 566. *Oed* 612
Ancæus ab apro interfectus *Med.* 944.
Anguipedes gigantes *H. Oet.* 169
Anima, in cœlis priùs, Platonicè *H. Fur* 960
Animam interire. Epicuricè *Tro.* 370.
Animam ore legere *Oct.* 1342
Antæus *H Oet.* 24
Antiopa *H. Fu* 915 *Hipp.* 225 & 596
Antipodes *Hip.* 919. *Oed* 1017
Aper Ætoliam vaſtans *Troad.* 825.
Aphidnæ *Hip.* 24

Apollo pauit Admeti greges *Hip.* 295.
Aquila Rom. *Theb* 590
In Aquis perire, cur graue antiquis *Ag.* 506
Aras tangere *H. Fu* 875
Araxes *Oed* 428
Arcades, cur lunâ antiquiores *Hip.* 783.
Arces regum *Thy* 451. 640
Arctos ſublimis *H. Fu.* 6 *vide* Vrſæ
Arenæ an numerus deſit *Med.* 403.
Areopagus *H. Fu.* 1341
Argiua Iuno *Ag.* 340
Argo, vnde dicta *Med* 238
Argus carina cur vocalis *Med.* 349
Argonautæ *Med* 228
Ariadna *Hip.* 757. *Oed* 488 497
Aries, regni fatum *Thyeſt.* 212
Aſtræa *Thyeſt* 855
Aſtyanax *Troad* 567
Athenienſes, indigenę *Hip.* 897
Athenis vnde nom. *H. Fu.* 912 *Hippol.* 108.
Atlantides *H. Fur.* 11
Atlas *H. Oet.* 1599
Atrum Chaos *Ag.* 481
Attica, vnde *H. Fu.* 1163
Auernus *Hippol.* 1196
Augiæ ſtabulum *H. Fur.* 247
Auſpicia *Tro* 861. *Thy.* 615
Auſpices nuptiis infauſtis Furiæ *Med.* 16 & *Oct.* 23

B

BAcchus raptus à Tyrrhenis *Oed.* 449. idem cum ſole *Hippol.* 751. *Oed.* 405. in leonem *H. Fu.* 456. Cur intonſus *Hip.* 751. Cur cornutus *Hipp.* 753. Indiæ victor *Oed.* 424
Bacchi currum trahunt leones, tigres, lynces *Oed.* 425. *Hip.* 753. *Med.* 85.
Baſſarides *Oed.* 432.
Belides *H. Fu.* 498. 756
Bellona *Ag.* 81
Biſtonii *H. Fu.* 225
Bœotia, vnde dicta *Oed.* 712
Bootes *Med* 315
Immunis aquis *Ag.* 69
Briſeis *Troad.* 190. & 222
Britannicus veneno extinctus *Oct.* 44
Buccina *Thyeſt.* 797
Buſiris *H. Fu.* 484
Buſtum. 661

C

CAdmus Tyrius *H. Fu.* 916 *Oed.* 712. interfecit ſerpentem *Oed.* 736. mutatus in anguem *H. Fu.* 392
Cadmei ſerpentis dentes *Herc. Fu.* 259. *Oed.* 73.
Canicula *Oed.* 39
Cancer & Capricornus *Th.* 852
Carcheſion *Oed* 496
Caſpiæ portæ *Thy.* 373
Caſpij montes *H. Fu.* 1209
Caſſandra *Troad.* 34. & 966
Caſtor equis bonus *Hip.* 807. *Med.* 88.
Centauri *H. Fu.* 777. *Oet.* 497
Cerberus, Plutonis canis, vnde, *Oed.* 171. rerum terminus, id eſt, mors *H. Fu.* 289. cur triceps *ibidem*
Cereris ſacra *H. Fu.* 300. & 844
Chaos *H. Fu.* 609

Chimæra Med.827
Chiron H.Fu.970.Thyeſt. 851.Troad.830.
Chordæ Agam.345
Choreæ in ſacris H.Fu 878
Chryſeis Tr.812.Ag.173
Cicadas aureas cur geſſerint Athenienſes Hipp.897
Cineres ore ſcrutari Tro.8.0
Cirrha Oed.269
Claſſica Thy.572.
Cocytus H.Fu.675.Ag.12
Cœlebs, vnde Hipp.830
Cœleſtium corporum harmonia H.Oet.1436
Color noctis malus H.Fu.861
Cometes Oct.228
Corinthus Thy.617.Oed 500
Cornua ſeu buccinæ Thy.572
Coronæ cur in conuiuiis Thy. 944
Coronæ plectiles, ſutiles, pactiles Ag.357
Corus Thy 576
Corybantes H.Oet.1877
Cretes peritiſſimi ſagittariis Hipp.812
Crines in funere laniare Hipp. 1176
Cui bono ſcelus, ille nocens Med.276.& 500
Cupido geminus Hippol.274 Oed.282
Cura, vnde Med 547
Curetes H.Oet.1896
Cyaneæ vi. Symplegades
Cybele turrita Ag.682
Cyclades Thy 593
Cylopea mœnia, &c. H. Fur. 996
Cycnus Tro.180
Cygnus an morti vicinus canat Hipp.301
Cynoſura Sidoniis obſeruata Med.697.

D

Dacæ Thyeſt.369
Dædalus Hip.118.Oed.898
Danaides v. Belides
Decimus fluctus Ag.496
Delos inſ. fluctuans H. Fur.15
Delphines ſaltantes tempeſtatis prognoſtica Ag.444
Deucalionis diluuium Tr.1037
Diadema Thyeſt 542
Diana cur triformis Hip.412
Dictynna Med.794
Dij coniugales, qui Med.1
Dij ferales Med.739
Dij Auerrunci Oct.747
Dij vtriuſque ſexus ſunt H. Fur.384
Dij topici Ag.388
Diis ſuperis & inferis ſacra Oed.549
Diomedes Thraciæ rex Fu.225
Diomedes Vlyſſis comes Tro.38
Dirce Theb.20.& 126.Med.81
Dodonæa quercus Med.349 H.Oet.1623
Domina pro vxore Ag.261
Dona Diis ſuſpenſa Thy 657
Dryades. H.Oet.1053

E

Echo Tro.107
Edonij Oed.433
Electra cur dicta, quæ priùs Laodice Ag.986
Elei ludi H Fu 839
Eleuſina H.Fu.301
Enceladus Ætnæ ſuppoſitus H.Fu.80

L

LAbyrinthus *Hip* 647
Lacenæ *Med* 76
Læua pars cœli *Thy*.59.
Λαμπαδηδρομία. *Ag* 147
Laomedontis perfidia *Tro*. 831. & 726.
Lares *Thy* 981. *Tro*. 645
Laurus, fatidica *Oed* 16
Laurus victoriæ ſignum *Ag*.383
Lemniadum ſcelus *Ag*.560
Leo Nemeæus *H.Fu*.83.& 223
Leſbium vinum *Oed*.496
Lethe *H.Fu*. 291.& 679
Libamina *Thyeſt*.982
Littorum mare *Ag* 571
Liuia Tiberij iuſſu interfecta *Oct*.952
Liuius Druſus domi ſuæ cæſus *Oct*.877
Loimios Apollo *Oed*.109
Loxias Apollo *Oed*.214
Lucernæ in conuiuiis *Thy*.905
Lucifer *Hipp*.747
Luci Bacchi *H.Fu*.1286
Lucina *Med*.2
Lucretia à Tarq. violata *Oct*. 296
Luctus formula *Tro*. 82
Luna Endymionis formâ capta *Hip*.308
Luna veneficiorum præſes *Med*.728
Luna incantata *Hip*.420
Luna auxiliata ære *Hip*.789 *Med*. 794
Luna lucet lumine à ſole mutuo *Med*. 617
Lunæ bigæ *Ag*.812
Luſtrum *H. Fu*. 840
Luxus taxator *Thy*.455
Lycormas idem. qui Euenus *H. Oet*.596
Lycurgus Thracum Rex *H. Fu*.901 *Oed*. 671
Lyæus *Oed*.508
Lymphati *Med*.386
Lynceus *Med*.232

M

MAchinæ πολιορκητικαί *Thy*.385
Magiæ vis, ritus *Med*. 753
Mæander H.*Fu*.683 *Hip*. 14
Mænas *Oed*.436
Mare tacitum *H. Fu*. 535
Mare Adriaticum *Thy* 362
Mare Erythræum ceu rubrum H. *Fu*.902 *Thy*. 370
Maſſagetæ *Oed*.470
Medeæ ſcelera *Hip*. 561
Media, vnde dicta *Med* 709.
Megæra *H. Oet*. 1005
Meleager à matre extinctus *Med*. 644.& 779
Memnon *Tro*.10
Menſes lunares *Theb* 536
Meſſalina *Oct*.15
Minyiæ *Med*. 233
Minotaurus *Hip*.646 688
Miſericordiæ ſedes, &c. *Tro*. 689.
Mitra *H.Fu*.470
Modi Phrygij, &c. *Tro*, 778
Monumentum *Tro*.661
Mopſus vates *Med* 561
Mopſopia *Hip*.120
Mortuis oculos componendi mos *Tro*.786
Mors non timenda *H. Fu*.425 & 1026 *Thy*. 367. & 440
Mors miſeris neganda *H. Fu*. 512. Med, 10.16. *Ag*. 989

Myrrha

Myrrha H. Oet.196
Myrtilus Thy. 138.6.8
Myrtus cur Veneri ſacra Oed. 539
Myſtæ Cereris H. Fu.846
Myſteria Bacchi Oed. 431

N

NAues Grecorum, an mille Agam.169
Nauplius Med.659. Agam.553
Nauigatio prima Med. 318
Nebris Oed.438
Necromantia Oed.393
Neoptolemus Deiodamiæ filius Tro.340
Neptunus pater rerũ Oed.265
Nero Romam incẽdit Oct.821
Neronis mors Oct.6:5
Nigra ilex Thy 653
Nigredo poëtis coloris priuatio Hip. 345
Niöbe H. Fu.389. Oed.613 Med 952. Ag.370
Noctis ſtationes Troad 436
Noctium ſidus Med. 749
Nouenarius numerus cur perfectiſſimus Med.771
Numerus plur. pro ſingulari Theb. 369. Tro.567. Med. 1005. H. Fu.1285. Ag. 192
Nuncij ſe excuſant Tro. 522
Nuptiale carmen Med. 108
Nuptialia ſacramenta, Aqua & Ignis Oct. 690
In Nuptiis ianuæ coronatæ Theb.506
Nyctileus Oed. 492
Nyſa Oed.404

O

OCcupare ſcelus Ag. 191 Thy. 203. H. Oet,435
Oculi ignei H. Fu. 1021. Tro. 446.
Oculis cur forma orbicularis Oed 967
Oedipus, vnde dictus Oed.813
Oenomaus Thyeſt.138
Oeſtrum Oed.445
Olea, Athenienſis H. Fu.912
Olenia capella, ſidus Med.313
Olympici ludi Thy.29
Olympias H. Fu. 840
Ophiuchus Med. 697
Ophionius Oed. 485
Opimus H. Fu.908
Orgia Oed 421
Orion H. Fu.12
Orpheus H. Fu. 570. Med. 229 & 615
Orpheus à Thraciis mulierib. diſcerptus Med 630
Oſſa defunctorum cõponendi mos Tro. 797. H. Oet.175

P

PÆan H. Oet.92
Pallas H. Fu.900
Paphia Venus Oed. 539
Parcæ H. Fu. 558. Oed. 982
Parnaſſus, vnde dictus Oed. 227
Parthi fuga Thy.383. Med.709
Paſiphaë Hip.112. & 686
Peleus exulat Med. 617
Pelias à filiabus cæſus. Med. 256
Pelops à patre cæſus Thy.143
Peltæ Med.214. Ag. 216
Penates qui Thy. 773
Pentheſilea Tro.241
Pentheus Theb.17. Oed.442 & 618
Perſeis Med.813
Pes veli Med.322

Peſtis cauſa Oed. 16
Peſte cur pereãt pecudes priùs quàm homines Oed. 133
Philomela H. Fu. 145. Ag. 665 H Oet. 191
Phineus Thyeſt. 153
Phlegethon Thyeſt. 153
Phœbas Oed. 231. Med. 86
Phyſeter Hip. 1027
Phryxi vellus Troad 124 Med 130
Pirene fons Med. 744
Piſtris Hip 1046
Pleiades Med. 96
Poculum gentile Thy. 980.
Poculum boni genij Thy. 913
Pœni vnde Hip. 348
Poli vertuntur Hip. 960
Polus deterior, niger, Antarct, H. Fu. 606. & 1103. Agam. 750
Populus Herculi ſacra H. Fu. 892.
Portenta mala Thy. 666 Oed. 174
Præſtites dii H. Fu. 3·5
Præſides Thy. 1099
Priamus Troad. 119 Ag. 650
Priami liberi Troad. 32
Procax Ag. 107
Procruſtes Thy. 1047
Prœtides Oed. 486
Prometheus H. Fu. 1206
Prometheis herba Med. 797
Proſerpina rapta H. Fu. 658
Proteus Hip. 1200
Purpura Tyria Thy 344
Pyra Tro. 661
Python H. Fu. 454 Med 699
Pyrrhus Neopt. μισοπαίτης. Agam. 630

Q

Quæſitor Agam. 24
Quirites Thy. 31

R

Regna tria, Iouis, Nept. Plut. H. Oed. 236
Rex pro diuite patrono H. Fu. 163
Rhadamanthus H. Fu. 733
Rogus, Thyeſt. 743
Rogus, quid Troad. 66
Roſtrum Thyeſt. 499

S

Sacrum piaculare Oed. 316
Sacerdotes Cybeles & Belloneæ in ſacris ſe cultris ſauciabant Med. 806 Agam. 683
Sanguis, curatur Oed. 189
Sarmatæ H. Fu. 538
Saturnus παιδοφάγος H. Fu. 409 & 064
Scæa porta, vnde dicta Tro. 1066
Sciniis Hip. 1164. & 1218
Scironia ſaxa Hip. 1020
Scylla Thy. 350 Med. 577
Scythæ vagi H. Fu. 532
Seneca è Corſica reuocatus Oct. 372
Sepulchrum, quid Tro. 661
Sepulchra violare nefas Tro. 699
Seres Thy. 378
Serpens cœleſtis Arctous Med. 693
Seruus vnde. 331

Sicilia olim Italiæ coniuncta *H. Oed.* 80
Signatria *Theb.* 414
Simulacra ſola petunt inferos *H. Oet.* 1076
Simulachra omnium apudinferos *H. Fu.* 776
Siniſtra infauſta *Med.* 680
Siniſtra cœli pars *Thy.* 565
Sirenes *Med.* 355 *H. Oed.* 189
Sirius *Oed.* 41
Siſyphus *Hip.* 1126
Smintheus Apollo, cur *Ag.* 173
Sol ſuperûm parens *Thy.* 787
Sol è montibus *H. Fu.* 132
Sol è mari *H. Fu.* 15.
Sol & ſtellæ Stoicis dij *Thy.* 890. Med 672
Solicitare deos *Med.* 171
Somnia referunt curas diurnas *Oct.* 730
Somnia ſub manè certiora *Tro.* 167
Somnus *H. Fu.* 1063
Sors tertia, ſecunda, &c. *H. Fu.* 598 607 & 832
Sortiri iudicia *H. Fu.* 711
Spolum, quid *Tro.* 988
Stadium, vnde *Thy* 129 *Hip.* 846
Stella cadens *Theb.* 431 *Hippol.* 736
Stymphalides *H. Fu.* 243
Styx, iuſiurandum deorum *H. Fu.* 711
Summanus *Oed* 559
Suppara *Med.* 328
Supponere cultros in ſacris *Thy.* 692
Symplegades *H. Fu* 1110 *Med.* 141
Syrtes *H. Fu.* 318

T

TÆnarus *H. Fu.* 586
Talio *H. Fu.* 226
Tantali pœna *Thy* 152
Tartarus *Hip.* 841
Taurus Cretenſis. *Thy* 887
Taurus Marathonius *Hip.* 1094
Taurus Ioui non immolatur *H. Fu.* 299 *Med.* 60
Tauri igniuomi *Med.* 140
Tenebris an ſit color *H. Fu.* 861. *Thy.* 814
Terra nauigantibus recedit *Med.* 303 *Ag.* 439 *Tro.* 1046
Terrâ nati *Med.* 169
Terra premat grauis vel leuis *Hip.* 1274
Terminus *Hip.* 526
Terque quaterque *Hip.* 691
Textoriæ artes à Pallade inuentæ *Hip.* 102
Thebani, cur ſtirps inuicta *Oed.* 123
Thebani non in expeditione Troiana *Ag.* 313
Theſei tria vota *Hip.* 940
Theſeus ab inferis liberatus *H. Fu* 805
Theſpiades *H. Fu* 477 *H. Oed.* 369
Thule *Med.* 370
Tityus *Hip.* 1228
Toxicum *Med.* 710
Torpentes lacus *Hip.* 1197 *H. Fu.* 585 & 712
Tomos, vnde *Med.* 133
Tonantes dij, qui *Med.* 59
Tonat ſerenus dies *Thy.* 262
Tonitru fulmine non prius *H. Oed.* 316

Tonitru Med.535
Trachyn H.Oed.135
Troad.816
Trieterica H. Oet.602
Triſtes lacus Ag.12
Triton Troad 199
Triptolemi dona Hip.835
in Triumpho ducti Troad. 148
Troia propriè regio in qua Ilium Tro. 4
Troia bis capta Tro.131
Trophæa Tro.147
Troianus ludus ceu certamen Tro.776
Tuba Thy.572
Tulliæ ſcelus impium Oct. 300
Tyndaridæ. H. Fu.14.551
Typhoëus Thy.807
Typhoëus diſcors, quid Med. 772
Tyrrheni in Delphines Oed. 458

V

Vaticinij ſpiritus, vnde Oed.231
Venus cum Marte deprehenſa Hip.123
Venus orta mari Hip.273
Vidua, abſente viro Ag.154
Vinum ſacris adhibitum Thy. 585
Virgines in publicum nō prodibant Ag.948
Virginia à patre cæſa Oct. 191
Viſcera Thy.765
Vitta in ſacris Thy.684
Vitta nuptialis Theb.508
Vmbræ ſolis ortum morantur Thyeſt.119. Agam.55
Vmbras corporibus negat H. Fu.884
Vmbræ maiores notis apparent Thy.671. Oed 175
Vncti in compotationibus Thy 945
Vrbana vita Hip 485
Vrna H. Fu.190
Vrſæ Arcades H. Fu.129
Vrſæ non tinguntur æquore Thy.476
Vſtrina Tro.661
Vua apum Oed.602

Z

Zetes & Calais Med.231
Zethus H.Fu.915. Theb. 20. Oed.611
Zodiacus Thy.838

FINIS.